







EX LIBRIS
Co: Ludovici Pelleatti
e Portugruario .



SERMONES SACRI
TOTIVS ANNI,
TVM DE TEMPORE, TVM DE SANCTIS, CVM ALIIS NONNVLLIS,

Cunctis animarum Curatoribus, ac diuini uerbi Concionatoribus maxime vtiles.

AVTORE GABRIELE BIEL THEOLOGO PRAESTANTISS.

Hi quidem ex antiqua in elegantiorem, ac luculentiorem formam summa diligentia nunc primum sunt restituti.



BRIXIAE,
APVD THOMAM BOZZOLAM. M. D. LXXXIII.



VALDE REVERENDO CLARISSIMOQ; PATRI CANONICO REGVLARI D. CHERVBINO RAPARIO CREMONENSI

Sancti Petri à Pado Cremonæ Abbati meritißimo, ac totius ordinis Sancti Augustini Lateranensis Visitatori quam dignißimo, Petrus Bozola Cremonensis, perpetuam optat felicitatem.



N MAXIMA ciuium hilaritate, ciuitatisq; nostræ lætitia Abbas clarissime, ex eo die; qui, cum patrum consensu Abbas declaratus ad nos venisti: Lætissimus omnibus illuxit; cœpi mecum tacitus rationem cogitare; ex qua me, & tantæ lætitiæ fuisse participem; & tui studiosissimum esse perspiceres. Sed tuam contemplans, fixisq; oculis animi intuens amplitudinem, & humilem rerum mearum metiens statum, & nihil mihi, quo tibi gratificari possem, præter voluntatem suppetere animaduertens; (nisi notari audacia maluissem) Egestatem meam deplorabam; & animo vehementer angebar. Hoc autem cogitanti mundi procreator, rectorq;, ille Deus, qui optatis honestis diuino spiritu fauet, & obsecundat, ad id quod auidè cupiebam, mihi facillimum aditum patefecit. Nam eius beneficio est effectum; vt in Euangelia totius anni Explanationes vetustate quidem penè consumptæ, & hominum incuria neglectæ; sed subtiliter, & eruditè ab eximio Theologo Gabriele Biel conscriptæ in manus meas inciderent. Hoc quippè mihi diuina prouidentia oblato opere, repente sensi desiderij nostri in te singularis rerum mearum angustijs quasi sopitos antea igniculos exsuscitari; & muneris cognita, perspectaq; præstantia, quod tibi vni dignissimo adiudicaui; exoptatam occasionem ce-

leriter arripiendam,& quod in primis ante hunc diem appetieram, diuino afflatu in ſinum delatam, duce perficiendum eſſe putaui. Vulgare non eſſe volumen hoc; quod à tanto Theologo fuit excultum, ego ſuperioris temporis experientia edoctus; qui eiuſdem à me impreſſos typis libros ab omnibus expetitos conſpexi; & hoc illis nec vtilitate, nec excellentia poſtponendum eſſe his rationibus adductus exiſtimaui. Quis eſt enim, qui neſciat his temporibus, quibus hæreſes Reipublicæ Chriſtianæ pernicioſisſimè pullularunt, nihil vtilius, nihil delectabilius, nihil poſtremo eſſe magis neceſſarium; quàm in religione noſtra libros fideliter ſacras litteras interpretantes exiſtere; qui noſtros oratores informent, & erudiant; qui in templis, in maxima populi frequentia, ex ſuperiori loco, abdita diuinorum oraculorum myſteria explicant, & nos ad honeſtam vitam, ad ſummam felicitatem, quantum poſſunt, vocibus contendentes, accendant, & impellant? Nec puto quempiam eſſe, qui ambigat, ſi quid priſtinæ pietatis, & antiquæ religionis amplius in populo viget, floreſcitq; id omne præſtantisſimorum oratorum labori, induſtriæ, & vigilijs, proximè, & ſecundum Deum immortalem eſſe tribuendum. Vtile fuit ipſis, non nego, Sacerdotibus; dum hic idem noſter doctis meditationibus eorum oculos; qui conniuentes habuiſſent; ad contemplanda ſanctisſimæ diuina Miſſæ myſteria extulit. Forte etiam illud fuit vtilius; cum iuuenes in Theologia fundamenta iacientes, difficillimis propoſitis, ſolutisq; quæſtionibus, ad res diuinas ſpectantibus, ſubtiliter, & acutè inſtruxit. Sed hoc longè vtilisſimum omnium arbitror; virum in Philoſophia, & Theologia perfectè eruditum,& dicendi eximia facultate ornatum, relictis templorum occultis Adytis, & gymnaſijs, in templorum celeberrima theatra; ex tenebris denſisſimis, in clarisſimam, lucem: ex mediocri auditorum numero, in maximam hominum frequentiam prodire; nec quibuſdam ſolum ſtudioſis prodeſſe; ſed oſcitantes, oratione, eloquentia, actione ipſa hominum cętus ad rerum diuinarum contemplationem excitare; & inclinantes ad certisſimam vitæ beatæ expectationem piè, caſtèq; viuendo erigere, id verò ita eſſe maiores noſtri cenſuerunt; qui primas ijs, qui hoc munus in religione noſtra præclarum, illuſtre, ac propè diuinum egregiè ſuſtinent, omnibus temporibus detulerunt. Quorum in numerum cum, & hunc noſtrum aggregandum eſſe; & te plurimum his pro tua prudentia tribuere exploratum haberem; ſperaui; ſi huiuſce doctisſimi viri eruditas expoſitiones, & tuo patrocinio commendatas, & diligenter typis excuſſas edendas curarem; te ſtudium, & gratam animi mei voluntatem; ſi fortè tua Amplitudine non dignam; ſaltem tempori peropportunam, & exercitationi noſtræ accomodatam, perſpicuè eſſe cogniturum. Mihi etiam hæc animo verſanti perſuaſi;

hos libros incredibili quidem vtilitate refertos; ſed á paucis admodum adhuc cognitos, ſi cum tui clarisſimi nominis inſcriptione diuulgarentur; multò plus claritatis, & luminis; multoq; plus auctoritatis, ac dignitatis apud omnes habituros; & in doctisſimorum oratorum manus, & conſpectum, libentius, alacriusq; venturos. Videbam prætеrea nulli honeſtius, quàm tibi; & patriæ claritate; & maiorum nobilitate, amicis; & liberalitate; cæteris virtutibus, boniſq; ornatisſimo, hos commentarios ab illuſtri Theologo compoſitos nuncupari; & conſecrari poſſe. Natus es ex nobili gente Raparia; quam multos abhinc annos in ipſis ferè antiquisſimis coloniæ Romanorum fidelis Cremonæ primordijs; ſi antiquitatis memoria replicetur; floruiſſe comperiemus. Ex hac, tanquam ex equo Troiano in bello Milites fortisſimi; in pace, Iuriſconſulti prudentisſimi; in Religione, Antiſtites grauisſimi; in vita ciuili, Philoſophi doctisſimi, gloria fulgentes exierunt. Tu verò, cum adoleſcens indolis optimæ, moribus, & litteris homine ingenuo dignis imbutus eſſes; ne latum vnguem à maiorum tuorum veſtigijs declinares; in familiam, & piam ſodalitatem Canonicorum Lateranenſium Diui Auguſtini; id vltrò ob præclarum ingenij tui indicium patribus expetentibus; te ſacris addicens, vt cooptareris, operam enixè dediſti, in qua quidem ita, & omnium diuinarum, & humanarum diſciplinarum cognitione; & morum probitate; & ſanctimonia, breui viguiſti, vt patribus approbantibus, omnibus ferè dignitatum generibus iuuenis dignisſimus fueris iudicatus. Quid? nomen quidem ipſum, à prudentiſs. patribus; cũ te religioni ſanctiſs. cõſecraſti; tibi, ita diuino ſpirante numine, impoſitum; tuæ inſequentis vitæ fuit ſpecimen certisſimum. Quis enim credat, tè Cherubinum temerario fortunæ conſilio tunc nominatum; cum te in rerum diuinarum contemplatione verſantem, incredibili ſcientia; & ſapientia præditum; & velut ex beatorum ſedibus ad nos delapſum; nunc videat; & admiretur? id profectò præſagienti animo proſpexerunt maximi conſilij patres; qui tibi, cum vix in eorum numerum fuiſſes adſcriptus; doctisſimo magiſtro, optimè nomen tuum interpretati; in moribus, in religione, in Philoſophia, & Theologia, iuuenes maximæ expectationis erudiendos commiſerunt. Iſta fundamenta; quæ fauſtis iuuentutis tuæ auſpicijs firma admodum iéciſti; ad maiorem dignitatum molem ſuſtinendam, te aptisſimum poſtea reddiderunt. Hinc audiui; ſæpè etiam audio; nomen tuum, à quamplurimis celebrari; dum res Beneuenti; Lucæ, in cæteriſq; ciuitatibus Italiæ, abs te in dignitatibus poſito, prudenter, fortiter, continenter, & iuſtè geſtas, ita ſumma cum tua laude grauiter, & ſtudioſè commemorant; vt ex eorum oratione, te vbiq; omnibus charum, acceptum, atq; admirabilem fuiſſe, & adhuc eſſe, dilucidè appareat. No-

ſtra

stra memoria proximè tibi sanguine accedens, vir omnibus numeris absolutus, & solo nominis splendore omnibus notus Columbinus Abbas, qui virtutibus his etiam, non solum ad omnes dignitates iter munijt; sed etiam via sibi ad beatorum domicilium patefacta; apud posteros vitam propagauit; tibi in hac eadem religione,& vitæ genere præluxit. Talis, tantiq; viri mores, & sanctissima instituta tanquàm præclarissimum omnium actionum, cogitationumq; tuarum exemplar, in tota vita tibi ante oculos imitanda, obseruandaq; proposuisse,quis dubitet? Non enim is es, qui fumosis tantum maiorum imaginibus; sed in eorum lucidissimis vestigijs insistens,& proprijs rebus honestè, præclarèq; gestis munitus ad honores, ad gloriam, ad immortalitatem tibi comparandam curriculo felicissimo, euectus, celeriter contendis. Ex istis vitæ tuæ principijs, in quibus, vt merito, ita etiam prospere, ac cumulatissimè tibi omnia, quasi virgula diuina suppeditantur, & votis respondent,auguror breui te ad honorum, & dignitatum gradus summos cum omnium lætitia faustè, auspicatoq; ascensurum. Ecce uerò (ne quid publicæ lætitiæ deesset; & hoc nostrum de te nuper factum iudicium diuino consilio confirmaretur) mihi hæc de te meditanti, prædicenti,& litterarum monumentis consignanti; te Patrum omnium suffragijs,totius Religionis tuæ Visitatorem; munus inter vos sanè amplissimum, fuisse declaratum, certissimis nuncijs est expositum. Ad hæc, quæ per se maxima sunt, illa etiam; quæ, & à fortuna,& à natura tributa, (vt aiunt) hominibus, qui ad summa dignitatum fastigia extolli solent, in te posita maximè fulgent, appositè adiunguntur. Habes eos, & inter Senatores Romanos necessitudine, & inter purpuratos patres amicitià tibi coniunctos, principes, qui morum tuorum suauitate, & vitæ probitate allecti, tua causa omnia cupiunt, te vehementer amant, diliguntq;. Tum ex tua facie, totoq; corpore illa virilis dignitas, liberalisq; species enitescit, ut omnes in sui admirationem conspicientes, conuertat. Postremo, quid de grauissima illa oratione tua, sermonis comitate, affabilitateq; refertissima dicam? Huius profecto vim eam esse ego ipse sum expertus, vt grauitate plena, & suauissimis salibus condita, omnes ad beneuolentiam alliciat, & arctissimis amoris vinculis tibi in perpetuum obstringat. Hæc, & cumplura alia; Abbas Amplissimè, in te collocata ornamenta efficiunt, vt, & ego in numerum tuorum clientum aggregari cupiam, & hoc meum consilium, dum tibi in primis, quos dixi, libros nuncupandos, & sub tuo patrocinio, cum tui nominis inscriptione publicandos duxi,ab omnibus iure optimo probandum esse videatur. Itaq;, si hoc meæ in te obseruantiæ leue testimonium tibi non ingratum fuisse, & mihi ad ineundam humanitatis tuæ gratiam quasi fores patrocinij, & amicitiæ patefecisse accepe-

ro;

ro; beneficium maius, quàm ab homine infimo æstimari, ponderariq; soleat, quod nulla obruet vetustas, & nulla vnquam delebit obliuio; à viro amplissimo accepisse, persuasum habebo. Hunc verò exiguum conatum, qui tuas, tuorumq; laudes non pulcherrimis pigmentorum lineamentis absolutè expressit; sed tanquam, tenui penicillo designatas adumbrauit, siue rem, siue animum meum spectes, non penitus contemnendum (vt spero) pro tua sapientia iudicabis. Si quidem, & huiuscè muneris nostri tenuitatem humanitatis tuæ magnitudine subleuari, & ex hoc cunctis gentibus singulare animi mei erga te studium, qui etiam, si posset, maiora tibi libentissimè offerret, fuisse declaratum, non obscurè sensibus animi tui percipies.



VITA GABRIELIS BIEL

EX IOANNIS TRITTENHEMII *Abbatis Sphanhemen. de scriptoribus Ecclesiasticis libro.*





ABRIEL BIEL natione Theutonicus ordinis eorum, qui se fratres de communi vita, vel in communi viuentes appellant. Vir in diuinis scripturis eruditus, & in seculari philosophia egregie doctus: ingenio excellens: vita, & conuersatione pręclarus, qui gymnasio Thubingensi ab exordio suæ institutionis præfuit annis multis: vbi tam in philosophia, quam in sacris literis multos discipulos erudiit. Scripsit quædam non spernendæ auctoritatis opuscula, quibus nomen suum notificauit: Scilicet.

In Canonem Missæ lib. i.
Super quatuor Libros sententiarum.
Sermones de tempore totius anni.
De Paßione Domini lib. i.
De Festis Christi lib. i.
De Beata Virgine lib. i.
De Sanctis lib. i.

Clarius senex, prouectæq; ætatis apud Ducem Vuitembergen. maximo in pretio: sub Maximiliano Romanorum rege: & Alexandro Papa sexto. Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimoquarto.



INDEX.
RERVM MEMORABILIVM QVAE IN HIS SERMONIBVS CONTINENTVR.

A

B



C

D

E

F

G

H

I

L

M

✣✣

Q

R

S

T

V

FINIS.



INDEX DOMINICARVM TOTIVS ANNI HVIVS PRIMAE PARTIS.



FINIS.





SERMONES DE TEMPORE MAGISTRALES,

ET FORMALES DIVINI VERBI concionatoris, Spectabilis viri Gabrielis Biel ex Spira sacræ theologiæ licentiati, ecclesiæ metropolitanæ sancti Martini,

CIVITATIS, ET DIOCESIS MOGVNTINENSIS olim vicarij & prædicatoris ordinarij; opera, & lucubratione non modica Vuendelini Steinbach sacræ theologiæ professoris, ex præfati viri laudatissimi sermologis elaborati, & in viuum redacti.

DOMINICA I. ADVENTVS DOMINI.
SERMO I.



ECCE rex tuus venit tibi mansuetus. Zach. 9. originaliter, trãssumptiuè autem Matth & in dominicæ aduent⁹ primæ euãgelio.

De innouatione hominis & quæ sint innouata.

Adest charissimi tempus sacratissimum, omni deuotionis cultu dignissimum, tempus nostræ innouationis. In quo secundũ sanctæ matris ecclesię cõmemorationẽ ad noui hominis antiqui regis aduentũ in carnẽ (quo inueteratã, corruptãq; naturam humanam innouando reparauit, ac reparando innouauit) dignè celebrandum, omnes (vetustate deposita peccatorum) debemus mente, & spiritu renouari, sicut ad Col. 3. hortatur apostolus: Expoliãtes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouũ, eũ qui renouatur in agnitionẽ secundũ imaginẽ eius, qui creauit vos. Hinc & in ecclesia libri, & vestes innouari solent. In aduentu.n. regis noui omnia innouata sunt creator, & creatura, angelica pariter, & humana. Creator, apud quẽ nõ est transmutatio, nec vicissitudinis obũbratio, licet sit æternus & ab æterno, factus est in tẽpore nouus homo, & hominum liberator innouatus est homo, qa p Christi aduentũ in carnẽ deletũ ẽ chyrographũ peccati, deleta est pto plastorũ culpa, reformata ẽ natura. Humanitas quoq; exaltata est, & innouata sup naturã angelicam, qa verbũ nõ angelicam, sed humanam assumpsit naturam. Hebræ. .Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrææ.

Angelica quoq; ruina hominum redẽptione est restaurata. Eius enim redemptio est angelicæ ruinæ restauratio. Hinc Ioan. Apoca. 21. viso ecclesiæ statu futuro ait: Et vidi cęlum nouum, & terram nouam. Et infra dixit sedens in throno: Ecce noua facio omnia. Exhortamur itaque vt deponentes veterem hominem, nouum induamus in aduentu noui regis. Siquidem ipse, qui innouatus est, assumens, quod non erat, manens quod erat, vt sublatis duræ captiuitatis nostræ inueteratas vinculis noua faceret omnia, nos peccatorum vetustate squalentes dedignabitur, suoque aduentu non iam in carnem sed magis fructuosè in mentem repudiabit indignos. Ipso nanque teste. Matth. 9. Non mittunt vinum nouum in vtres veteres, nec commissuram panni rudis idest noui in vestimentum vetus, sed vinum nouum in vtres nouos. Ipse verò est vinum illud iucundissimum, sicut dicitur Cantic. 8. Guttur eius vinum optimum, quo non nisi charissimi inebriantur. Cant. 5. Comedite amici, & inebriamini charissimi. Si denique ipse pannus nouus non esset, quomodo diceret apostolus in hodierna epistola. Rom 13. Induimini dominum Iesum Christum?

Quæ sit radix nostræ innouationis.

Radices autem nostræ innouationis (vt Augustinus in plerisque locis docet) sunt amor Dei, & timor. Sicut ex opposito omnis vetustatis causa est amor, & timor inordinatus ad nos ipsos. Prior autem est amor timore. Nulli enim malum timemus nisi ipsi amato, & timoris nulla alia causa est secundum Aug. 83. quæst. nisi ne amittamus amatum adeptum, aut non adipiscamur speratum. Et quamuis secundum beatum Thom. 2. 2. quæstio. 82. artic. 3. meditatio eorum, quæ sunt diuinitatis secundum se maximè excitet dilectionem Dei, tamen propter infirmitatem mentis, humanæ, quæ ex priuatione iustitiæ originalis ad seipsam recuruata est, ac inclinata ad propriũ bonum, eapropter facilius id amare incipimus, quod nobis commodum attulit, & timemus, quod nobis nocumentum infert. Idcirco ad diuinum amorem nobis infirmis excitandum, sancta mater ecclesia nobis summum diuinæ bonitatis proponit beneficium, aduentum scilicet verbi diuini in carnem, quo rex regum, & dominus dominantium) Apoc. 19.) venit nobis in forma serui seruiturus, ac cum pace, & mansuetudine in nobis regnaturus. Ad cuius consyderationem omnem animã fidelem super salutis suæ custodiam in specula constitutam, & ideò rectè filia Syon vocata, dominus per prophetam excitat. Dicite inquit filiæ Syon: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. De quibus &c. Aue Ma.

Potẽtia, & gloria Christi vniẽtis in quo ostendit.

Euangelium hodiernũ quantum ad literam in die palmarum tractari solet Ideò nunc dimisso euangelio quantum ad literam, verba proposita tractabo dupliciter. Primò secundum, q̃ respiciũt dominum ad nos in carne venientem. Secundò inquantum informant cuiusli bet fidelis animam venienti domino dignè occurrentem. Quo ad primum in verbis thematis tangitur potentia venientis, & gloria, in verbo. Rex tuus, quia ipse est, de quo scribitur: Dñs virtutũ ipse est rex gloriæ. Et iterum: Gloriam regni tui dicent, & potentiã tuã loquentur. Tangitur secundò aduentus sui vtilitas, & causa, quæ est redẽptio, & salus nostra, in verbo, veniet tibi, sicut & de eo Esa. 33. ait: Dominus rex noster ipse veniet, & saluabit nos. Tangitur tertiò veniendi modus, & forma, qui est in mansuetudine, & clementia, in verbo, mansuetus, quoniam de se ait Hiere. 11. Ego quasi agnus mansuetus. Et iterum: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: Matt. 11. Potentia, & gloria venientis demonstratur in eo, quia rex est. Ipse enim rex est, & regis altissimi filius. Sicut de eo ad virginem angelus testatur: Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi dominus sedem Dauid patris sui, & regnum in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Cuius deitatis mysteria perspiciens Ioannes

aposto

Apostolus, & Euangelista ait: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratia, & veritate. Neque fas est ait Bern. serm. 2. de aduentu, Dei filium degeneré suspicari, sed æquales fateri necesse est altitudinis, & eiusdem penitus dignitatis.

Nam & principũ filios, principes, & regum filios, reges esse, quis nesciat? Hinc de eo apostolus ait: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo Ille meritò (ait Bernard. homil. 2. super Missus est) qui cum de nulla in angelicã formam factus fuisset, factori suo se cõparans, vsurpauit sibi, quod filij altissimi est proprium, qui vtique in forma Dei non factus sed genitus est. Altissimus verò pater, quamuis omnipotens sit, non potuit tamen vel æqualem sibi condere creaturam, vel inæqualem gignere filium. Fecit itaque angelum magnum, sed non quantus ipse, & ideò nec altissimum. Solum autem vnigenitum, quem non fecit, sed genuit, omnipotés omnipotentem, altissimus altissimum, æternus æternum ipsum sibi per omnia cooperari, nec rapinam æstimat, nec iniuriam. In libro quoq; de fide ad Petrum Aug. ait: Pater Deus de nullo genitus Deo semel idest æternaliter de sua natura sine initio genuit filium sibi æqualem, & eadem, qua ipse naturaliter æternus est diuinitate coæternum.

Et contra Maximum hęreticũ. Nihil patre minus habet ille, qui dixit: Omnia, quæ habet pater, mea sunt. Ioan. 6. Omnipotentia ergo patris etiam filij est. Nam omnia, quæ habet in substantia sua gignendo dedit ei pater: quẽ de substantia sua genuit. Sed quid frustra ineffabilia narrare laboro? Certè potentiam, & gloriam eius (quam vt dictum est, per generationem accepit) ille proferat, qui generationem eius æternam narrare sufficit Verum nullum inter filios hominum fore Esa. 53. tradit. Generationem eius inquiens, quis enarrabit? Quamuis autem rex sit, & dominus cœli, & terræ, immo & inferni ipse, qui venit, in cuius ditione cuncta sunt posita, & cui omne genuflectitur, cęlestium terrestrium, & infernorum. Specialiter autem noster rex est per gratam electionem, & adoptionem, sicut & specialiter noster Deus vocari voluit, sicut ait Abraæ Gen. 17. Statuam pactum meum inter te, & me, & semen tuum post te fędere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te. Et Leui. 26. Ero vester Deus vosque mihi eritis populus, quoniam nos sibi populũ elegit, in quẽ suorũ beneficiorũ cumularet imméſitate. Poterit hoc dilatari ex Berna. super Missus est. homil. 3. & homil. 4. Hinc in psal. dicitur: Beatus populus, cuius dominus Deus eius. Et iterum. Beatus, cuius Deus Iacob, adiutor eius.

Innuitur quoque, in themate causa aduentus tanti regis, quæ est nostra liberatio à peccatis, & redemptio à pœna perpetuæ damnationis. Rex noster ipse veniet, & saluabit nos. Et Lucæ primo ait Gabriel: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorũ. Et ad Gal quarto Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege vt eos, qui sub lege erant, redimerer, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus. Nobis itaquè venit non sibi, quia in se magnus, & maximus, nobis factus ést paruus, vt nos magnos faceret. Per Esaiam 9. dicitur: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Nobis inquam, non sibi, qui vtique ante tempora multò nobilius ex patre natus nasci temporaliter non indigebat ex matre. Non autem angelis, qui cum magnum habebant, paruulũ non requirebant. Nobis autem natus, nobis & datus, quia nobis necessarius.

Et quomodo nobis necessarius? quia abieramus in regionem deserti longinquam, errauimus, & penitus seducti perieramus, perditosque captiuos nos tenuit, & possedit seductor callidus fortis armatus. Incepit errare primus

parens noster, propter quod mors intrauit in omnem suam posteritatem, & qui omnibus esse debuit vitæ principium, factus est omnibus autor mortis, siquidem in Adam omnes moriuntur primo Corint. 15. Processu tamen temporis auctus est error, multiplicata sunt peccata. Neque reducere valuit lumen naturæ, sed neque lex, & prophetæ. Recesserat dies diuinæ cognitionis, feruor charitatis refriguit, & nox peccatorum in dies profūdabatur, vt Bernard. ait serm. primo de aduentu.

Iam non apparebat angelus, non loquebatur propheta, cessabant velut desperatione victi præ nimia duritia hominum, & obstinatione. Creuit plenitudo temporalium, quorum abundantia obliuionem fecerat, & inopiam æternorum. Tantum siquidem erat silentium quietis, & pax temporalium, vt ad vnius hominis edictum describeretur vniuersus orbis. Luc. secundo. Dum itaque medium silentium tenerent omnia, & nox scilicet peccatorum in suo cursu medium iter perageret: Omnipotens sermo tuus domine exiliens de cęlo à regalibus sedibus venit. Sapien. 18. Et quos nec herba, nec malagma sanare poterat, sermo tuus domine, qui omnia sanat, sanauit. Ibidem. 16. Nulla ergo causa veniendi erat Christo domino ait Augu. super Ioann. nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, & tolle vulnera, & nulla est causa medicinę. Venit ergo de cęlo magnus medicus, quia per totum mundum iacebat ægrotus. Genus humanū totum perierat, ex quo vnus homo peccauit, in quo totum erat. Venit igitur vnus sine peccato, qui saluos faceret omnes à peccato. Non enim eum de cęlo adduxerunt merita, nostra, sed peccata. Hæc ille. O ineffabilem diuinæ charitatis pietatem, nos indignissimi serui postquam de nihilo creati fuimus, & æternæ beatitudinis promissa recepimus, continuo nostro creatori peccando repugnabamus, nosque inimicos eius effecimus.

Debitores facti non solum non habuimus vnde solueremus, sed sponte nos auertimus, eum magis, magisque offendendo contempsimus, & corda nostra pęnitus indurauimus, ita vt seruos vocantis nos contumeliis, & morte afficeremus. Et is, qui offensus est, qui se vendicare potuit, quia omnipotens, inimicos suos dilexit ipse omnium summus, pro nihilo idest peccatore se exinaniuit formam serui accepit, ouem perditam quæsiuit, vocauit verbis, allexit beneficiis, portauit in humeris, debitum mortis ipse moriens soluit, vt nihil sibi, sed nobis inimicis suis, & contemptoribus vitam æternam nostram sponte perditam recuperaret, & non iuxta merita nostra per iustitiam damnaret. Quis vnquam talia audiuit, immo nec cogitare potuisset, sed audita, vel cogitata, desyderare quis pręsumeret?

Quis fur vel latro morte plectendus rogare auderet regem, vt pro sui liberatione filium naturalem pœnis vltimis exponeret? Et hoc summus imperator non rogatus, sed contemptus egit, sicut ad Roma. quinto. Cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et infra. Cum adhuc inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.

Ex quibus patet veniendi modus, qui fuit in misericordia, & mansuetudine non iustitia, & seueritate, sicut Ioann. decimosecundo. ait: Non veni, vt iudicem mundum, sed vt saluem. Siquidem iudex est mundi, quia omne iudicium pater dedit filio. Ioan. quinto. Sed vt Grego. homili. quarta ait. *Modus veniendi in mansuetudine, & clemētia.*

Quis ejus iustitiam ferret si prius quam nos per mansuetudinem colligeret culpas nostras per cęlum rectitudinis examinare voluisset? Vnigenitus ergo patris homo pro hominibus factus mitem se hominibus præbuit. Noluit peccatores ferire, sed colligere. Prius voluit mansuetè, corrigere, vt haberet, quos postmodum

in iudicio saluaret. Ecce charissimi pa tet, quod dictum est, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Hæc de primo.

Sed cui aut cur prophetica tuba hoc cecinit signum apponens aduertentiæ, aduerbium scilicet ecce attendamus. Dicite, inquit filię sion. Sion specula interpræ tatur. Quæ itaque suæ salutis sollicita fuit anima fidelis stans semper in specula diligentis consyderatio nis, vt vias suas custodiat, quæ dicere potest cum propheta, Dixi custodiam vias meas, rectè filia Sion dicitur. Huic vtiliter regis sui aduentus nunciatur, non desidi, ac negligenti ac salutem suam paruipendenti, ne dicam contemnenti, quatenus venienti se præparet in occursum, sicut alius propheta admonet, Præparare inquit in occursum Dei tui Israel. Amos. 4. Et in euangelica parabola, Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Mat. 25. Quomodo autem occurrendum sit, quibus ve præparamentis, ex verbis thematis elicere possumus, quia enim rex noster est, qui venit, occurrere oportet recta fide, eum talem recognoscendo ac debitæ obedientiæ homagium præstando, vt fideliter sibi obsequentes nihil sibi inimicum, vel contrarium admittamus, & suis regimini & legibus totam nostram ciuitatem subiiciamus, quod etiam terreno regi in sua susceptione fieri solet, in cuius signum claues ciuitatis sibi præsentari consueuerunt. Quia verò non sibi, sed nobis venit, cum magna gratiarum actione totam spem nostram, & fiduciā in eum proiiciamus. Quia mansuetus, & charitate plenus aduenit, nihil habens austerum, tota cum dilectione sibi inhęreamus. Quæ etiam respondét factis occurrentium venienti domino in Hierusalem. Nam primò respondet prostratio vestium in quo domino obsecuti sunt, in eo, quo prius mundo placere curarunt, vt mundo se valescere significarent, & soli Christo fidem seruare. Secundò respondet clamor, Osanna filio Dauid &c. quo ab eo, in quo fidebant, salutem petierunt. Tertiò flores, frondes &c. quo protestabantur in se florere charitatem, qua sibi tanquā victori mortis adhærerent, solent enī sponsæ sponsis florum serta offerre &c. Sed prosecutio eorum alteri sermoni reseruetur.

Ex quo illam sumamus doctrinam. Si Christi natalitia dignè celebrare, & venientem in mundum nouum regem dignè suscipere, ac cum eo in Hierusalem supernam ascendere cupimus, necesse est, vt ei fide recta, spe secura, charitateq; perfecta adhæreamus. In his enim secundum Aug. consistit cultus latriæ soli Deo debitus. Attendamus ergo, quis est iste, qui venit, quia Dei filius vnigenitus à patre ęternaliter natus, & in tempore pro nobis homo factus. Cui venit, & ad quid? pro nostra redemptione. Cum enim inimici essemus Deo, ex charitate nimia pater filium misit pro nobis incarnandum. Et qui peccatum non fecit, pro nobis fecit peccatum. i. oblationem peccati. Ex his in nobis oritur charitas, & dilectio, qua eum diligimus, nedum amore concupiscentiæ, sed & amicitiæ, huic vestes nostras proiicimus exuentes veterem hominem, qui non secundum Deum, sed secundum carnem viuit, cum omnibus actibus. Induentes nouum hominem, hoc est propositum deinceps non carni sed Deo viuendi, clamantes ad dominum, Benedictus, qui venit in nomine domini, Osanna in excelsis, vt sic confiteamur venientem regem nostrū dominum ore, corde & opere, nosque eius famulos inutiles, scientes, quia nō sumus sufficientes nobisipsis ad salutē sed omnis nostra sufficientia à Deo est. Nec quem moueat, quod omnia illa iā transierunt, & Christus mortuus est, ac resurrexit &c. Iam enim in cęlo ad dexteram patris collocatus diligenter attendit, & consyderat, qualiter se vnusquisque seruorum eius ad dignè commemorandum, & celebrandum eius natiuitatem præparat, & secundum quod vnumquemquam hoc tēpore dispositū in suo natali comperit bonis actibus ornatū, secūdū hoc illi grām suā di

Qūo occurrendum est domino veniēti.



dispensabit. Hinc in hodierna epistola ad nos clamat mater ecclesia Rom. 13. Abijciamus opera tenebrarum &c. Pulchrè valent pro horum deductione sermones duo beati Augu. de aduentu domini. Audientes ergo domini vocem ad natale suum non vocantis, non obturemus corda nostra &c.

DOMINICA I. ADVENTUS. Sermo. II.

SOLVITE, & adducite mihi. Mat. 21. & in euangelio hodiern.

Adest dilectissimi nobis tempus deuotissimum, toto cordis desyderio amplectendum, tempus nostræ renouationis in quo per vitæ nouitatem solutis vitiorum vinculis occurrere debemus domino venienti. Siquidem temp⁹ illud, quod ab omnibus domini aduentus nuncupatur, præteritorũ iucundissima est memoria, præsentiũ disciplina, spes certissima futurorum. Quid .n. memoriæ iucundius, quã misericordiæ illius incompræhensibilis exhibitio? qua pater vnigenitũ suum, creatorẽ nostrũ, & iudicẽ, virgineum per partum nobis dedit fratrem & fidelissimũ redẽptorẽ. Quem desyderantissimè sitiebat patrũ vet. test. caterua, in quorum persona suspirans sponsa ait: Quis mihi te det fratrem meũ sugentem vbera matris meæ vt inueniam te foris, & Deosculer te, & iam me nemo despiciat? Cant 8. Quæ exponens Greg. super Can. ait: In veteri lege ecclesia Christum expectabat, & in secreto patris manentem, foras venire per carnẽ ad oculos humanos nõ mediocriter cupiebat, quem & osculari desyderat, quia cõcupiscit vt amore ei seruiat, cui prius non accepta gratia plus timore, quam amore seruiebat, post cuius osculum iam à nemine despicitur, quia postquam Christus venit & suis fidelibus spiritum vbertatis infudit, ab ipsis etiam angelis honoratur. Hæc ille: Est & disciplina præsentium quia quicquid virtutis, quicquid sanctitatis, quicquid meriti, quicquid deniq; bonum laudabile & disciplinatum in nobis inueniri potest, adueniens in carne dominus in sepiso nos exemplauit, & similitudine sui nos ad vitam, quo vocare venerat, docuit ambulare. Hinc de sanctis animalib⁹ idest fidelib⁹ Deo seruientibus, ait Ezech. Similitudo hominis erat in eis, hominem sine dubio intelligens Christum hominem factũ. Ad cuius similitudinem sancti tendũt, vt ad sanctitatis virtutes surgere valeãt. Sancti .n. non essent si huius hominis similitudinẽ non haberent, vt dicit Greg. homil. 2. super Ezech. Futurorũ deniq; spem bonorum certissimã nobis reddidit dñi aduentus. Quis .n. dubitare poterit nos à Christo assumendos in gloria, propter quos leuandos tanta dignatione descendere dignatus est, & assumere nostta infirma? Hinc Grego. homil. 13. super Ezech. Propterea inqt incarnatus est dominus vt nos introduceret ad fidem, & educeret ad spem visionis suæ. Neq; venit vacuus, sed plenus affluens delitiis, fons non clausus, sed patens in domo Dauid, vt prædixit Zach. 13. De cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia, vt ait Ioa. Bap. Ioa. Simus dumtaxat & nos tales, qui recipere velimus, qui portare possimus, idcirco necessarium est asinũ nostrum à grauioribus oneribus liberare huius seculi cui alligat⁹ est, & Christi non tam oneribus, quam benedictionibus sufferendis præsentare, excitati verbo domini. Soluite, & adducite mihi. Pro gratia Aue Ma.

Aduẽt⁹ est memoria p̃teritorũ & p̃sẽtiũ disciplina.

Primò secundum verbũ domini imperatiuum, siue exhortatiuum præmittitur exhortatiua nostri excitatio. Deinde quibus modis asinus noster soluẽdus est, & domino adducendus. Quantum primum, quia historiam, quam ad literam resonat euangelium, non hodie sed in die palmarum factam scim⁹. Sed q̃ per mysterium signat, hodie colimus & per tempus modo instans. Nã sicut tunc ad passionem suam ascensurus dominus, asinam & pullum eius in ciuitate ligatos solui, sibiq; adduci præcepit, ac desuper sedens Hierusalem tendit.

Colit ecclesia p̃ misteriũ quod in dominica palmarum consummatum est.

Ita

Ita dominus hunc mundum per incarnationis mysterium visitans iudęorum gentilemq; populum immundum, irrationabilem, stultum, infirmum, & oneriferum, & ideò rectè vt Ioannes episcopus in hom. ait: per asinum significatū soluit. Fuerunt .n. homines (vt idem dicit) ante Christi aduētum idolatriis & passionibus diuersis immūdi, & irrationabiles verbi rōne carentes quantū ad Deū stulti: Quid .n. stulti⁹, quā factorē contemnere quasi facturā, & op⁹ manuum suarū adorare quasi factorē. Erant infirmi secundū animā, & ignobiles, nō valentes resistere passionib⁹ suis & obliti generationē suam cęlestem, facti fuerant serui passionum suarū, libidinis, auaritiæ, iræ, inuidiæ, superbiæ, &c & per hoc dęmonum quibus resistere non valebant. Et quicunq; dæmonū vel philosophorum cuiusq; erroris, vel dogmatis sarcinā voluisset imponere, sufferebant, & omnia non bona patientia supportabant, nec resistebant. Sed hos veniens in carne dominus, vt dictū est, soluit à cunctis erroribus, sibiq; ac suo suaui iugo, leuiq; onere subegit, & ad Hierusalem hoc est supernæ pacis desyderium dulciter accendit. Quod apostolus 1. Cor. 1. innuit cum ait: Videte fratres vocationem vestram, quia non multi sapientes secundū carnē, nō multi fortes, non multi nobiles; sed quę stulta sunt mundi, elegit Deus vt confūdat sapientes, & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia, & ignobilia, & contemptibilia mundi elegit Deus & ea quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret.

Hic domini aduentus à mundi initio figuratus est, & patribus reuelatus, propter quod prius quam exhiberetur, in patrum desyderijs exarsit, qui postquam exhibitus est, in sui amorem vniuersas gentes accendit. Quod in visione ostensum est Ezechieli dum super thronum vidit quasi aspectum hominis, à lumbis, & desuper aspectū ignis intrinsecus per circumitum habentis, à lumbis verò vsq; deorsum speciem ignis splendentis .s. extrinsecus in circumitu. Homo ille (vt exponit Greg. homi. 8. super Ezech.) mediator Dei, & hominum est Christus Iesus. Aspectus à lumbis, & sursum, hunc, secundū illud, quod fuit aut egit ante incarnationem significat. Sed à lumbis, & deorsum secundum illud, quod incarnatus contulit, repræsentat. A lumbis ergo superius intrinsecus ignis ardet, quia ante incarnationem vnigeniti redemptoris nostri sola intra sese Iudæa ardoris eius amorem habuit in suis electis, & spiritaulibus viris. Spiritualibus .i. in spiritu ventura cognoscentibus. Sed à lumbis vsq; deorsum ignis in circumitu splendet, quia postquam de lumbis Abrahæ virgo Maria exiit, in cuius vtero vnigenitus patris per spiritum sanctum incarnari dignatus est, ex hoc vniuerso mundo innotuit Deus. Sicut in psalmo dicitur: Accingere gladium tuum super fæmur tuum potentissime. Gladium circa fęmur potentissimus sumpsit, quia sermo prædicationis illius ex incarnatione conualuit. Nec solum splenduit, sed & incendit, dum & in vniuerso mundo gentibus claritatē sancti spiritus effudit, & in amorem sui, quos illustrauerat succendit.

Vultis audire patres futuræ incarnationis accenso desyderio iucundantes. Quomodo peccati desiderium sic accensū. Dominus in euangelio: Abraam pater vester exultauit vt videret diem meum vidit, & gauisus est. Ioan. 8 Loquebatur nobis Iacob patriarcha Gen. 49. Salutare, inquit, tuum expectabo domine. Salutare latinè, hebraicè Iesus dicitur. In quo patet quomodo Iesu desyderio ardebat, quem se moriens expectare perhibebat. Sed & Moyses ardebat hoc desyderio, dum ait: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum vt videam te. Exod. 33. Et iterum Obsecro domine mitte, quem missurus es. Exod. 4. Dauid quoque verbi incarnationem desyderans ait: Ostende nobis misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Et iterum: Ostende nobis faciem, tuam, & salui erimus. Abachuc etiam valido accensus amore dicebat: Ego autem in domino gau

debo, & exultabo in Deo Iesu meo. Eiusdem vlti. Magnitudinem denique impatientis huius desyderij, & prophetarum orationes, & clamorosa suspiria demonstrant. Emitte inquit, Esaias agnum domine dominatorem de petra deserti ad montem filiæ Syon. Eiusdem. 16. Et iterum: Rorate cęli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem, eiusdem. 45. Item. 64. cap. quasi longè expectatione fatigatus clamat: Vtinam dirumperes cęlos, & descenderes. Suscita, inquit Ecclesiasticus. 36. præcationes, quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur, & similia multa. Inde & blandæ illæ, & plenæ consolationis promissiones. Ecce apparebit dominus & non mentietur. Si moram fecerit expecta eum, quia veniet, & non tardabit. Abacuc. 2. Item propriè est, vt veniat tempus, & dies eius non elongabuntur. Esa. 14. Et ex persona promissi. Ecce inquit, ego declino in vos, vt flumen pacis, vt torrens innundans gloriæ gentium Esa. 66. His, talibusque accensi patres promissionibus, ardenter, & affectuosè præstolabantur Christi aduentum, eo quod iucunditatem, & exultationem thesaurizari super ipsis, & thesauros omnis sapientiæ & scientiæ in ipso esse absconditos pręsentirent, cuperentque & ipsi de plenitudine eius accipere. Quantum verò illustrauerit, & accéderit igne suo veniens in carne dominus, innumera martyrum multitudo ex omnibus gentibus, tribubus, & linguis conuersorum, testis est, cuius accensu ignem nec proprii sanguinis larga effusio aliquatenus remittere præualebat.

Sed nunquid tanta in nobis de desyderati huius exhibitione spiritualis inuenitur exultatio, quantus desyderii ardor in patribus ad eum adhuc exhibendum? De hoc beatus Bernard. serm. 2. super cantica ita lamentando ait: Ardorem desyderii patrum suspirantium Christi in carne præsentiam frequentissime cogitans, confundor, & compungor in memetipso. Et nunc vix contineo lachrymas, ita pudet temporis miserabilium temporum horum. Cui nanque nostrum tantum ingerat gaudium gratiæ huius exhibitio, quantum accenderat veteribus sanctis desyderium promissio? Ecce enim quam multi in hac eius quæ proximè celebranda est natiuitate gaudebunt, sed vtinam de natiuitate, & non magis de sua carnalitate.

Sed nunc charissimi nos, qui plenitudine temporis quo gratia, & veritas per Christum facta sunt, in esse prodiuimus, de somno corporis, & inertiæ euigilemus nostram salutem operari. Quia apostolo teste, hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, tempore scilicet isto gratiæ, quo per Christum ianua salutis est aperta, quam cum credidimus scilicet tempore legis, quo salutis adhuc ianua erat clausa ad Rom. 13. & epistola hodierna. Soluamus Asinum nostrum educentes ex stabulo fętenti nostræ carnalitatis, & immunditiæ, quatenus adduci valeat ad præsępe Christi. Ne etiamsi iam venientem audire contemnimus, de gratiæ exhibita plenitudine nostram damnationem exaggeremus. Et tantum de primo.

Quātæ exultatione fecit aduent⁹ Christi.

Sed fortè diceret aliquis. Quare opus incarnationis in finem seculi est dilatum, & non à principio casus humani consummatum? Responsio, Licet rationes temporum, quæ pater in sua potestate posuit non est nostrum cognoscere, vt dicitur. Actu. 1. tamen dubium non est quin sapientissimus dispositor temporum Deus omnibus suis operibus congruentissimum tempus elegit: Licet hæc congruitas à nobis plenè in via sciri non possit, ponunt tamen doctores varias rationes, cur in finem mundi dominus opus incarnationis distulerit. Quarum vna est secundum sanctum Bonauen. manifestatio seueritatis vltionis diuinæ, quæ tantos patrum clamores sustinuit, antequam

tequam

tequam ad redimendum redemptor mitteretur, & tanto tempore Adam cum sua posteritate in limbo carceratus teneretur. Secundo quia congruũ fuit vt homo prius conuinceretur de sua ignorantia,& impotentia,vt sic humiliatus sui defectu cognitionem confugeret ad gratiam Dei, & sic capax remedij redderetur.

Præcedere ergo debuit status legis naturæ, & legis scriptæ, vt dum vtriusque in sufficientia cognosceretur,in solo Christi aduétu spes haberetur,& cognito beneficio redemptionis, homo gratus redderetur. Tertiò vt dilatione tanti beneficij cresceret desyderium. Quod enim amplius desyderatur, & diutius differtur, præciosius reputatur. Non tamen impediuit dilatio satisfactionis efficaciam diuinæ prædestinationis. Nullus enim ab æterno ad salutem ordinatus ante Christi incarnationem perijt. Prius enim saluauit,quã in facto exhibita fuit. Saluauit enim patres ante incarnationem, vt preuisa sicut posteros exhibita. Neque aliquis non prædestinatus, etiamsi ab initio lapsus humani dominus incarnaretur, fieret saluus. Quarta ratio, quia distantia à principio facit debilitatem in effectu. Et ideò quantò plus distant homines à principio salutis Christi, scilicet incarnatione, tantò magis debilitatur deuotio. Vnde ait dominus, quod in nouissimis temporibus charitas refrigescet multorum. Vnde si à principio incarnatus fuisset totus feruor deuotionis perijsset. Dilata est igitur vtiliter ad finem seculorum, quo minus effectus eius longo tempore protracto tandem deficeret.

Quomodo asin⁹ est soluẽdus.

Nunc consequenter videndum est, quomodo asinus noster soluendus est, & ad dominum adducendus exemplo facti,quod in euangelio proponitur hodierno. Asinus noster sensualitas est nostra, seu homo exterior secundum sensualitatem viuens, & quæ carnis sunt velut iumentum hẹbes,& irrationale quærens, secundum Ioannem episcopum in homil. seu etiam ratio inferior secundum asinum viuit. Fecit enim Deus hominem rectum, & rationalem,sed cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus,& similis factus est illis. Antiquus asinus est voluntas inueterata, & indurata, Iuuenis asinus est voluntas in malum tentatione allecta. Hic ergo asinus primo soluendus est, tam senex, quam iunior per pęnitentiæ sacramentum, & peccati lamentum, per mundi contemptum. Soluimus eum, dum mundo, carni & diabolo renunciamus, & soli Christo viuere proponimus,eis amorẽ nostrum negando. Adducimus ad Christum dum ad ipsum, voluntatis nostrę subiectione proximamus, dum iugum domini super nos sumimus, iugum præceptorum quo ad asinam, iugum consiliorum quo ad pullum, nondum peccatorum iugo subditum, sicque dominum ferre poterimus supponendo eidem, & super ponendo asino nostra discipulorum vestimenta. Sacratum scripturarum, ac verbi Dei consolationem, quæ spem excitant futurorum promissione. Fidem fundant factorum narratione. Charitatem accẽdunt beneficiorum Dei multiplici narratione. Ramos submittimus, & prosternimus asino,dum sanctorum patrũ exempla, & virtutem animaduertimus & imitari satagimus, clamantes: Osanna in excelsis &c.

Doctrina moralis de solutione asini.

Hinc istam sumere debemus doctrinam ad consequendum fructum dominicæ incarnationis, necesse est exteriorem hominem nostrum à vinculis mundanæ conuersationis, & soluere, & sessioni Christi idest diuino regimini subiugare. Diuinum regimen est regimen secundum leges, & præcepta. Conuersatio mundana est conuersatio secundum prauas seculi consuetudines, qua præsentia quæruntur, futura non præuidentur. Vinculum mundo alligans, cupiditas est, vinculum Deo vniens charitas est, secundum apostolum Colo. tertio quæ aduinuicem contrariantur. Oportet ergo cupiditatẽ, q̃ est amor sui inordinat⁹ rescindere

vt possimus charitate Christo alligari. Hic dominus Luc.14. Qui non odit patrem, & matrem &c. adhuc autem & animam suam, non potest meus esse disci. &c.

DOMINICA. II. Aduentus Sermo. I. in ordine. III.

VIDEBVNT filium hominis venientem in nube &c: Luc.21.

Exponitur articulus fidei. Inde venturus

Graue est charissimi non cognoscere tempus visitationis domini. Visitauit olim præsens in carne mundum in humilitate: & specialiter populum suum Israel ad formandas animas peccatorum. Sed in propria veniens sui eum non receperunt. Ioan.1. idcirco pęnas horribiles sustinuerunt. Nam locũ & gentem ne perderent, cum Christum perdidissent, totum, quod perdere timuerunt, Christo perdito perdiderunt. Quare sic? eo quod non cognouerunt tempus visitationis suæ. Luc.18. Venturus est ad iudicium in maiestate ad saluanda corpora, secundum illud Phil.3. Saluatorem expe.do.no. Ie. Christum qui re. cor. hu. no. c6. cor. cla. suæ. Hunc nemo tunc ignorabit, quia veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui pupugerunt eum. Apocal.1. Sed tardè nimis tunc videbunt, qui non prius hoc tempore præuiderunt. Vnde in talibus sequitur, Plangẽt se super se omnes tribus terræ. Siquidẽ præsens tempus est quo vtranque visitationem cognoscere oportet. Præteritam quidem, & amare redemptorem. Futuram quoque, & timere iudicem. Quam futuram, qui hic non prouidẽt, longè grauiores, quia perpetuas pœnas sustinebunt. De his visitationibus Bern. serm.6. de aduentu. Volo vos fratres non ignorare tempus visitationis vestræ, sed ne illud quidem, quod hoc tempore visitatur in nobis. Animabus enim hoc tempus est, non corporibus assignatum, quod videlicet longè dignior anima corpore, priorem sibi sollicitudinem naturali vendicet dignitate, sed & prior reparanda est, quam constat corruisse priorem. Anima siquidem corrupta in culpam, fecit, vt corpus quoque corrumperetur in pænam. Deniq; si Christi membra volumus inueniri, sequendum est nobis sine dubio caput nostrum, vt videlicet primum nobis animarum reparandarum sit sollicitudo, pro quibus ipse iam venit, & quarum prius studuit mederi corruptioni. Corporis verò curam ei magis tempori reseruemus, quo reformandi gratia corporis est venturus in hominis forma glorificata. De quo ne nunc lateat aduentu, & si hominem fari non conuenit. dominus ait in themate, videbunt filium hominis &c. Aue Maria.

Finale iudiciũ probatur à lege naturali scripta & lege gratię

Euangelium illud finale iudicium respicit, quod cadit sub articulo fidei principali, quem nullum christianum ignorare licet. Est autem vltimus articulus fidei respiciens Christum secundum naturam humanam, qui est, Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos in omni actione nostra animaduertendus, & formidandus. Non quin omnes tempore iudicii iam resuscitati viuent, sed viuos, & mortuos. i. bonos, & malos siue eos, qui ante aduentum eius mortui sunt, & eos qui tunc viui reperientur. Articulus iste multiplex habet scripturæ testimonium, ex lege naturæ, lege Moysi, & lege gratiæ. De hoc iudicio prophetauit Enoch Propheta septimus ab Adam, dicens, Ecce venit dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, redarguere omnes impios de omnib⁹ opib⁹ & impietatibus eorũ, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra eum peccatores impii, vt recitat beatus Iudas in canonica. Item Iob 19 cum de resurrectione mortuorum clarissimè prophetasset, subdit, Fugite à facie gladii, quoniam vltor iniquitatũ gladius est, & scitote esse iudicium. De lege Moysi testantur hunc diem omnes prophetæ. Nunc tamen solum duo testimo-

monia de lege Moysi adducere placet: sicut & de lege naturæ duo adducta sũt testimonia, Vnde Iohelis 3. Congregabo omnes gentes, & adducam eos in vallem Iosaphat, & disceptabo cũ eis. Ibi præmisit, Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus, & horribilis. Item psal. 49. Deus manifestè veniet Sequitur, Aduocauit cęlum desursum, & terram discernere populum suum. De lege gratiæ est testimonium Christi in præsenti euangelio. & Mat. 16. & totus iudicii ordo describitur clarè Math 25. Item Act. 10. Petrus ait, Hic est, qui constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum. Item Rom. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi.

De hoc articulo multa dicenda forent. Sunt enim quædam præcedentia iudicium, vt Antichristi persecutio, mũdi turbatio, mortuorum resuscitatio. Sunt quædam comitantia, vt ignium conflagratio, meritorum discussio, sententiæ finalis latio. Sunt sequentia, vt mundi renouatio, malorum æterna punitio, electorum beatificatio. De quibus omnibus decet catholicum informatum esse, sed propter temporis breuitatem solum de iudicio, & comitantibus ipsum nunc sermo habendus. De iudicio finali tria tenenda sunt secundum sanctum Bona.

Tria de finali iudicio tenenda.

Primum, Sine dubio iudicium vniuersorum futurum est, in quo Deus pater per Christum iudicabit viuos, & mortuos, reddendo vnicuique secundum exigentiam meritorum. Sed diceret aliquis, Cur venit filius hominis ad generale iudicium, cum tamen in exitu animę de corpore per iudicium particulare quælibet anima ad vitam iudicabitur vel ad mortem, secundum illud apostoli ad Heb. 9. Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium. Sed non obstante iudicio particulari, conueniens est celebrari in fine seculi iudicium vniuersale. Et hoc propter multas congruentias, quarum quatuor ponit Sco. lib. 4. dist. 47. quæst. 1? Prima, Congruum est separari finaliter omnes malos ab omnibus bonis. Non enim malus communicat cum bono, nisi vel ab hoc, vt corrigatur malus, vel exerceatur bonus. Sed veniet finalis determinatio, vbi nec vltra boni exerceantur, nec mali corrigantur. Ergo congruum est fieri finaliter generalem sententiam, ergo & generale iudicium, vt separatio illa generalis appareat iusta. Secunda, quia in secretis iudiciis, quæ fiunt circa singulas personas, licet sit iustitia, non tamen omnibus manifesta. Rationabile ergo est, quod Deus habeat aliquod iudicium generale, in quo manifestetur sententia, vel iustitia, quam exercuit in particularibus.

Tertia, sicut res sunt a primo difficiẽte ita reducuutur in primum, vt in finem, sed præter speciales exitus rerum à Deo per illam operationem, de qua dicit saluator Ioan. 5. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor, fuit vnus exitus vniuersalis in prima rerum creatione, ergo à simili præter particulares reductiones congruit etiam vnam generalem reductionem fieri omnium in finem suum, & per consequens ad hoc vnam finalem sententiam discretiuam quia mali non reducuntur. Quarta, quam magis ponderat. Præter hoc, qđ vnusquisque ascribatur regno, vel carceri, tota multitudo præuisa ad regnũ debet aliquando determinari ad possidendum illud, & tota alia multitudo relinqui carceri, vt sic fiat sequestratio duarum familiarum, siue duarum ciuitatum, vt tractat Aug. per totum de ciuitate Dei. Licet autem singulariter nunc ille, nunc iste ascribatur regno, nunc iste, nunc ille carceri, tamen congruum est esse aliquod iudicium generale, per quod tota multitudo præuisa ad regnum mittatur in possessione regni, & tota altera relinquatur carceri, Hæc Scotus.

Et quia hoc iudicio, vt tactum est, patebit iusta damnatio, ac præmiatio singulorum singulis, necessarium est omnium & merita, & demerita patere omnibus, secundum illud apostoli 1. Cor. 3. Vniuscuiusq; opus manifestum erit.

Dies

Dies enim domini declarabit. Et iterũ. Veniet dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & consilia cordium 1. Cor. 4. Libri quippe conscientiarum aperti erunt. Apocal. 20. Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est liber vitæ. Ideo secundum quod hic tenendum est, de iudicio finali est. In hoc iudicio aperientur libri, conscientiarum, quibus merita, & demerita singulorum sibiipsis, & cæteris innotescent virtute libri vitæ, verbi. s. incarnati secundum Rich. in de regno animæ, conscientia liber est vniuscuiusq;, in quo cognoscit, quo debeat ire, quem debeat cognoscere. Sed liber vitæ secundum eundem, & August. 20. de ciui. cap. 14 quędam vis diuina intelligitur, qua fit, vt cuique opera sua bona, vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernet, nedum sua, sed omnium iudicandorum merita, & demerita, vt plures volunt, immo & iudicis, ac diuinorum æquitatem. Creabit siquidem Deus omnium meritorum, & demeritorum cognitiones simul in intellectu cuiuslibet iudicandi secundum Scotum.

Quis erit iudex in finali iudicio.

Ex quo consyderare libeat, quantus pudor quamque intolerabilis confusio omnibus quorum hic non tecta sunt peccata. Vbi se abscondent tunc peccatores, qui nunc hoc volunt videri, qđ esse nolunt, ibi non aliud videri possũt, nisi quod sunt, qui tot mala opera perpetrata hic callidè absconderunt, qui tanta astutia venenatos dolos hic specie bona palliarunt, qui denique tot turpia desyderia in secreto cordis admiserunt, qui tot impudicas cogitationes arcano pectoris volutarunt, quæ pro toto mundo nollent hic publicari? Ecce omnia publicabũtur coram Deo, angelis, & cunctis hominibus. Videbũt coniuges alternas cordis impudicitias filii secreta parentum, parentes turpitudines filiorum, nec est turpitudo, quę ibi non confunderur, nisi quam hic pudor confessionis, & pœnitentiæ absterget. Nec ideò minus cognoscemur, q̃a magna est multitudo malorum, quoniam ita singulorum opprobria ab omnibus cognoscentur, quasi ipse solus ab omnibus esset intuendus.

Dehinc pro tertiò de iudice videndum est. Et hic erit Christus Iesus in forma hominis glorificata. Ideò hic dicitur, Videbunt non filium Dei, sed filium hominis in Maiestate. Et angeli discipulis Mat. vl. Quemadmodum vidistis eum &c. Et hoc rationabiliter secundum sanctum Bonauen. in breuiloquio lib. 7. cap. 1. Quoniam iudex laturus vniuersalem sententiam debet ab omnibus iudicatis videri. Sed diuinitas facie ad faciem videri non potest, sine deformitate mentis, & iucunditate cordis. Necesse est ergo, quod iudex appareat in effigie creata, quæ apparere debet, & malis. Vnde Esa. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. capitulo. 56. Congruit proinde, vt quem hic peccatores oculo fidei videre nolebant pauperem, mitem & mansuetum, longanimem, & patientem, ibi videant gloriosum regnantem, & seuerum iudicẽ, secundum illud Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus, & qui pupugerunt eũ, quales sunt omnes peccatores Iesum rursum crucifigentes. Et tertiò, quia nemo iudicandus est ad ingressum regni nisi per meritum redemptoris, ideò cõgruum est, vt in ea forma iudex appareat, in qua iudicandos redemit. Cum ergo illa sententia irreuocabilis est, & ab omnibus obseruanda, necesse est, vt iudex sit Deus per autoritatem summam, à qua nemo appellare possit.

Licet in forma hominis veniet tamen secundum formam Dei iudicabit.

Verum quamuis in forma serui apparebit principaliter tamen secundum formam Dei iudicabit. Iudicare nanq; principaliter est primò, & perfectè determinare reddendum alicui secundũ merita. Perfectè determinat, cuius intellectus rectè dictat, & voluntas efficax est, & sufficiens ex se ad executionem dictati, siue determinati Sed Christus secundum humanam naturam non potest habere tale velle respectu præmii reddendi ipsi iudicato, quia secundum illam non potest beatificare. Quoniam secundum Aug. de videndo Deũ,

In

In potestate Dei est videri. Si vult, videtur, si non vult, non videt, Neque voluntas animæ Christi primò determinat, eo quod est causa subordinata voluntati diuinæ. Iudicat tamen secundum naturam humanam excellentissimè, subautenticè, siue commissariè, ita quod maior autoritas committi non posset, immò nec puræ creaturæ huiuscemodi committi posset. Sic enim efficaciter iudicat, vt omne eius velle impleatur ab eadem persona, cuius est ista volitio, licet non ab eadem voluntate quoniam persona Christi potens est, vt sola volitione producat, non sic voluntas humana in Christo. Est ergo tertium. Iudex Christus Deus & homo in forma deitatis à bonis tantum, in forma verò humanitatis, in qua & sententiam promulgabit ab omnibus videbitur, licet terribilis appareat reprobis, & blandus iustis. Neque solus iudicabit. Veniet siquidem in nubibus idest sanctis à terrenis eleuatis, omnibus q secuti sunt Christum. Vnde Mat. 19. ait dominus, Vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, & regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Per duodecim sedes perfectio tribunalis, idest numerositas iudicantium significatur, sicut per duodecim tribus, vniuersitatis iudicandorum, vt ait magister dist. 47. quarti. Hanc Esa. cap 3. dicit, Dominus ad iudicandum veniet cum senatoribus populi sui.

Quātus terror inuadet reprobos.

Ex illo libeat attendere, quantus tunc terror reprobos inuadet, cum supra se videbunt in tanta maiestate, quē hic contempserunt, cui hoc peccando dixerunt, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Iob. vigesimo. Si enim fratres Ioseph coram eo constituti in Ægypto tanquam coram domino terræ, cum audierunt piè dicentem, ego sum frater vester Ioseph. memores præteritæ iniquitatis, nimio timore perterriti obmutuerunt, nec respondere poterant.

Quid fiet de his, qui cernent contra se dominum vniuersitatis in maiestate venisse, ac totum orbem pro illo contra se pugnare? Hinc ad Hebr. decimo Terribilis est expectatio iudicii, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Augmentabunt terrorem simul, & dolorem assessores iudicii, quos hic indignos putabant, ac deridendos. Vnde turbati timore horribili, & præ angustia spiritus gementes dicent illud Sap. 5. Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum ęstimabamus insaniā, & finem illorum sine honore, quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non ortus est nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus.

Quid nobis profuit superbia nostra, aut quid diuitiarum iactantia? Omnia illa transierunt tanquam vmbra & tanquam nuncius præcurrens, aut sicut nauis, auis, vel sagitta transiens, cuius non est inuenire vestigium. Sic nos nati continuò desiuimus esse, & virtutis quidem signum nullum valuimus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus. Hæc ibi. Sed quid nos charissimi, nunquid & nos non timebimus tantum iudicem? Reuera valde timebimus iudicii illius districtionem.

Et quid iudicabit? Parum esset, si peccata operis solum damnaret. Sed quid per prophetam ait? Ego iustitias iudicabo, nedum opera, quæ nos tanquam mala cognoscimus, sed & ea, quæ iam iusta putabamus. Hæc inquam iudicabit iudicio discussionis, quo etiam minima discutientur, & verba otiosa Mat. 12. Iustum se hic putat, qui proximum nō decipit, aliena nō rapit, etiam si sua retineat, sed hunc iudicabit. Esuriui inquit, & dedistis mihi manducare &c. Ecce non dicet, adulte

raſtis, homicidę eſtis &c. ſed vnde ſe iuſtos putabant in ſuorum, & non alienorum retentione, hinc iudicio damnantur. Hinc Grego ait, Sæpe iuſtitia noſtra dum ad examen iuſtitiæ reducta fuerit, iniuſtitia apparebit, & plerumque ſordet in conſpectu iudicis, quod fulget in intentione operantis. Salomon Eccl.9. Sunt iuſti, & ſapientes & opera eorum in manu Dei, & tamē neſcit homo, vtrum odio, vel amore Dei dignus ſit. Et prouerbiorum 16. Eſt via, quæ videtur homini recta, & nouiſſimum eius ducit ad infernum. Certè hæc nouit Eſaias, ideo, 64. ait, Facti ſumus nos omnes immundi, & velut pannus menſtruatę vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Et verè ita patet cuilibet ſua opera conſyderanti. Iuſtus hodie dicitur clericus, qui continenter viuit, qui diuinis diligenter intereſt, nulla exteriora negligit, ſed ſi examinaret, qua puritate fulget animus, cuius immaculatum eſt corpus, ſi conſyderaret quanta deuotione diuinis intereſt, quantas lachrymas fundat &c. diceret. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Sic de coniugatis, qui & ſi ab alieno thoro ſe cuſtodiunt, ſed qua ſe mutuò caſtitate tractent, qua diligentia pueros nutriant, in diuino ſeruitio inſtituant, & virgam carnali amore illecti plus congruo ſubtrahant, aut pro eis nimis ſolliciti ſunt. Ipſi ſe conſyderent, videbūt, vnde iudicem timeant, & ſic de aliis. Quod ſi omnia, quæ dicta ſunt, cauentur, adeſt ſtatim inuidens bonorum ſuperbia, qua opus, quod iudicatur, perfectum, placet vt ſuum, extollitur mēs in ſeipſa, nec ſtatim totū reddit Deo, vnde accepit. Ecce habet, vnde vehementer ſuam timeat damnationem.

Sed quid his immoror? Timuit ſanctus ille Iob, quem etiam conſcientia ſua in vita ſua minime repræhēdebat. Hinc ait, Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti. eiuſdem.9. Nunquid & Paulus nihil ſibi conſcius erat, nec tamen ſe confidit iuſtificatum, quia qui iudicat me (inquit) dominus eſt 1. Corinth.4. Sanctus quoq; Hieronymus ſuper Matth. de ſeipſo ait, Quotiens diem illum conſydero, toto corde contremiſco. Et ſiue comedo, ſiue bibo, ſiue quid aliud facio, ſemper videtur illa tuba terribilis ſonare in auribus meis, Surgite mortui, & venite ad iudicium Ecce ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebit? 1. Petri.4. Quid ergo nobis faciendum, niſi vt hoc iudicium horribile ſemper ante oculos habeamus, toto corde timeamus hic, ne tūc terreamur cum reprobis, quia vt Gregorius ait homilia 7. ſuper Ezechielem, Qui modò terrorem illius conſyderare non ceſſant, ſtudioſè nunc conſyderāt, quā terribilis ad iudicium veniet, culpas anteactas defleunt, imminentes declinant, tunc terribilem non videbunt, quia nunc continuè timendo agunt, ne quando venerit, pertimeſcant.

Sed videamus qualis eſt iudicis ſententia quo ad electos, & quo ad reprobos, & quantò ſententiarum pondere quælibet onuſta euadat. Electis dicit, Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Matthæi.25. Venite. Amabilem vocationem. Benedicti. Honorabilem benedictionem. Patris mei, per æternam dilectionem. Poſſidete, præmii retributionem. Paratum, glorię præparationem. Regnum, regni aſſignationē. A conſtitutione mundi, æternam continet, & explicat prædeſtinationem. Reprobis verò. Diſcedite à me, quod finalem ſeparationem, maledicti, intolerabilem confuſionem, in perpetuam incarceratione, ignem, pęne acerbitatē, æternum, liberationis deſperationem, qui paratus eſt, gehennæ præparationem, diabolo, & angelis eius, quod dęmonum notat aſſociationem.

Qualis iudicis ſententia.

Hæc diffuſius extendere breuitas vetat Tantum de illo.

DE EODEM SERMO II. in ordine. IIII.

LEVATE capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Lucæ. 21.

Agimus hodie commemorationem, verius commonitionem aduentus domini ad iudicium, quem expectamus futurum, sicuti primum credimus ex pletum, quo veniet, & in veritate, & iustitia retribuere vniuersis secundum opera sua. Apoc. 20. bonis gloriam, reprobis pęnam. Sicuti enim dudum venisse in carnem credimus in miserationibus, & misericordia, ad dandum peccatoribus gratiam, & ad saluandum omnes contritos corde. Ad quem aduentum secundum nos disponit timor sicut ad primum amor. In quibus vera hominis innouatio consistit. Proponit verò ecclesia timorem post amorem, vt si quem aduenientis amor non trahit, qui est in carne, in benignitate, & humanitate, trahat saltem aduenturi timor, qui est in iustitia, & ęquitate inflexibili, & in maiestate tremenda, sicut primus fuit in benignitate ineffanda. Hic dies variis in scriptura nominatur nominibus, propter effectus diei illius ineffabilitatem Generali tamen vocabulo, dies iudicii nominatur, qui aliis dies iræ, dies caliginis, dies calamitatis, & miseriæ nominari solet, & sic de similibus. Vt verò ad hunc diem securi veniamus, abiectis peccatorum tenebris domini faciem turbantibus, & exasperantibus, ecclesia tempus illud præparationi aptum præmisit. Nosque timore penę trahere nititur, qui amore iustitiæ flecti nolumus. Eis verò qui amore iustitiæ se præparare studet ad aduentum domini secundum, cum veniet in maiestate tremenda, ait consolationis verbum, Leuate capita vestra &c. Pro gratia. Aue Maria.

Ecclesia trahere nititur timore & aduentum domini.

Iudicialis diei compara tio & signorum mysticatio.

Duo videnda sunt. Primum diei huius ad alios comparatio. Secundum, signorum mysticatio. Euangelium, Erũt signa &c. Inter omnes totius seculi dies præteritos, præsentes, & futuros nulla terribilior, nulla vnquam fuit formidabilior, quia nulla malis pęnalior. Fuerunt & olim dies dictu memoratuque tremendi, sicut illa, quæ in captione Hierusalem per Titum, & Vespasianũ iudæos fame, pestilentia, gladio miserabiliter percussit, quos dominus Luc. 19 & Matth. 24. lachrymando prædixit. Sicut dies quæ Sodomitas cum cæteris ciuitatib⁹ quatuor. s. Gomorra, Adama Schoym, Hale, quæ & Segor, & omni circa regione sulphure, & igne puniuit. De qua Gen. 19. Sicut illa, quæ vniuersam terram, his, qui in arca fuerant exceptis. 40. dierum diluuio extinxit, vt habetur Gen. 7 Et si sint alii, de quibus scriptura testatur, sed comparatione ad hanc iudicii diem minores, tolerabiliores, & quasi nihil punientes æstimãdi. Nam illa multipliciter cæteros omnes excedit malorum illatione, nam in puniendis peccatoribus est generalior, in punientibus numerosior, in pænis inflictis grauior, in effugio desperatior.

Siquidem in captione ciuitatis Hierusalem gens vna, iudæorum tantum, in Sodomis quinque ciuitatum prouincia. In diluuio etsi omnes extra arcam, tamen solum præsentes, & viuentes ab sorpti, ac puniti sunt. Dies autem iudicii omnes gentes, tribus, & linguas, præteritos, præsentes, & futuros ab initio seculi vsque in finem iudicabit, nec viuis parcens, nec mortuis. Omnes stabimus ante tribunal Dei, ait apostolus ad Rom. 14. & 2. ad Timo. 4. Iudicaturus est viuos, & mortuos, Et propheta, Aduocabit cęlum desursum, & terram discernere populum suum. Psal. 49 & Mat. 24. Plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa, & maiestate. De mortuis autem Ioan. 5. Apoc. 20. Mare dedit mortuos suos, qui in eo erant. Mors, est infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erãt, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Nec modo omnes, sed

& pro

& pro omnibus iudicabit omnes, maximè, etiam his, quæ nobis iusta videntur, quoniam secundum Grego. In isto iudicio sæpe culpa depræhenditur, quod à nobis bene gestum putatur. Et vnde expectabatur pia merces operis, inde iudicium sequitur iustæ vltionis 3. & 5. Moral. Hinc ait dominus. De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicii. Matth. 12. & in psalmo, Ego iustitias iudicabo.

Dies iudicii grauior propter numerum punientium:

Est & in punientibus numerosior. Nam in illis supra nominatis diebus vnum ex elementis, aqua, vel ignis, aut homo gladio puniuit. Sed hic reprobis ad augmentum pęne iusti, & iniusti, dęmones, & angeli, elementa, & cœli, dulcia hic olim oblectantia, & amara opera bene gesta, & peccata, interior mordens conscientia, & foris omnia exteriora, vt sicut bonis omnia in bonum, ita malis omnia cooperentur in malum. Armauit (inquit sapiens) creaturam in vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Sap. 5.

In pœnis quoq; grauior. In illis enim diebus corpus pęnam sensit, & in hac quidem horariam. Nam depositum velut in sensibili quieuit. In ista verò pęna multiplex, & amarissima, omnes vires sensus, & membra corporis, & animæ cruciat perpetuæ interminabiliter sine fine. Cruciabuntur die, ac nocte in secula seculorum. Apoc. 20. quia vermis eorum non morietur, & ignis eorũ non extinguetur, Esa. vlt. Marc. 9.

In effugio demum est desperatior. In prioribus nanq; diebus spes aliqua effugii, pænitentiæ locus in pænis, ac sanctorum patrocinia dare poterant. Nam multi ex huiusmodi pereuntibus temporaliter, saluati creduntur, qui in pęnis pænitentiam egerunt, credentes in Deum Hebræorum, vt vult Hieron. super Naum. & magister dist. 15. quarti Sed in die iudicii pænitebunt quidam lugentes amarissimè angustiati, sed sine spe veniæ, vt habetur Sap. 5. Nulla ibi expectatur sanctorum patrocinia, quia secundum B. Aug. ser. 15. ad fratres, nõ ibi tunc sancti subuenient nobis quia miserendi tempus & misericordiam impetrandi non erit, & iam fugiet à ianua paradisi Maria, omnes enim contra nos tunc erunt. Abraam contra inobedientes, Isaac contra impatientes Iacob contra negligentes & Ioseph contra incontinentes. Denique iudicis omni potentiam euadere, aut repellere non poterunt, nec latere sapientiam, nec iustitiam flectere peccatores. Hinc Esa. 11. dicitur. Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum impium interficiet. De hoc in homil. 2. super Ezech. Greg. plura dicit, Ecce potentiam. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, Ecce sapientiam. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, Ecce inflexibilem iudicii æquitatem.

Quō diei vltimi terrorē sancti descripserunt Ioseph.

Huius diei terrorem exprimere volentes prophetæ, & sancti, cum verba defuerunt, multa simul terribilia coadunauerunt, vt vel sic nobis eius pauorẽ declarando incuterent. Hinc Sopho. cap. 1 ait, Dies illa dies iræ, dies calamitatis, & miserię, dies tribulationis & angustiæ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ, & clangoris. Et apostolus ad Heb. 10. Terribilis expectatio iudicii, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Quam diem in hac vita, dum adhuc incerta pendet illius iudicii sententia, sancti viri plurimum timuerũt, ne ipsam instantem timerent, scientes quia horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Et illud 2. Pet. 3. Cum omnia dissoluenda sint, quales oportet esse nos in sanctis conuersationibus, & pietatibus expectantes, & properantes in aduentum diei Dei, per quem cęli ardentes soluuntur, & elementa ignis ardore tabescent. Ibi quippe iustus vix saluabitur, peccator vero vbi parebit? Et quia dies illa terribilissima, ideò signis terribilibus, & tribulationibus, quales prius non fuere ab initio mundi (vt dicitur Mat. 24.) præuenitur. Et

quia

qnia omnia consumanda, ante consum mationem omnia perturbâtur, ait Grego. Hom 35. O terribilem, horrendumque diem, quem tam pauenda prænunciant, cui tamen tantũ sunt dissimiles, quantum à potentia iudicis persona distat præconis, ait Greg. in hom. hodierna, Verum sic peccatoribus, & impiis, non autem iustis. Hi enim his incipientibus lętantur, securi in corpore, & anima, quibus dicetur à domino Leuate capita vestra. Et tantum de primo.

Qua p̄paratio, ne illum diem timeam.

Vt autem nobis dies illa non sit formidini ex reprobis, sed exultationi cũ iustis, Curemus vt signa illa, quæ in euangelio audiuimus, mysticè in nobis inueniamus. His in nobis fieri incipientibus secundũ verbũ dñi leuare poterimus capita nostra, scientes quia appropinquat redemptio nostra. Sunt enim in nobis velut in microcosmo Sol, Luna, Stellæ &c. quæ in maiori mũdo consistunt. Ratio nostra siue intellectus sol est, cuius est, cætera, quæ hominis sũt illuminare, quo oriente dies est, occidente, nox. Hinc Sapien. 5. dicitur. Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Voluntas verò (quæ propter sui libertatẽ vertibilis est, & in vtranq; partẽ mutabilis, de se cęca, & stulta, nisi ratione illuminetur, Luna est, quia scriptum, est Stultas, vt Luna mutatur Eccl. 27. Fiât itaque in intellectu nostro, & voluntate signa, quæ in sole futura sunt, & Luna, qualia Ioel. 2. ait, Sol vertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequã veniat dies domini magnus, & terribilis, Et dominus Mat. 24. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suũ, & stellæ cadent de cælo. Sol obscurabitur versus terram, non versus venientis maiestatẽ, nisi fortè apparenter propter præsentiã, ac ad aduentum Christi maioris luminis obscurari videatur Ita sol nostræ intelligentiæ versus terrena, & ea, quę deorsũ sunt, tenebrescat vt stultus fiat mundo, qui sibi sapiens videtur in hoc seculo, vt sit sapiens Cristo, quia sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum 1. Cor. 3. Sed & in aduentu maioris luminis fidei, quo sol Christus illuminat venientes in hunc mundum, sol intelligentiæ naturalis cõtenebrescat, nihil cunctetur, nec possibilitatem aut causas requirat, aut præualeat in suo lumine aduersus diuina instituta, quæ per fidem innotescunt, scientes quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus 1. Cor. 1. & in 3. Quod enim secundum errorem gentiliũ tanquã stultitia de Deo dicitur, excedit omniũ hominũ sapientiã pęnitus in captiuitatem redactam in obsequiũ Christi 2. Cor. 10. vt cũ Apostolo nõ iudicemus nos scire aliquid nisi Cristum, & hunc crucifixũ 1. Cor. 2. Luna mutatur in sanguinẽ, dũ sic nostra voluntas & effectus Christi sanguine inebriatur, vt se totam illi refundat, cui⁹ se gaudet sanguine lotam, resistens propter eum vitiis, & vniuersis Christo cõtrariis vsque ad sanguinẽ, non parcens carni, & sanguini propter quæ Dei sũt pro cuius amore, & sanguinem fundere sit parata, dum hoc necessitas fidei, atq; Dei Beneplacitũ requirit, dicens cum Sephora, Sponsus sanguinum tu mihi es. Exodi 4. Stellæ, quæ duntaxat in nocte lucent, cadunt, dum carnis, ac mundi oblectamenta, & affectiones, quæ placent in nocte ambulantibus, eisque lucent qui secundum eas in omnibus se dirigunt. Hę inquã, cadunt de firmamẽto. i. de parte intellectiua, quæ suprema est in homine, & sensitiuam regere habet, sicut cœlum inferiora, dũ à ratione repelluntur, & à voluntate spernuntur. Hæc quando aguntur, fit in terris in carnali sensu pressura gentium, gentilium. s. & carnalium cogitationum, & affectionũ, quæ sunt familia in regno animæ, vt vult Hugo de regno animæ. Præ confusione. i. confusa, & importuna suggestione fluctuum maris, aquarum multarum fluidarum voluptatum, ac turbationum exteriorum spiritui rebellantium, ac resistentium. de hoc Bern. ser. ad cleri. Arescentibus hominibus, vel spiritualibus præ timore recidiuæ, & diuini iudicii, quia nescit hõ, an odio, vel amore dign⁹ sit, sed oĩa in futurũ incerta reseruâtur. Ecc. 9.

Vel carnalibus præ timore redactionis sui in seruitutem spiritus. Cum autem spirituales timent, nihil de sua virtute confidentes, videbunt filium hominis venientem virtute magna, & maiestate, ferentem auxilia opportuna Fidelis enim est Deus (ait apostolus) & non permittet vos tentari super id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere 1. Cor. 10.

Tunc quærent latitare in cauernis maceriæ, siue petræ. s. vulnerum Christi cum sponsa in Cãticis, & dicere mõtibus, & collibus. i. sanctis maioribus, & minoribus, Cadite super nos, pondere orationum, & operite nos, auxilio meritorum. Facit ad idem illud Hebr. 11. Circumierunt in melotis, in solitudinibus, in montibus, & cauernis. Et his fieri incipientibus, nondum factis, leuate capita vestra &c. Sicut infirmus cui prædixit medicus, quod operante medicina salutem, tales inducet viscerum torsiones, & puncturas, dum accidit labor huiusmodi sicut prædixit medicus gaudet, sperans quia appropinquat sanitas corporalis. Ita & his in nobis incipientibus, dum contenebratur sol naturalis intelligentiæ dans locum lumini gratiæ &c. gaudendum est nobis spiritualiter in tribulatione. Sicut beatus Iacobus hortatur, Omne gaudium existimate, inquit, cum in varias incideritis tentationes, eiusdem 1. scientes, quod non aliter spei nostræ caput leuare possumus hic, & in futuro &c. & tantum de illo.

DOMINICA III. Aduentus. Sermo I. in ordine V.

Præparatione hospitij ad aduẽtus Xpi mẽtem.

RENVNCIATE Ioanni, quæ audistis, & vidistis. Mat. 11.

Sãcta mater ecclesia in hoc sacro tempore aduentus domini, quod præparatorium est ad futuram festiuitatẽ dignè celebrandam, firmissima salutis nostræ ponit fundamenta, vel verius fundamento dudum posito nos inserere conatur & vnire. Fundamentum illud Christus est, dicente apostolo 1. Corinth. 3. Fundamentum aliud nemo ponit præter id quod positũ est, quidẽ Xp̃s Iesus. Huic fundamento inhæremus, & coniugimur. Primo per fidem Christi, propter quod, & fides ipsa cæterarum virtutum fundamentum dicitur. Hebr. 11. Fides est substantia rerum sperandarum. substantia. i. fundamentum substans. Agit ergo studiosè ecclesia vt ostendat Iesum Mariæ filium esse Christum in lege, & prophetis promissum, dum ea legenda, & canenda proponit, quibus doceamur hęc esse completa in domino Iesu, quæ de venturo Christo dudum per prophætas sunt prædicta. Ideòque præsens euangelium legi statuit, quia in eo describitur, quomodo dominus Iesus discipulis Ioannis, & in eis omnib⁹ fidelib⁹, se illa operari in languentium sanatione demonstrauit quædudum de venturo Christo per Esaiam fuere prophetata. Quæ tamen & nos ita accipere possumus, vt ad litteram fides nostra solidetur, & per mysterium actiones nostræ dirigantur, quatenus ad aduentum eius spiritualem, qua mentes suorum sanctificatiuè inhabitat cõgruè disponamur. Confert autem ad hanc dispositionem plurimum, si Ioanni mystico. i. menti, aut portioni rationis superiori fideliter præsentamus quæcunque de Christo, & eius operibus legendo videmus, vel audiuimus, secundum verbum Christi dictum missis præcursoris sui discipulis. Renunciate Ioanni, quæ audistis, & vidistis. De quibus pro gratia. Aue Maria. Primò euangelium quo ad primam eius partem (dimissa secunda de Ioannis commendatione) tractabitur ad litteram. Secundò ad morum instructionẽ per tropologiam.

Quia ergo discipuli Ioannis adhuc carnales, & infirmi, indiscretè pro magistro suo zelantes, Christo, & eius famæ inuidebant. (Vnde dixerunt, Rabbi, qui erant tecum trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic

baptizat,&omnes veniunt ad eum. Io. tertio. Quia etiam rudes erant, & ad intelligendum tardi, ideò cum Ioannes de Christi sublimitate sæpe eis prędicasset, intelligere non valebant. Vnde ibidem Ioan.3. dixit, vos mihi testimonium perhibetis,quod dixerim,non sum ego Christus. Illum oportet crescere, me autem minui. Quia etiam increduli fuerũt Christo propter quod pharisæis se coniunxerunt, dicentes, Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Matthei 9.) Ideo Ioannes in vinculis sciens se iã in exitu constitutum, volens discipulorum suorum saluti prouidere, misit eos ad Christum, vt viderent exempla suæ sanctitatis, & vitæ, per quæ inuidi ędificarentur, audirent verba suæ sapientiæ, per quæ rudes instruerentur, viderent miracula glorię, per quæ increduli reuertentur.

Cur Ioannes duos discipulos misit.

Misit verò duos, vt ipsis reuersis crederetur ab aliis, quia in ore duorum, vel trium stat omne testimonii verbũ. Et vt se per capitis Christi membrum demonstraret, qui binos, & binos ad prædicandum discipulos misit. Misit itaque duos ad Christum, per quos ait ad Christum,Tu es,qui venturus es,an alium expectamus?Non hoc dubitando quærit, quia vt dicit Lyra, Ioannes non fuit minus illuminatus,quàm propheta veteris testamenti, quia testimonium perhibet Christus, quia fuit plus quàm propheta. Prophetæ autem cognouerunt Christum non tantum nasciturum in carne propter nos, sed etiã moriturum,descensurum ad inferos, & resurrecturum &c. quoniam hæc omnia de ipso prædixerunt, vt suis in locis patet, multo fortius hęc non ignorauit ipse.

Denique dixit de Christo,Ecce agnus Dei.Ioan.1.quod non dixisset (vt videtur)nisi vidisset eum immolandum pro salute mundi.Sed misit (vt dictum est) propter discipulorum suorum incredulitatem, vt ipsi videntes, & audientes responsum, & opera Christi, in vera fide solidarentur. Et hoc est, quod dicit Augustinus, Ite, dicite illi. Non quia ego dubito, sed vt vos instruam. Quod ego soleo dicere, ab ipso audite. Audistis præconem, confirmamini à iudice.

Idem sentit Hilarius, sic dicens,Ioannes non suæ sed discipulorum suorum ignorantiæ consulit. Vt enim scirent non alium à se prædicatum, ad opera eius intuenda discipulos suos mittit,vt autoritatẽ dictis illius & opera cõferent, nec Christus alius expectaretur,quam cui testimoniũ opera præstitissent. Et Chrysostomus, Ideo interrogabat per discipulos suos responsum, non vt ipse accipiens responsum, à Christo audiret,& disceret,sed vt missi discipuli oculis suis viderent opus eius,& crederent. Misit Ioannes discipulos ad Christum, vt miracula eius viderent, quæ tot fecit, vt paucorum animas lucraretur, quia melior est apud Deum vnus iustus,quàm totus mũdus peccatoribus plenus.Hæc ille.Huic etiam sententiæ correspondet responsio Christi. Ait enim interrogantibus discipulis, Tu quis es? Ite,renunciate Ioanni, quæ audistis scilicet in prædicatione, & vidistis in miraculorum operatione. Cęci vident &c. quasi diceret, Conferte opera,quæ in me videtis cum prophetarum oraculis quæ legistis,vt me illum, de quo dixerunt, esse cognoscatis.

Duobus mediis se esse Cristum probat Cristus.

Duobus siquidem mediis se probauit fore Christum. Et quia opera fecit, quæ creatura pura facere non potuit, & quia ea operatus est quæ venturum messiam prophetę & operaturũ prędiãxerunt. Nam vt Lucas capitulo septimo dicit, In ipsa hora præsentibus scilicet discipulis Ioannis, curauit multos à languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum.Hæc autem,&similia fienda per Messiam Esaias prædixit. Nam capitulo quadragesimosecundo ait, Dedi in fœdus populi, & in lucem gentium vt aperias oculos cæcorum. Item capitulo tricesimoquinto dicitur, Deus

ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet, sicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. Et capitul. sexagesimoprimo, de eius prædicatione, Spiritus domini super me, eo quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Sic habet translatio. 70. licet translatio nostra ponat, mansuetis, vbi alia habet pauperibus. Et ita allegat Lucas capitul. quarto. Sonat ad idem Esa. capit. vigesimonono. Et quia secũdum Chry. discipuli Ioannis aliquando inuidebant Christo, sumpta occasione ex miraculis Christi, quæ Ioannes nunquam faciebat, quem ipsi carnaliter dilexerunt, auisatur eos dominus, dicens, Beatus, qui non fuerit scãdalizatus in me, scandalo accepto, non dato, quomodo vos scandalum accepistis. Potest etiam verbum hoc generaliter ad omnes referri, Beatus, qui non scandalizatus fuerit in me .s. dubitando de diuinitate mea, quia me vident in carne passibili.

Vel vt Greg. in homil. vult ad domini mortem referendum est, quia stultũ videbatur hominibus, vt pro hominibus autor vitæ moreretur. Vnde vult dominus dicere, Mira quidem facio, sed abiecta perpeti nõ dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cauendũ valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur. Sequitur secunda pars de Ioannis commendatione, quæ nunc propter breuitatem relinquitur. Et tantum de prima parte sermonis.

Quibus signis cognoscamus si Xps venit inmétem nostram.

Quo ad secundum, Audistis signa, quibus dominus se ostendit venisse in carnem secundum oracula prophetarum. Possumus autem eisdem signis spiritualiter intellectis cognoscere aduentum domini occultum in mentem, ad sanctificandum habitacula animarum. Valde nobis necessarius est ille aduentus, quo nisi reformemur, nihil commune nobis erit cum electis Dei, quia secundum Apostolum, Roma. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hoc non est eius .i. non est membrum Christi. Sed quicunque spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt, & cætera, quæ ibi sequuntur. Non enim illabitur menti hominis Christus solus, sicut neque est solus: illabitur & pater, illabitur spiritussanctus simul veniunt, simul recedunt Sicut ipse filius ait Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & veniemus ad eũ, & mansionem apud eum faciemus. Beatus verò (ait Bern. sermone 2. de aduentu domini) apud quem mansionem facit dominus Iesus, beatus, in quo sapientia ædificauit sibi domum, beata anima, quæ sedes est sapientiæ. Si ergo placuerit hunc tam saluberrimũ Christi aduentum agnoscere, scrutemur interiora nostra. Si interioris nostri hominis illuminata est cęcitas, si erecta est clauda obliquitas, si mundata est leprosa carnalitas, si soluta surditas, si viuificata mortalitas, si tandem ditata est spiritu aliorũ infusione charismatum paupertas. Hæc sunt, quæ operatur in anima occultè veniens, qui venit saluum facere, quod perierat. Luc. decimonono. Veruntamen gradatim has operatur sanitates, incipiens ab ea, quæ vltimo nominata est; ascendens donec animam, quam inhabitat, prouehat ad perfectum.

Necessarius est homini Christi aduentus in carnẽ & in mẽtem.

Primum ergo quod infallibiliter illabendo operatur est, quod animam virtutum inedia pauperem ditat donis, ac virtutibus, præsertim infundendo excellentissimum donum gratię, & charitatis. Nam & si aliquando cętera donat, seipsum non donando, aut se donat per illapsum, quædã alia nõ donando, quia diuisiones gratiarũ sunt. Nunquã tamen sine se charitatem, aut sine charitate seipsum donat, vt tractant doctores circa distinctio. 14. primi sententiarum. Et fortè dicis, Quõ sciam si charitate ditatus sum, cum & ipsa occulta datur? Effectus eius sine dubio manifestabunt eam, quos annumerat apostolus .i. Co. 13. Charitas enim benigna est & misericors erga proximũ, nec æmulatur, non agit perperã i. puer

ſe quo ad ſeipſum, quia patiens in aduerſis,& non inflatur in proſperis,non quærit,quæ ſua ſunt,ſed quæ ſunt Dei quo ad Deũ. Et hoc inter alia certiſſimũ ſignũ eſt inexiſtentis charitatis,ſi in omnibus ſeipſo,& cõmodo proprio, vel ſuorũ præponitur Deus, vt nihil attẽtetur cõtra Deũ pro quocunq; cõmodo acquirẽdo,aut dãno vitãdo. Ex his ergo, & alijs, quæ annumerat apoſtolus poteſt deprehendi charitas inexiſtens. Mortuum etiam reſuſcitat, quia animã charitate,& gratia veniẽs ditãdo,peccatis prius mortuã ipſa dimittendo viuificat. Vniuerſa enim peccata operit charitas. Pro. 10. & 1.Pet.4. Et de hoc dicit apoſtolus Rom. 8. Si Chriſtus in nobis eſt ſpiritus viuit propter iuſtificationem.Signũ huius viuificationis eſt,ſi peccata , ꝑ quæ mors intrauit animam .i. priuatio gratiæ, quæ eſt mors animæ diſplicent,nedũ facta, ſed & futura,facta quidẽ per gemitũ,& dolorẽ,futura verò per firmũ cauendi propoſitũ,atq; vitę opera placent.Hinc Bern. ſuper epiſtolã Ioannis ait: Teſtimonium (haud dubium quin vitæ) habes à ſanguine aqua,& ſpiritu, ſi contines à peccatis, ſi dignos agis pęnitentiæ fructus,ſi facis opera vitę. Aperit deniq; aures ſurdas faciens audire delectabiliter verbum Dei. Hinc dominus vbi ſupra. Ioan. 14. Si quis inquit diligit me , ſermones meos ſeruabit, & pater meus. &c.Sequitur.Et ad eum veniemus &c. De quo Bern. ſerm.2.de aduentu. Serua ſic verbum Dei , quomodo melius ſeruare poteris cibũ corporis tui. Nam ille panis viuus eſt , & panis mentis eſt. Panis terrenus dum in arca eſt, poteſt à fure tolli , poteſt à mure corrodi, poteſt vetuſtate corrumpi. Vbi verò comederis illum,quod horum times?Hoc modo cuſtodi verbum Dei, beati enim, qui cuſtodiunt illud. Ergo traiiciatur in viſcera quędam animæ tuę,tranſeat in affectiones tuas & i mores tuos. Si ſic ſeruaueris,haud dubium quin ab ipſo ſerueris. Veniet ad te filius cum patre, veniet propheta magnus, qui renouabit Hieruſalẽ,qui noua faciet omnia.Hæc ille. Mnndabit quoq; lepram carnalis ac ſecularis cõcupiſcentiæ.Nã ſecundũ Aug. guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Et ſicut Greg.Hom. 30. Caro ſpũm neſcit. Ita & ſpũs dũ inhabitat, neſcire facit carnẽ,imo & mundũ, quia facit relinquere concupiſcentiã huius ſeculi, & incẽdit ad amorẽ Dei.Hinc 1.Ioa.2. Siquis diligit mundum non eſt charitas patris in eo. Sed vbi non eſt charitas, dictũ eſt,quia ibi non eſt Chriſtus. Si verò charitas ineſt, hinc charus , præciosus, & magnus eſt Deus, & per conſequens mundus vilis,& contemptibilis. Non enim compatiuntur ſe amor mũdi,& charitas Dei, dicẽte Iacob.Quicunq; voluerit eſſe amicus huius ſeculi , inimicus Dei conſtituitur. Eiuſdem 4.

Rectificabit proinde curuitatẽ claudicantis affectus,qui pri⁹ in vtraſq; ꝑtes claudicauit, volens adhærere dño, & nihilomin⁹ frui hoc ſeculo,vt iã etiã in licitis , conceſſiſq; ſeculi vſibus ſe ſubducat, & totus ad Deũ erectus, ille ſolus ſibi dulceſcat,vt valeat dicere cũ apoſtolo: Omnia arbitrat⁹ ſum vt ſtercora vt Chriſtum lucrifacerẽ ad Phil. 3.Hoc quidem in eo efficit,qui in ſe loquebatur Chriſtus. De hoc ita loquit̃ Greg.Homi. 10.ſuper Ezech.Mentem, quã ſpirituſſanctus replet in amaritudinẽ tẽporaliũ, & delectationẽ æternorũ cõmouet. Dulce enim eſt eſſe in rebus humanis,ſed ei, qui de cęleſtibus gaudia nulla guſtauit , ac ſi quis iam cordis ore guſtauerit , quæ ſit iſta dulcedo cęleſtium præmiorum quanto illud dulce ſit , quod intus videt , tantò in amaritudinem vertitur omne, quod foris ſuſtinet,ſupernis inhiat, terrena iã omnia per mentis diſplicentiam calcat. Et quia nedum ſe in patria , ad quam creatus eſt videt , in huius vitæ exilio nil ei plus aliud, quam ſua amaritudo placet : Dedignatur ſubiacere temporalibus ardenter ſuſpirat de æternis. Hæc Grego. Demum expulſa mentis cecitate illuminat intelligẽtiã diuinorũ ſecretorũ reuelatione , ſicut

Quid operat̃ Chriſtus cum mẽtẽ hominis inhabitat.

dominus ipse ait Ioan.15.Iam non dicam vos seruos,sed amicos,quia omnia nota feci vobis,quę audiui à patre meo Sicut enim amor mundanus,atq; carnalis in omnibus excęcat eos , quos arripit,ita vt ea,quæ amant nõ cognoscãt, sed preciosa reputent,quæ vilia sunt,& bona,quę sunt mala Ita econuerso charitas , per quam Christus inhabitat eos, quos possidet in omnibus illuminat , quia facit affectibus mentis accedere ad eum , de quo dicitur, Accedite ad eum,& illuminamini. De quo Aug. 8.de trini. ait . Quantò flagrantius Deum diligimus,tantò serenius , ardẽtiusque eum videmus . Cuius prima causa est, quia charitas compescit , & tranquillat insolentem carnalium desyderiorum tumultum, qui intellectualem oculum obnubilat . Altera causa , quia amor Dei facit amantem sedulius, intimius , & attentius inquirere statum amati,& placentia sibi. Vinum denique perfectius gustando , videndoque agnoscitur , quam videndo solum. Amor autem gustus quidam experimẽtalis est amati. & per consequens facit ad pleniorem eius cognitionem .

Fructus ex aduẽtu Christi in nostrã mẽtem.

Meretur demum amor syncerus , vt amans spiritualiter ab amato dirigatur,&in secretis quibusque illustretur. Hinc Sap. 8. dicit de sapientia patris Christo domino nostro. In animas sanctas se transfert , amicos Dei, & prophætas constituit . Ecce habetis signa aduentus Christi in mentem, quorum tamẽ vltima duo in eis apparent, quos ita inhabitat , vt ad perfectionem vsq; subuehat . Quæ si in nobis cognoscimus,gaudeamus , honorem domino tribuentes,sin verò lachrymis, & precibus tam digni hospitis aduentum salutiferum præstolemur , nec cessemus, quia veniens veniet , & non tardabit, si tamẽ locum , vbi quiescere possit , in nobis inueniet præparatum , dominus noster Iesus Christus cũ patre,& spiritu sancto in secula benedict⁹,Amẽ.

DE EADEM DOMINICA Sermo II. in ordine VI.

TV es qui venturus es, an alium expectamus? Mat.11.

Beatitudiné omnes expectant.

Beatitudinem omnes homines expectaut, nam illam omnes desyderant , & quærunt ardentissimo amore, vt vult Augustinus, 13.de trinitate & Magister distinct.49. quarti. Quod verò quæritur , etiam speratur . Nam secundum Hierony. ad Demetriadem, appetendi omnis conatus perit, consequendi desperatione . Quis enim vnquam ad eam rem conatum fecit , quã sibi compossibilem non æstimat ? Speratur itaque, quod quæritur,quod verò speratur, exspectatur. In hoc autẽ omnes quęrunt beatitudinem , quia omnes quærunt bene viuere . Sed vt Boe. ait.plurimos deuius error abducit. Errant enim plurimi circa ipsum finem , vel circa media ad eum . Circa finem , qui eum quærunt in his perituris huius mundi bonis,in quibus inueniri nõ potest , quos Boe.3. de conso. metro.8 deplorat di. Heu,quam miseros tramite deuio abducit ignorantia . Non aurum &c. Sed quonam quod cupiunt lateat bonum , nescire ceci sustinent , & quod stellifex transabiit polum, tellure demersi petunt . Errant circa media, quicunque beatitudinem quærunt per alia media , quam per dominum nostrum Iesum Christum , qui vnus est mediator , beatitudinem conferentis Dei,& hominum 1.Timo.2. Quos dominus vocat fures,& latrones Ioan. 10 dicens.Qui non intrat per ostium,sed ascendit aliunde,fur est,& latro.Sequitur.Ego sum ostium , per me si quis intrauerit &c. Ostium haud dubium,qn ad beatitudinem estChristus mediator perditam enim fęlicitatem recuperare nemo poterat , nisi verbum Dei seipsum ostium constituens,aperiens,& introducens.Quia autem adhuc ascendere non poteramus,absconditum in sinu patris verbum, vt sic introduceremur , de-

scendit ad nos assumpta nostra natura in qua nobis factus est non solum redemptor, sed etiam via, & ostium Io. 14 Hunc venturum omnes prophetæ prędixerunt, vt ait Petrus Act. 3. Hunc & Ioannis discipuli expectabant, sed errabant in eo, quod Ioannem hunc esse putabant. Ideò beatissimus Ioannes tā quam fidelis magister cognoscens se iā mundum, & discipulos suos relicturum, ne in errore, quem reuellere frequentius studuit, manerent, ad veritatem ipsam misit, vt ea visa, & audita cognoscerent hunc esse, quem prophetæ testati sunt, cognitoque salutis autore ei adhærerent, & per eum beatitudinem, quam expectabant, & quæsierunt tandem inuenirent, & appræhenderent. Vnde non tanquam dubitans, aut ignorans, sed vt discipuli instruerentur, per eos ad dominum missos quæsiuit. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Pro gratia. Aue Maria.

Duos esse fines & duos duces viarum.

Propriè ostendendum est esse duos fines, & principes duos viarum ductores omnium hominum, Deus. s. & diabolus. De hinc designis, quibus hunc, vel illum in nos venisse, & in nobis regnare cognoscere possumus. Demum quomodo ad imitationem Ioannis hospitium Christo præparare debemus, quatenus in cor nostrum per gratiam venire dignetur De proprio, & secundo in genere simul dicetur.

Quamuis omnes homines beatitudinem appetant, & per sua opera quærant, tamen non omnes ad beatitudinem ad quam tendunt, perueniunt, dicente domino, quam angusta porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Mat. 7. Sunt tamen duo fines, ad quorum alterum quilibet hominū peruenturus est, quos in symbolo Athanasius tangit, Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent &c. vsque in ignem æternum. Sunt nihilominns & duo principes, homines ad viam horum finium dirigentes, quorum vnus, scilicet Christ⁹ dominus est verus, & naturalis dominus vniuersorum, rex regum, & dominus dominantium. Apoc. 19 Et ad Col. 2. Caput est omnis principatus & potestatis. Et in psal. 144. Regnum tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generatione. Alter videlicet diabolus, vsurpatus rex, non super omnes, sed tantum filios superbiæ. Iob 12. Ac princeps tartari, & huius mundi venit (inquit dominus (princeps huius mundi), & in me non habet quicquam Ioan. 14. Et apostolus eum dicit principem tenebrarū, & rectorem huius mundi ad Eph. 6. In quolibet homine alter horum dominatur, Christus ad vitam, diabolus ad mortem. In nullo verò simul. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Matth. 6. Verum nullus hominum violentatur sed cuilibet his damnatur, cui sponte consenserit. Attendant hic seculi amatores, quem principem habeant, imo cui tyranno se subiiciant. Vterque se offert homini, Christus pulsat, quatenus intromittatur, vt sanctificet, vt consoletur, vt veritate liberet, vt beatificet. Diabolus tanquam leo rugiens quærit, vt perdat, vt deuoret, vt dolo decipiat, vt ad pœnam æternam pertrahat. Dolum tamen suum abscondere, & sub mellis dulcedine venenum propinare laborat. Vnde frequenter in suggestionibus dubii sumus, an ex spiritu bono, an malo ingeranrur. Vnde secundum doctrinam Ioannis, Non omni spiritui credendum est, sed ad omne incidens consilium quærēdum nobis. Tu es, qui ventur us est, an alium expectamus? idest, tu es ab eo qui ad beatificandum venturus est, an alium ab eodem expectamus? Venit enim dominus in donis suis, qui nos præparat ad vitam, vt tangitur 1. Cor. 12. Sed nonnunquam angelus sathanæ transfigurat se in angelum lucis 2. Cor. 11.

Signa dignoscendi inhabitantē dominū.

Et quamuis occultè dominātur principes isti, nec statim notum est, quo quis ducatur spiritu, potest tamen ex signis certis cognosci, vnde signa ista, quibus ad litteram dominus se probauit venisse ad operandum salutem vniuersalem in medio terræ, eadem signa per myste

ria inuenta testantur aduentum domi ni ad operandum salutem particularẽ in anima se recipiẽtis. Et signa cõtraria tyrannidem testantur diaboli ad perditionem pertrahere laborantis. Christus ergo veniens illuminat cęcos, claudis gressum reparat, leprosos mundat, surdis auditum, mortuis vitam tribuit pauperes euãgelizat. Sed ecõtrario, diabolus dum animæ dominatur, excecat illuminatam, sistit ambulantem, inquinat mundam, mortificat viuam, condẽnat pauperem. Christus enim quia lux est illuminat. Ioan. 8. & interiores oculos ita illuminat, vt cognoscant huius mundi pericula, fallacias, & dolos, præsentium bonorum vanitatem, & futurorum veritatem, sicut illuminauit eũ, qui dixit. Homo natus de muliere &c. Per hunc modum membra singula dilatari possunt. Quia via. Io. 14 gressum restituit lassis, & claudis in via morum, dum charitatem infundit, ac gratia sua fortificat ad currendum viam mandatorum. Quia sanctus, & iustus ventilabrum habet in manu sua. Mat. 3. Et permundabit aream suam, & eiiciens paleas vanorum desyderiorum, purgat triticum, vt faciat fructum. Quia veritas) Io. 14.) aures mendaciis claudit, aperit veritati, vt quem perdiderat mendacium, veritas valeat liberare. Quia vita mortem destruit, peccata remittẽdo, & gratiam animæ vitam infundendo. Quia diues in omnes 2. Cor. 8. pauperibus suis optima nunciat, & promissa reddere non retardat 2. Petri 3. Ad hunc ergo charissimi conuertamur. Hæc signa diligenter aduertamus, vt sciamus, quis in nobis dominetur. Etsi signa crudelis exactoris aduertimus, si cęci ad futura, claudi ad diuina, inquinati a luxuria, rebelles, & surdi ad pręcepta, mortui & insensibiles ad spiritualia, cupidi ad peritura. Curemus, vt ea repellantur, & signa mitissimi exactoris nobis imprimere laboremus. Veniet profectò, & nobis sua signa imprimet, si duntaxat ei occurramus, si ei locum præparemus.

Certa enim fide tenendum est, quo sicut tunc venit in carnem visibiliter saluaturus mundum, ita & nunc per dignam eiusdem natiuitatis commemorationem veniet in mentem suorum deuotorum, saluaturus eos per gratiam. Vnde qui se alienant à digna futuræ festiuitatis celebratione, alienos se reddunt ab acquisita salute. Hinc in hodierna dominica euangelium istud legitur, in quo fides (nostræ salutis fundamentum, qua credimus Christum Dei filium in carnem venisse) nobis aperitur. Qui enim credit in filium, habet vitam æternam. Ioan. 3. Adducitur quoque in eo testimonium efficacissimum operum diuinorum miraculosorum. Auctorizatur etiam Ioannis testimonium, vt patet in textu euangelii.

Qui nõ deuotè celebrãt Christi natiuitatem alienos se reddunt à salute acquisita.

Sed quomodo dignè celebrabimus natalem eius, aut quomodo ad Christi aduentum nos præparare oportet? si in nobis comperta fuerint; quæ & in Ioanne fuisse (qui interpratatur gratia Dei, vel in quo est gratia Dei) Christo perhibente testimonium euangelium refert. Fuit in Ioanne fortitudo in affectu, quia non erat arundo vento agitata. Castigatio in sensu, & carne. Non enim erat mollibus vestitus. Futurorũ præmeditatio in intellectu, quia fuit propheta, & plus quam propheta. Nihil enim proficit bene incipere, nisi propositum bonum conceptum in animo in nobis perseueranter, & immobiliter in aduersitate, & prosperitate in opere teneatur in finem vsque, exemplo currentium in stadio. Nemo enim mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno Dei. Matthæi 10. Et melius est viam veritatis non agnouisse, quam ea cognita retrorsum corruisse 2. Petri 2. Sola enim perseuerantia accipit palmam. Ad hoc valet quotidiana propositi boni innouatio, deseruiendo Deo, quam qui negligunt, facile arundinis more ad omnem ventũ mouentur. Sunt autem quatuor venti diabolico flatu concitati. Auster, aqlo, subsolanus, fauonius, seu meridionalis, septentrionalis, orientalis, occidentalis. Primus est prosperitatis tempora

lis

lis, & dicitur dęmonium meridianum. psal.90. Secundus aduersitatis mundialis,& dicitur timor nocturnus. Tertius præsumptionis,& erroris,& dicitur sagitta volans in die. Quartus desperationis finalis, & dicitur negocium perambulans in tenebris. Qui ergo vult esse Ioannes,non erit arundo vento aliquo agitata, sed stabit constans vsque ad mortē,& habebit coronā vitæ Ap.2

Ad imitationē Io. Christo hospitium debemus p̄parare.

Oportet secundò in nobis esse carnis castigationem,vt corpus in seruitutem spiritus redigatur.Cum enim Deꝰ est spiritus,non vult sibi fieri habitaculum per blandimenta carnis. Caro eñ spiritum nescit. Carnalis quoq; homo non sapit ea,quæ sunt spiritus, stultitia enim est illi 1. Cor. 2. Et qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cū vitiis,& concupiscen. ad Galat.5. Item Gen.4. Subter te erit appetitus tuus,& tu dominaberis illius.Hinc 1.Co.7.ait Apostolus Tempus breue est. Reliquū est, vt qui habent vxores, sint tanquam non habentes. Et qui vtuntur hoc mūdo &c. Cuius dicti expositionem vide in sermone 2.de pent.parte 3. Tertiò simus prophetę, nouissima nostra diligēter attendendo secundum illud Eccl.7. Memorare nouissima tua, & in æternū non peccabis. Sunt enim proxima, & incerta.Hinc de primo Eccl. 14. Memor esto,quia mors non tardabit. De secundo.Nescit homo finem suum, sed sicut pisces hamo,& aues laqueo capiūtur,sic homines in tempore malo, cum eis exemplo superuenerit. Eccl.9.Simꝰ plus, quam prophetæ quatenus futura certa tanquam præsentia oculis præponamus, quando etiam præsentia pericula non ignoramus. Hæc ergo futurorum præuisio,tanquam prę̄sentium masticatio valde disponit hominem ad gratiæ susceptionem. Hinc propheta. In meditatiōe mea exardescet ignis,ad peccati expulsionem, & per consequens Christi susceptionem. Extende, vt placet.

DOMINICA IIII. Aduentus Sermo I.in ordine. VII.

MEDIVS vestrum stetit, quem vos nescitis.Ioan. 1.

Ad occurrendū Xpo hortatur ecc.ideò quis sit præponit.

Ad occurrendum venienti suo sponso,eumque dignè suscipiendum, instante iam sacrosancta festiuitate, frequenter nos excitat sancta mater ecclesia.Et ne à beatis illis nuptiis cum fatuis virginibus nos imperatos excludi contingat, euangelicum illud auribus nostris inculcat.Ecce sponsus venit,exite obuiam ei. Hoc agit, quoties nobis illius aduentum insinuat,quotiēs veniētis maiestatem prædicat, quotiens nos à torpore somni excitat.Hinc est,quod clamat. Paratus esto Israel in occursū domini,quoniam venit.quo ad primū, quod eminentiā domini per præcursoris organum in euangelio aperit, quo ad secundū quod nos ad spirituale gaudium excitat, & à tristitia ex vicinitate domini euocat per apostolum in epistola,quo ad tertium.Sed quoniam neque dignè ei occurrere, nec reuerenter suscipere poterit,quem nescit. Si enim (testibus Aug.10.de trini. & Gregor.in ho.36,)incognitum amari non potest, nec dignè suscipi, qui non amatur,quoniam & si timorem nonnunquam reueremur, quorum tyrannidem formidamus,non est ista reuerētia interior cordialis,& vera,sed exterior verbalis,& ficta quam dominus,qui tanquam sponsus plenus amore venit, non acceptat, sed detestatur. Populus hic (inquit per Esaiam)labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me 29.ca. Et iterum Prouerb.23.Fili prębe mihi cor tuum. Ideo nequaquā suscipi poterit à nobis incognitus, sed omnino nec prę̄sens teneri.Ideòq; primus, ac diligēs labor ē conari ad verè recognoscē dū veniēté, imò p̄sentē,ne sic vt iudęi,q p̄sēté dñm dereliquerūt, eūq; stultè apud seruulū quæsierunt,nos quærendo ignotum magis elongemur, audiamusque merito obiurgationis verbum cū illis.Medius,

ve-

veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Pro gratia Aue Mar. Primò recitabitur euangelium eiuſq; ſenſus literalis. Secundò ad noſtram doctrinam tractabitur thematis ſenſus moralis.

Euangelium. Miſernnt iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes, & leuitas &c. Ex hoc euangelio in ſumma eccleſia oſtendere vult iſtum, cuius natiuitatem celebraturi ſumus, eſſe mundi ſaluatoré, quem ab initio ſeculi pater cęleſtis mũdo deſignauit in figuris, præmiſit multipliciter in prophetis. Ea propter per totum tempus aduentus prophetarum leguntur oracula de mittendo ſaluatore ſonantia In quibus nihilominus patrum ingens nobis deſiderium declaratur, & noſtra tarditas, ac deſidia coarguitur In hoc autem euangelio omnium prophetarum terminum, & limitem adducit Ioan. ſcilicet plus quam prophetam, cuius teſtimonium efficax nimis eſt, quoniam mirabiliter conceptus, mirabiliter natus, mirabiliter & ſupra hominem eſt conuerſatus cuius fama per omnes Iudeæ fines diuulgabatur ſicut Lucas ca 1. teſtatur. In tantũ enim creditus erat populo propter vitæ auſteritatem, ac miraculorum eius ortum illuſtrantium nouitatem, vt nõ ſine cauſa ab eis Chriſtus putaretur. Vnde non plebæi aut indocti, ſed ſacerdotes, & leuitæ ex phariſæis, legis, & prophetarum non ignari miſſi ſunt vt interrogarent eum ſi meſſias eſſet. Vnde & dixerunt. Tu quis es? Ille autem vt Greg. in homil. dicit: elegit ſolidè ſubſiſtere in ſe, ne humana opinione raperetur ſuauiter ſupra ſe, vt veritatem loquens, membrum veritatis fieret cuius nomen fallaciter, non vſurparet. Profeſſus itaq; eſt ſe non eſſe Chriſtũ eccleſiæ ſponſum, ſed amicum ſponſi, præcurſorem domini, vocem verbi. Ego ſum (inquit) vox clamantis in deſerto &c. Sed quale illi teſtimonium dedit, cuius ſe eſſe vocem, præcurſorem, & amicum aſſerit. Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis qui nõ in aqua tantum, ſed in ſpiritu ſancto baptizans peccata remittit. Hic eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, prælatione ſcilicet & dignitate, ſecundum Grego. quia ante me erat quantum ad perſonam. Non enim eum natiuitatis ſuæ tempora coanguſtant. Nam qui per matrem in tempore naſcitur, à patre eſt ſine tempore generatus, ad Heb. 13. Chriſtus heri, & hodie ipſe, & in ſecula ſeculorum, cui non ſum dignus corrigi. calci. ſoluen. In quo & magnifica humilitas Ioannis comprobatur, qui ad id, quod nouiſſimorum famulorum eſt, ſe indignum iudicauit, qua humilitate veritati teſtimonium perhibuit, & ſeipſum valde dignificauit. Et tantum de primo literali, ſcilicet euangelij ſenſu.

Ad quẽ finẽ venit ſaluator.

Nunc pro noſtra morali inſtructione verbum præcurſoris tractemus paulo latius, quo ait Iudæis. Medius veſtrũ ſtetit, quem vos neſcitis. Saluator mũdi Chriſtus dominus venit in carne principaliter ad ſalutem iudæorum, de quorum etiam radice corporaliter naſci voluit, ipſo teſte. Non ſum, inquit miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Matth. 15. Stetetat itaq; in medio eorum vt operaretur ſalutem in medio terræ, & ipſi eum neſcierunt, hoc eſt ſcire noluerunt, quia neq; prophetarũ, ac ſcripturę teſtimonijs, nec operibus, & miraculis credere voluerunt, ſicut dominus ait. Ioan. 5. Si crederetis Moyſi, forſitan crederetis & mihi. Ille enim de me ſcripſit. Et iterum. Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibẽt de me & non vultis venire ad me vt vitam habeatis. Et Ioan. cap. 12. Cum tanta ſigna feciſſet coram eis Ieſus, non crediderunt in eum, & ideò corporaliter, & ſpiritualiter deſerti, puniti in tempore, & æternitate, eo q; non cognouerunt tempus viſitationis ſuæ vt dicitur Luc. 19. Quod etiam prius per prophetam dominus lamentatur. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Eſa. 1. Et ſequitur cap, 5. Pro

pterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Propterea dilatauit infernus animam suã, & aperuit os suum sine vllo termino. Et iterum in psal. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi semper hi errant &c. Caueamus dilectissimi detestabilem hanc ignorantiã, ne incidamus in horrendum suppliciũ. Caueamus (ait apostolus. Hæb. 4.) ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Agnoscamus quemadmodum in medio nostrum, stat etiam qui sit, qui eum nesciant.

Domin⁹ non solũ ventur⁹, sed etiã est præsens.

Dominus, & redemptor noster non solum venturus est, sed & nunc præsens est. Venturus quidem est in festo vicinante per gratiæ augmentum omnib⁹ quos paratos inueniet, quos & dulciter consolabitur, sicut canit ecclesia in Responsorio. Descendit visitare, & consolari omnes, qui eum toto corde desyderabant, nihilominus prę̨sens stat in medio nostrum. Stat quidem immutabiliter, indistans omnibus, non solum per essentiam, præsentiam, & potentiam, sic tractat magister dist. 37. lib. primi. Ait nanque dominus. Cœlum mihi sedes est terra autem scabellum pedum meorum. Esa. 66. & cap. 40 de eo dicitur. Cę̨lum nititur palmo, & terram continet pugillo. Est enim omnibus interior, & exterior, inferior, & superior. Regendo superior, portando inferior, replendo interior, circundando exterior, vt ait Grego. Hom. 18. in Ezechielem. Et 2. moral. §. 24. Pulchrè Et sine locali diffinitione, aut circumscriptione cę̨lum implet „& terram. Exemplum accipe de anima respectu corporis, quod viuificat Hieremiæ. 23.

Verumetiam in medio nostrum stat per consyderationis indistantiam omnia nostra clarissimè prospiciens, cogitationes, & desyderia, motus, intentiones, verba, & opera, certius omnia cognoscens, quam aliquis in seipso. Hinc scriptum est. Oculi domini multo pl⁹ lucidiores super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & homiuum corda intuentes in absconditas partes. Eccle. 23. & Hierem. 23. E vicino ego sum dicit dominus, & non Deus de longè. Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum? Nec mirum si infinitæ sapientiæ quæ à fine ad finẽ attingit, omnia sint cognita. Si ei, in quo viuunt vniuersa, quę facta sunt, omnia sunt aperta. Si nihil ignorat, in quo velut in speculo mundissimo omnium possibilium rationes ideales perpetuò relucent. Deniq; secundum prophetam, qui finxit oculum quomodo non consyderat? Quomodo oculum in te non intendat suum, qui fecit tuum? Non eras, vidit te, vt esses, & nunc non curat te cum sis? Velis nolis (ait August.) Videt te, & non est vbi ab oculis eius abscondas te, sermone 10. de verbis euangel. Et ideò pulchrè dixit Ioannes. Medius vestrum stetit, non in principio, aut in fine, qui in medio stat, velut centrum æqualiter distat ab extremitatibus, & angulis, ideò æquè clarè videt, quicquid in singulis continetur, secus si in principio staret vel in fine. Ita Deus, cui nihil minus cognitum est, nulla creatura inuisibilis, sed omnia nuda, & aperta oculis eius. Heb. 4. rectè dicitur, quasi de medio omnia intueri.

Christus ĩ medio stat immobiliter.

Nec si cognoscendo transit, sed stat immobiliter, nullius vnquam obliuiscitur, sed vniuersa præterita, & futura velut sibi præsentia contemplatur. Domino enim Deo antequam crearẽtur omnia sunt agnita, sic & post perfectum respicit omnia Eccle. 23. & 39. Opera omnis carnis coram illo à seculo vsq; in seculum respicit. Quoniam (vt ostẽdit Grego. 2. moral. §. 37.) sic Deus mutabilia condidit, vt apud se transire nequaquam possint. Boe. prosa. vltim. quinti determinat bene ad propositũ, nec tempus in conspectu eius defluit, quod apud nos foras decurrit. Vndè fit ꝙ in æternitate eius fixa maneant ea quæ non fixa exterius seculorum volumina emanant. Idcirco quia Deus sine mutabilitate cuncta simul respicit; & bona quæ ad vitam remunerat, & mala

la

la, quæ iudicans damnat. Nihil eius cognitionem præterit, nihil in obliuionē transit. Deniq; ex beneficijs homini sine intermissione exhibitis, ex commissorum facinorum flagellis, ex certissimo, ac infallibili ordine rerum fluidarum, tanquam signis euidentibus eius præsentia manifestatur, sicut splendore, & calore sol nondum visus depræhenditur, quæ nunc prosequenda non sunt per singula.

Quia Deus in medio ē nusquā, non est

Sed hinc auisatoriā doctrinam beati Augustini sermone 10. de verbis euāgelii diligentius notate. Quia Deus in medio nostrum est nusquam non est, nullius fugę ab illo locus est, nulla ab eius contuitu abscondere latebra potest. Si ascenderis in cęlum, ibi est. Si descenderis ad infernum, adest. Ergo si propter mala tua eligis fugere iram eius tanquam vultum iusti iudicis, nec ab illo fugere potes, quia vbiq; pręsens est. Fuge de proximo ad eum, qui in medio tui est, fuge ad præsentem, ne sētias in ira venientem. Dicis. Quomodo fugiam ad eum, cuius iudicium pertimesco? Disce à puerulo parabolā deprehensus à patre in aliquo sibi vetito, nullum videns fugę pręsidium, proijcit, quæ malè tenuit, currit ad patrem, præoccupat virgam amolectitur iratū, spondet emendam, vt tandem habeat placatum. Tu quoq; fac similiter. Proijce quæ malè contra illum tenuisti, occurre, paterna implora viscera, misericordiam appellato, propone emendam, & mutabit vindictæ sententiam, si tu mutaueris vitam, sicut spondet Hierem. 18. Si pęnitentiam egerit gēs illa à malo suo, agam & ego pęnitentiam à malo, quod cogitaui vt facerem ei. Deniq; ad hanc fugam dominus ipse inuitat. Reuertere inquit, ad me, & non auertam faciem meam à vobis. Verumtamen scito iniquitatē tuam, quia in dominum Deum tuum præuaricata es. Et iterum. Si reuerteris, ad me conuertere, voca me pater meus, dux virginitatis meæ. Si abstuleris offendicula tua à facie mea non commouebris. Hieremiæ. 3. & 4. ca.

Multi nesciunt dominū præsentem.

Ecce audiuimus quia in medio nostrum stat dominus. Sed fortè sunt in nobis, qui hæc ignorant aut non attendunt, vel quod peius est, omnino non credunt, & ita dominum cum parentibus iudæis in medio eorum stantem nesciunt ad salutem, quem iudicem ignorare non poterunt condemnantem: Nesciunt nanq; præsentem dominum, qui solis obsequium, stellarum influxum, elementorum famulatum, corporis robur, animi vigorem, temporalium abūdantiam, honorem, famam, potentiā, & vniuersa præsentis temporis bona non recognoscunt tanquam diuina beneficia, sed quasi necessaria, aut à fato vel propria industria acquisita, increduli ad verbum Iacobi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est &c. Ideoq; eis abutuntur pro sua voluntate contra Deum. Hi longè peiores his, quos propheta arguit, cum ait. Confitebitur tibi cum benefeceris ei, quoniam & beneficijs ingrati sunt, nec confitentur. Non isti Deum præsentem, nec sui curam habētem, sed velut longè absentem, & inferiora non consyderantem aspiciunt, dicentes cum impijs. Circa cardines cęli ambulat, & nostra non consyderat. Iob. 22. Nesciunt præsentem dominum, qui temporales afflictiones, ac mala occurrentia non tanquam patris piam ammonitionem, ac emendans flagellum suscipiunt, quales sunt, quicunq; præsentia mala gemunt sed his afflicti vitam non emendāt. Vnde non ista quasi disciplinam à patre omnia vidente, & sic nostros excessus in melius reducente suscipiunt, sed quasi ignorante Deo, & absente contingant. Extende hic de pręsentibus malis, pęstis, gladii, & famis, & nulla subsecuta emendatione. Sciant tales sicut Grego. 6. moral. §. 13. scribit, q̄ illos veritas ab æterna animaduersione eripit, quos in prospe ris per disciplinam puniat. Qui ergo per disciplinam eum negligit habere patrem) afflictionis suæ tempore per adiutorium non inueniet ereptorem.

Nesciunt

Qui ne sciant dominũ p̃sentem

Nesciũt pręsentẽ dñm, & in medio stantem impatientes,& diuinæ ordinationi in rerũ dispositione remurmurãtes. Quomodo .n.ad oẽm euentũ sibi displicentẽ tãta agitarẽtur impatiẽtia vt eã quasi furentes blasphemijs,execrationibus,maledictionib⁹ in Deũ, sanctos,proximũ, vel seipsos euomerent. Si illa à Deo summo bono omnipotẽti & sapientissimo præsente, & operi suo præsidenti ordinata attẽderent.Hoc.n. consyderare summũ impatiẽtiæ remediũ est,& patientię conseruatiuũ.Hinc in.psal. 70. ait propheta.Tu es patientia mea dñe.Nã si omnipotẽtia Dei attenditur,certũ est nihil absq; eo nobis infligi posse. Neq; .n. omnipotens eẽt si alia eẽt potentia præter suã. Hinc p̃ Amos prophetã c. 3.dicit. Si erit malũ in ciuitate,q; dñs non fecit. Et Esa.45. Ego dñs faciens pacẽ & creans malum. Malũ inquã non culpæ,sed pęnæ.Nam etsi mali à seipsis voluntatẽ malã habeant nocendi,sed nõ nisi à Deo habẽt potestatẽ,vt vult Greg.2.moral.§.2.Si Dei infinitam sapientiam cogitamus nihil gratis,frustra, vel à casu in vniuerso contingere posse, quo ad Deum intelligimus. Hinc Boet. 4. de consol. prosa.6.ostendit latè. Omnia quãtũcũq; mutabilia, & diuersa nobisq; causalia causas suas certas,ordinẽ,& formã ex diuinæ mentis stabili prouidentia sortiri,q̃ ad bonũ dirigẽs cuncta dispo nit. Si summã bonitatẽ memoramur, quæ nos vtiq; nimiũ diligens, quo maius carius ve nihil habuit nobis dedit. Pater vnigenitũ , vnigenitus ipse dilectã suã animã,spiritussanctus adoptionis gratiam, clarè cognoscimus omnia nobis illo p̃nte,& disponẽte occurrentia,nõ nisi vtilissima esse posse, & futuræ beatitudinis p̃motiua.Hinc Petr⁹. Quis est,q vobis noceat,si boni æmulatores fueritis? licet si quid patimini. p̃p iustitiã,beati eritis 1. Pet. 3. Nesciũt quartò dñm præsẽtẽ, qui opera Dei sine affectione,sine zelo,sine diligẽtia perficiunt,sine morib⁹,sine disciplina,desides, & tędiosi omni cultu Dei, sinẽ princiqio plus diligentes. In reb⁹ humanis etiã gestuũ honestatẽ curiosè obseruãtes,in diuinis dissoluti,& agrestes. Ad homines loquũtur maturè verbis cõpositis & distinctè.Ad Deũ verò trũcatè sine intellectu,& corruptè.Prophcticã maledictionẽ obliti. Maledict⁹ qui facit opus dñi negligenter. Hiere. 48. Hi si dñm præsẽtẽ,& vidẽtẽ crederẽt,saltẽ hunc honorẽ , diligentiã , & timorem seruarent ad eũ, quos ad terrenum dñm custodit seruus , subditus adiudicem,ad principẽ quoq; pauper.

DOMINICA IIII. Aduentus Sermo II.in ordine. VIII.

EVANGELIVM Ioan 1. Miserũt iudæi &c.

Qualis præparatio sit necessaria pro suscipiẽdo domino.

Appropinquãte sacrosancta festiuitate natiuitatis dominicæ , euangelica lectione instruimur qualiter illi habitationẽ præparemus,in qua suscipiatur habitaturus in ea. Hæc habitatio nõ est malis aliqua mansio.Non.n. habitat dominus in manufactis. Act. 17.Deniq; q; deinceps amplius ornantur ecclesię altaria , parietes, ac cetera diuino cultui consecrata , non nisi ad pręparationem spiritualis domus,quæ est anima nostra exhibentur? De hac apostolus 2.Cor.6. Vos estis templum Dei viui,sicut dicit De⁹, qm̃ habitabo in illis.Et iterũ c 13.An non cognoscitis vosmeripsos,qa Christ⁹ Ies⁹ in vobis est nisi reprobi sitis?In vobis,dicit, haud dubiũ quin secundũ animã.Felix .n.& supfelix dom⁹,q̃ merẽt habitatorẽ Chr̃m.Nõ .n. illũ dom⁹, sed ille domũ suã cõseruat,& btificat in æternũ. Ad hui⁹ dom⁹ p̃parationẽ tota vigilemus diligentia vt cõplaceat dño habitare in ea,& nos in æternũ beatificare Consistit hæc p̃patio in fide recta:quo ad intellectũ, in humilitate profunda, quo ad affectum, in obedientia perfecta,quo ad executiuam.

Fides recta est crederc Christũ talẽ, cuius Ioannes nõ ẽ dignus soluere corrigiã calciamenti. Calciamẽta quæ ex mortuis animalib⁹ fiũt secũdũ b Greg. assumptam nostræ mortalitatis substãtiam.

tiam significant. Ad quod allegat illud psal In Idumæam extendam calciamentum meum. Vbi per Idumæam gē tilitas, per calciamentum assumpta (vt dictum est) mortalitas designatur. In Idumęam ergo dominus extendere calciamentum se asserit, quia dum per carnem gentibus innotuit, quasi calciata ad nos diuinitas venit. Corrigia huius calciamenti, quæ calceus pedi alligatur, vnio est, qua verbum nostram sibi naturam vniuit. Ad cuius misterii apertionem beatus Ioannes indignum se idest insufficienté confessus est, quia nimirum huius incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Quoniam vt de cęteris quæ B. Grego. enumerat, taceam. Quis cognoscere poterit, quanta dignatio summā maiestatem in tam abiectam fecit descendere naturam mortalem? Verissimè inquit, apostolus, quod infirmum ē Dei, fortius est hominib⁹, & quod stultum est Dei, sapientius est hominibus 1. Cor. 1. Quod infirmum est idest videtur infirmitatem attribuere naturæ Dei, vt q̃ Deus est passus &c. fortius est hominibus idest continet maximā virtutem. Et quod stultum est Dei idest dicitur stultum de Deo secundum errorem gentilium, sapientius est hominibus idest continet maiorem sapientiā, quam ab hominibus possit capi. Nam quod secundum naturam humanā Deo attribuitur, infirmum videtur respectu horum, quæ immediatè respiciunt diuinam naturam, sed tamen fortiora sunt hominibus quia vincunt intelligentiam omnium hominum. Certum itaq; relinquitur, quod à tanto Ioanne scilicet plus quam propheta compræhendi non potest, homini penitus est incomprætensibile. Certè nemo potest cognoscere quanta sit misericordiæ diuinæ condescensio in humanæ naturæ assumptione, nisi qui distantiam nouit creaturæ à Deo. Hæc autem quia infinita, ab intellectu finito comprehendi non potest, sicut nec ipse Deus. Vnde Deum nemo vidit vnquam. Ioann. 1. idest comprætensiuè cognouit vnquā, dicit Lyra. Recta itaq; fides est credere Christum pro nobis incarnatum esse verum Deum, patris verbum, & simpliciter, ac summè, ac infinitè perfectū, ac per hoc in sua incarnatione summā misericordiam nobis exhibuisse. Et tantum de primo.

Consistit secondò hęc pręparatio in humilitate profunda, quæ est vt nemo se æstimet Christum, sicut beatus Ioannes confessus est, & non negauit confessus est, quia non sum ego Christus. Christum se æstimat, qui quod Christi est, sibi arrogat. Hoc facit omnis superbus, & humanæ gloriæ cupidus, qui de bonis sibi à patre concessis, & à Christi meritis, quasi suis laudem appetit. Cū solo merito Christi, ac gratia Christi dona Dei recipimus, quæ non nostra, sed Dei sunt bona. Propter quod dominus ait. Nemo bonus, nisi solus Deus. Luc. 18. Vnde omnis boni gloria, & honor ad Christum pertinet, qui est splendor gloriæ, & figura substātiæ patris, ad Heb. 1 Hinc Ioannes quæsitus, quis esset, ad omnia negatiuè respondit. Negauit se esse Christum, Heliam, prophetam. Verè Christus non erat. Non erat redemptor. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine Ioan. 1. Gratiam verò Helię & prophetæ donum, quæ habebat, non sua, sed Christi dona esse sciebat. Vnde & ait Non potest homo accipere quicquam nisi ei datum fuerit è cœlo. Qui de terra est, de terra loquitur, qui autē de cęlo venit, super omnes est. Ioan. 3. Et Ioan. 1. De eius plenitudine inquit accepimus omnes gratiam pro gratia, quoniam lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Non ergo Heliam vel prophetā se confitetur, qui Helia maior fuit, & plus quam propheta, ne quod per gratiam Christi acceperat, sibi arrogaret, & sic quod Christi erat, attribueret sibi qui Christus putabatur. Cum verò responsum affirmatiuum ab eo extorquerent, se voci (qua vilius nihil est) comparauit. Vox propinquissima est nihil, quia non nisi desinendo est, in eo

Humilitas profunda, & quæ sit.

enim

enim eſt quo profertur ab ore loquentis, quippe prius quam profertur, nihil eſt, dum autem profertur, iam eſſe deſinit. Nihil ergo eſt in ſe, ſed quædam emanatio producentis. Ita Ioannes ſe nihil eſſe in ſe confeſſus eſt, ſed tantum aliquid Dei conſeruantis, & producentis, ſignum aliquod, & factura de ſe tendens ad nihilum.

Quomodo humilitas acquiri poteſt.

Ecce humilitatem præparantis viã domini, hunc imitemur ſi dominum habitatorem noſtrum deſyderamus. Fons eſt dominus Ieſus, ex corde paterno æternaliter manans, non aſcendit per mõtes, & colles, ſed conualles quærit. Per medium montium pertranſibunt aquę, ait propheta. Et alius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & ſic videbit omnis caro ſalutare Dei. Hinc per Eſaiam ait dominus Eſa. vlt. Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum & contritũ ſpiritu, & trementem ſermones meos? Pauperculus pro humili ponitur, ſecũdum aliam translationem. Nam paupertas ſpiritus humilitas eſt, ſecundũ Aug. de verbis domini Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam 1. Petri. 5. Studeamus ergo chariſſimi corde humiliari, quia ſine humilitate, virtus nulla eſt, ſine hnmilitate contrariè, non contradictoriè. De humilitate vide in epiſtolari Auguſtini, epiſtola. 111. Q. Item epiſtola. 56. H. Etſi apparet, quantò maior apparet, tantò periculoſior, quoniam quo maius bonum ſibi quis attribuit, tantò magis Deum, quod Dei eſt vſurpando blaſphemat. Vnde pulchrè ad propoſitum beatus Grego. in fine homil. hodiernæ loquitur. Et ſi quælibet bona adſint opera, nulla ſunt niſi ex humilitate condiantur. Miranda quippe actio cum elatione non eleuat, ſed grauat. Qui enim ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in vento puluerem portat, & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius cecatur. Hæc Greg. Et Bern. ſerm. 34. de diuerſis de virtute fortitudinis, ait Magna virtus humilitas, ſine cuius obtentu, virtus fortitudinis non ſolum virtus non ſit, ſed in ſuperbiæ vitium erũpit. Quod de fortitudine dicitur, ſimpliciter in aliis virtutibus locum habet. Ecce quomodo miranda opera, & virtutes, quo maiores apparent, tantò magis deijciunt, ac condemnant ſi careant humilitate.

Sed quæris: Quomodo hanc acquirere valebimus? Reſponſio. Sanctorum exemplis & patrum doctrinis hanc acquirere poſſumus. Sanctorum exempla præcipua humilitate pollentium, vtriuſq; teſtamenti ſcripturis inſeruntur, quorum quædam colligit beatus Greg. homil. 8. ſuper Ezech. .ſ. Abrææ Moyſi, Eſaiæ, Hieremiæ, Danielis, Iob. Et in præſenti homilia Dauid, oſtendens quemadmodum ſancta animalia ad vocem ſupra firmamentum dimittunt pennas ſuas. Sed fortiora humilitatis exempla Ioannes nobis oſtendit. Magis verò virgo intemerata. Super omnia autem Chriſtus. Propter quod ſingulariter ad humilitatis ſuæ imitationem nos hortatur Matth. 11. di. Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. Dignum ſiquidem, vt dum tantorum humilitatem agnoſcimus, nos indigni de noſtra ſuperbia confundamur. Vnde Greg. in homilia hodier. Si ſancti inquit cum fortia agunt de ſemetipſis vilia ſentiunt, quid in ſua excuſatione dicturi ſunt, qui ſine virtutis opere intumeſcunt? Promouent etiam ad humilitatis acquiſitionem patrum doctrinæ, quæ licet plurimæ ſint & vtiles. vt q oculus conſyderationis dirigi debet ad ſua infima, ac defectus inexiſtentes tam naturales, quam morales, tam corporales, quam ſpirituales, ad aliorum bona, & virtutes nobis deficientes, ad profunditatem abyſſus diuinorum iudiciorũ. Propter quam ignoramus an opera noſtra, de quibus extollimur, ſint apud Deum placẽtia, vel reproba. Ad incertitudinem euenientium futurorum propter quam homo neſcit an odio, an amore Dei dignus ſit, eo q omnia in futurum reſeruantur incerta.

Sed hæc omnium maxima eſt, & facile

cile ad humilitatem inducens scilicet in veritate cognoscere, & firmiter tenere se non esse Christum. Hoc est secundum prædicta. In veritate cognoscere, & firmiter tenere nihil bonum in se creditum, æstimatum, vel expertũ suum esse, sed omnia esse dona Dei ac commodata à patre luminum, à quo ẽ omne datum optimum, & omne donũ perfectum, ab eo iterum cum vsura exigendum. Solus enim Christus naturalis Dei filius dicere potuit patri. Mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Ioan. 18. Et iterum. Quod dedit mihi pater maius omnibus est. Nos autem si nos aliquid esse putamus, cum nihil sumus nosipsos seducimus. Gal. 6. Imo habẽtes Dei dona, non tamen nisi per Deũ fructificare possumus, eodem apostolo teste. 1. Cor. 3. Neque qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Et item. Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis quasi ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex Deo est 2. Cor. 3. Consyderantibus itaq; nobis omnia bona nobis à domino fore commendata, de eisdem districtam rationem exacturo, merito timemus & humiliamur, & nõ nisi stultissimè gloriamur. Cum iterum apostolus dicat. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? 1. Cor. 4. Sed multo magis laudem & gloriã ex laudabilibus donis acceptis in Deum refundamus, dicentes in omnibus. Gloria in altissimis Deo & cum propheta. Benedictus dominus in donis suis. Et iterum. Non nobis domine, non nobis &c. Ad hoc nos hortatur beatus Greg. homil. 5. super Ezech. propè finem. Per omne quod agimus, ad fontem veri luminis sollicitè redeamus, reddam⁹ creatori nostro gratias de bonis quæ agimus, eiq; cum Esaia propheta suppliciter dicamus. Omnia opera nostra operatus es domine. Bona enim nostra eius sunt opera, cuius visceribus non sufficit vt nos exigeret, nisi semetipsũ pro nobis inclinaret. Si enim Deus coeternus patri, Deus ante secula, non fieret homo, temporalis eterna non saperet. Descensio ergo veritatis, ascensio facta est nostræ humilitatis. Hæc Greg.

Quæ sit vera humilitas.

Consistit tertiò in obedientia perfecta. Hæc enim est via nostra quæ dirigitur ad dominum, & semitæ ad Deũ nostrum rectificantur. Rectificatur, ꝙ normæ suæ regulæ æquatur. Norma omnis rectitudinis, & iustitiæ est voluntas Dei, quæ semper necessariò est recta. Hæc nobis per mandata, & consilia innotescit. Hanc prætulit nobis beatissimus Ioannes, sed longe perfectius Christus. Ioannes præparando viam domini, viuendo, baptizando, clamando, testando, propter hoc dixit se vocem in deserto clamantem. Vox expressiua est verbi, & Christian⁹ expressiuus esse debet Christi per eius conformitatem ad Christum, vt ex eius vita ordinata etiam ab infidelibus glorificetur Christus. Hinc Petrus ait. Conuersationem vestram inter gẽtes habẽtes bonam vt in eo, ꝙ detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos consyderantes glorificent Deum. Hęc est .n. voluntas Dei at benefacientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam 1. Petri. 2. Et hoc etiam beatus Aug. in de vita Christiana. Christus autem perfectius obedientiæ vitam ostendit, qui ex obedientia patris descẽdit, quiq; nõ suam, sed patris voluntatem facere venit. Et factus obediens vsq; ad mortẽ crucis, nostram salutem reconciliauit. Hunc imitari oportet &c. Ecce in quo consistit nostra præparatio nouello regi venturo proximo die, secundum ecclesiæ anniuersariam commemorationem. Studeamus hanc habere &c.

Obedientia perfecta est necessaria.

DOMINICA INFRA octa. natiuitatis Christi. Sermo I. in ordine. IX.

POSITVS est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel. Lucæ. 2.

Agnens idem ijcet in eandem materiam eodem modo dispositam eundẽ pro-

producat effectum, secũdũ philosophũ 1.de generatione tñ si materia variatur in se, vel dispositione qualitatiua, contingit effectus contrarios ab eodem agente occasionari. Sic calor lutum indurat, & cerã liquefacit. Sic lux solis, quæ sanis oculis (vt Aug. ait) est amabilis, ægris reddit odiosa. Odor quoq; florentium vinearum, qui delectabiliter fragrat hominibus, intolerabilis ẽ animalibus venenosis. Medicinalis deniq; tyriaca venenatis mors est, mundis verò optabilem præstat vitam. Non difformiter inuenire est in gratuitis, siue spiritualibus. Sunt enim, quibus propter malã peruersę voluntatis dispositionẽ omnia etiã bona cooperãtur in malum. Et sunt mentes, quibus omnia cooperãtur in bonũ, secũdũ apo. Rom. 8. Sic ignis diuini amoris suas emittẽs scintillas, effectus scilicet amorosos, liquefacit mentes ad modum ceræ de floribus collectę puras. Sicut sponsa in Canti. testatur. Anima mea lique est, vt dile. lo. Cant. 5. Immunda aũt, & lutosa corda magis indurat, in quorum persona dicitur: Grauis est nobis ad videndũ. Sap. 2. Sic sermo diuinus, qui lux est illuminans ad iustitiam erudit dociles. De quorũ numero fuit q dixit: Lucerna pedi. me. ver. tu. & lu. se. me is. Sed excecat maleuolos, de quibus dicitur. Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua, ne fortè audiant auribus. Esa. 6 Et Iob 21. Recede à nobis &c. Ita odor bonæ opinionis fratrum quibusdam dulcis est, quibusdam intolerabilis, sicut dicit apostolus. 2. Cor. 2. Bonus odor Christi sumus Deo, in his qui salui fiunt, & in his, qui pereunt, aliis quidẽ odor mortis in mortẽ, alijs autem odor vitæ in vitam, sic sacramẽtorũ medicina quibusdã proficit ad vitã, alijs ad iudiciũ, sicut de Eucharistia 1. Cor. 11. manifestũ est. Christus ergo cũ sit ignis diuin⁹ inflãmãs, lux omnes illuminans, odor vitæ suauissimus, medicina salutis, & medicus bonis, oppositos habens effectus in malos, occasionaliter positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel. Pro gratia Aue Ma. Primò recitetur euangelium cum breui postilla. Secundò tractabitur diffusius thema.

Idẽ agẽs in eodẽ subiecto quando q; cõtrarios producit effectus.

Duplex potest esse horũ verborũ intellectus secundũ Orig. Vnus, vt totum sumatur in bono, sonetq; in benignitatẽ. Et q positus est in ruinam, & q positus est in resurrectionẽ. In ruinam vitiorũ, & resurrectionẽ gratiæ & virtutũ. Secundũ quẽ intellectũ ait Origenes in homil. Me oportet primũ cadere & cum cecidero postea bene resurgere. Et propterea me fecit saluator cadere, vt resurgam. Et multò mihi ruina vtilior fuit, quã illud tẽpus, quo videbar stare. Stabam enim peccato, & quia peccato stabam, prima mihi vtilitas fuit vt caderem. Bona fuit hæc ruina, ad quam primum venit Iesus, nec potest facere resurrectionem nisi ruina præcesserit. Venit ante destruere in me, quod malum fuit, purgationem peccatorum faciens, vt illo mortificato, & destructo consurgat in me, & viuificet in me, quod bonum est. Ethnicus eras, cadat in te Ethnicus. Scorta diligebas, primum in te scortator intereat. Peccator eras, cadat in te peccator, vt possis de hinc surgere. Sic Saulum strauit vt Paulum statueret. Actu. nono. Et ad hunc casum siue mortificationem vitiorum hortatur apostolus. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinẽ, idolatriam &c. Col. 3. Et iterum. Si commortui sumus & conuiuemus 2. Tim. 2.

Positus Christus in ruinã hẽt duplicem intellectum Origenes.

Et hanc ruinam frequenter prophetę impræcantur malis vt cadant, vt destruatur malitia eorũ, & iam non sint mali, sed resurgant boni, sicut est illud Prouer. 12. Verte impios, & non erunt .s. impii, vt exponit Greg. hom. 32. Ita cum propheta in psal. 82. Multa mala temporalia impræcabatur persecutoribus ecclesiæ, quod ad ruinam pertinet. Ad quem finem ea optauerit, conclusio psal. expressit. Ait enim. Erubescant, & conturbentur in se. se. & confũdantur & peant. Ecce ruinã. Sed nũqd pereant in terram? Absit hoc optare

peccatori. De quo dominus per Ezec. Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuer.& vi. Pereant ergo peccatores, quãtum ad esse peccatoris, sed ideò,vt congnoscant quia nomen tibi domin⁹, tu solus al. super o. terrã.Et hoc clari⁹ innuit,cum præmisit.Imple facies eorũ ignominia,& quæ. no. t. domine. Ecce resurrectionem tanquã finẽ ruinæ. Pereat ergo peccator,qui dixit verbo,vel facto Non est Deus.Resurgat iustificatus,& cognoscat, quia nomen tibi dominus.Et in psal. 108. Deus laudẽ,vbi mult a mala futura pauperum, & ecclesiæ persecutoribus prophetico spiritu prænunciauit, vel vt venirent optauit, vt caderet ꝑsecutor.Quo fine hoc egerit,in eiusdem conclusione palam ostẽdit di.Et cognoscant, quia manus tua hæc & tu d.f. eam. Sicq; timore pęnarũ,quas a domino sibi infligi didicerũt discant resurgere post ruinã,qui in bonis domini impinguati,incrassati,& dilatati recalcitrarunt Et ob eandẽ causam, & nullam aliam hi duo psalmi cũ lętanijs in missa leguntur, vt persecutores obedientium conuertantur,& nõ sint persecutores,cadãt rebelles,surgãt obedientes,ruant inimici, leuẽtur amici,& fratres.Et qui alia intentione (ꝗvt appetitu vindictæ)legeret,grauiter peccaret,& contra se irã domini prouocaret.Oremus ergo vt & nobis dominus sit in ruinã vitiorũ,& omniũ oculis suę maiestatis displicẽtiũ, & in resurrectionem totius virtutis,& christianæ religionis.

Alia est horũ verborũ interpretatio literæ magis propinqua,sonans in austeritatem quantũ ad ruinã, vt sit sensus.Positus est in ruinã .i. dãnationem impiorũ,& in resurrectionem.i. beatificationem piorũ.Siquidem grauior erit damnatio impiorum,pro eo,ꝙ spreuerunt salutem iam per Christum acquisitam .Hinc ipse ait. Si non venissem & locutus eis nõ fuissem,peccatũ nõ haberent.Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit,peccatũ non haberent.Nũc autem excusationẽ non habent de peccato suo, quia viderunt,& oderũt me, & patrem meum.Ioan 15.Vel sic.Positus est hic in ruinam .i.occasionem ruinæ,multorum, qui sua malitia scandalizati sunt in doctrina,& verbis,& operibus Christi, nulla data occasione per Christum,sed malitiosè recepta, pro eo,ꝙ fuit contrarius operibus eorum. Cui consonat illud,quod dominus ait. In iudicium ego in hunc mundum veni,vt qui non vident videant, & qui vident,ceci fiant.Ioa 9. Qui non vident secundum sapientiam huius mundi,videant secundum sapientiam Dei. Qui verò vident inflati, quæ vana sunt, fiãt ceci in cognitione diuinorũ. Sicut alibi exultans in spiritu ad patrem locutus est. Confiteor tibi domine pater q̃a abscondisti hæc à sapiẽtibus, & prudẽtibus,& reuelasti ea paruulis.Ita patet quoniam sic pl.fa. an. te.

Ambabus his vltimis expositionib⁹, quæ non multum à se distant, concordat,quod sequitur.Et in signum cui cõtradicetur,imo huic signo contradicetur,ideò positus est in ruinam contradictoribus.Et fortè dolendum min⁹ esset,si ruina hæc sisteret apud gentiles, infideles &c.qui domino palam contra dicunt verbis eum negando.Quoniam qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei Ioan.3.Sed non sine cordis amaritudine,& gemitu graui audiuim⁹,quod sequitur,in Israel.Positus est,inquit,in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel .i. videndibus Deum. Haud dubium quin in enigmate per fidem. Qui enim iam reuelata facie cognoscunt,sicut cogniti sunt, beati sunt, & confirmati, ruinam nullam timentes. Israel ergo sunt christiani viatores, Deum per fidem cognnscentes. Valde ergo nobis dolendum est ꝙ dominus, qui vult omnes homines saluos fieri. 1.Timot. 2. (Vult voluntate antecedente, faciendo quod in se fuit,vnde omnes saluarentur. Siquidem soluit delictum,aperuit regnum instituit medicinam ad infirmorum curationem,nihil restabit aliud ad vitæ ęternæ prępa rationem, parauit abundè omnia) ꝙ

Quã terribile ꝙ dñs sit positus ruinam multorũ in Israel

hic quidem in ruinam venit eis, quos iam de erroribus elegit, iam in sanguine suo, & morte baptizauit. Sicut ait apostol⁹. Quotquot baptizati estis in Christi morte baptizati estis. ad Romanos. 6. quos iam charactere suo insigniuit, quorum fronti triumphale signum impressit, ac suæ familiæ ascripsit. Væ væ eis, quibus omnia hęc frustra contigerunt, frustra quidem ad salutem, sed nõ frustra ad pęnam, quia positus est in ruinam. Contra quos per Esa. ca. 1. canitur. Filios inquit enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerũt me. Filios genuit in lauacro regenerationis. Enutriuit, non quocunque pane, sed pane angelorum, qui desuper cœlo descendit, imo qui cœlos creauit: Et exaltauit, dans eis potestatem filios Dei fieri, vel super omnes nationes eos sibi proximando. Non enim est alia natio tam grandis (loquitur Moyses Deu. 4.) quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Væ qui super hæc omnia spreuerunt eum. Ex quo in primis damnatur eorum error qui putant ad salutem sibi sufficere fidem informem cum baptismo, imprimentes sibi illud Mar. vltim. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit non attendentes, quod sequitur. Signa autem eos, qui crediderint, hęc sequẽtur. Quorum errorem in multis locis aliis damnat dominus, & in epistolis discipuli eius. Nam & de diabolo dominus ait. Iob. 40. Absorbebit fluuiũ, & non mirabitur, & habet fiduciam ꝙ influat Iordanis in os eius: Quæ exponens Greg. homil. 16. ait. Antiquus hostis generis humani fluuium absorbuit, quia à mundi origine vsque ad redemptoris aduentum vix paucis electis euadentibus, in ventrem suæ malitiæ genus humanum traxit. Nec miratur, quia pro magno non habet cum infideles rapit. Sed graue est valde, quod additur. Et habet fiduciam &c. quia postquam infideles quosque ab origine mundi rapuit, adhuc se suscipere posse etiam fideles præsumit. Nam ore pęstiferę persuasionis eos quotidie deuorat, in quibus à confessione fidei vita discordat.

Sed ad nostram auisationem videamus, quibus venit in ruinam: Venit in ruinam sine dubio omnibus qui sibi cõtradicunt, non verbo, quod infidelium est, sed facto. Ore quidem confitentur se nosse Deum, factis autem negant. ad Tit. 2. Et quoniam in omnibus, quæ accidunt homini contingit contradicere domino, vel conformare eidem, sequitur quod in omni statu venit quibusdam ad ruinam, aliis ad resurrectionem. Extende vt placet & pone exempla prout loco, & tempori congruit ad populi correptionem. Loco sermonis secundi recipe sermonem de festiuitatibus Christi, & præsertim sermonem 12. in ordine omnium, quæ est pars secunda sermonis quinti de natiuitate Christi, qui bene valet ad propositum applicato ad hunc themate. Puer autem crescebat, & confortabatur &c. Habetur etiam sermo in parte de festiuitatibus Christi, dominica infra octa. natiuitatis Christi.

Quibus venit in ruinam, & resurrectionẽ.

DOMINICA INFRA octa. Epiphaniæ Sermo. I. in ordine. X.

NESCIEBATIS quia in his, quæ patris mei sunt oportet me esse Luc. 2.

Quoniam mundo toto errorum tenebris obducto, vniuersi à veritate vix paucissimis demptis declinabant. Ideò venit ad nos via vt errantes reduceret lux vera, quæ obtenebratos illuminaret, Christus scilicet dominus per carnis assumptionem, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum sicut prædixit Esaias. nono capit. Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Et dominus ipse. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ vitæ. Ioann. octauo. Ab initio itaque natiuitatis imo Conceptionis suæ in

Toto in mundo in tenebris iacẽte venit Christus prædicator optimus.

Virgine vſque ad mortem obtenebratos illuminare, & viam vitæ oſtendere non ceſſauit. Hoc primo facto, dein de verbo ſimul, & facto egit, non iſto, vel illo, ſed quolibet. Quicquid enim operatus eſt in carne, quicquid locutus eſt doctrina nubis eſt, & inſtructio ſalutaris, ſecundum Grego. libr. 1. dial. capitu. nono. Primum ergo opere docuit, dum natus infans non lingua (cuius vſus infantibus non congruit) ſed operibus clamauit. De quo anno præterito multa in ſermon. de natiuitate domini ſub hoc themate. Hoc vobis ſignum recolo me dixiſſe. Deinde & verbis, non ſolum illis, quibus publicè prædicauit, quomodo multi prædicatorum in ambone quidem diuina loquuntur, ſed quæ ibi ædificauerunt ſermonum ſuorum ſcurrilitate, quæ conuerſando hominibus loquuntur, totum deſtruunt, & bilingues ſibijpſis in prædicatione, & extra contrarij inueniuntur, contra illud Iaco. tertio. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam &c? Non ita dominus Ieſus, ſed omnibus verbis quæcunque protulit, prædicauit, & docuit, ſiue in aperto, ſiue clam prolatis, multis, vel paucis. Ideò ait apoſtolus.

Quæ dico in tenebris, id eſt occultè, dicite in lumine, & quod in aure auditis prædicate ſuper tecta. Matthæi. decimo. Quæ cum ita ſe habeant, omnia Chriſti verba ſumma ſunt veneratione acceptanda, ac ſtudio diligenti intelligenda, ac memorię commendanda. Non enim poteſt Ieſus Chriſtus ſaluator, ac medicus omnium niſi ſalutaria loqui. Quod ſi verum eſt de omnibus, quantò magis de primo ſiue ſermonum ſuorum, principio? Principia enim ſecundum philoſophum 1. Phyſ. & ſi parua quantitate, maxima tamen ſunt virtute. Primum ergo verbum bonum, & optimum, quod os diuinum verbum, & ſapientia patris, ſcriptura prodente eructauit, ipſum eſt, quod præ manibus habemus. Neſciebatis quod in his, quæ patris mei ſunt oportet me eſſe. Quod vt intelligere mereamur, attentos nos eſſe oportet, & deuotos, orãtes vt qui protulit, ac ſcribi conſtituit, intellectum etiam cordibus noſtris infũdat, interceſſione, & meritis eius, de qua aſſumere dignatus eſt, quo loqueretur, Virgine Maria, quam ſalutantes dicamus: Aue gratia plena. Primò recitabitur euangelium. Secundo declarabitur thematis verbum. Euangeliũ. Cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim &c.

Neſciebatis q in his &c. Noſtis quia diſciplina quędam eſt communis omnium diſcentium primum, atq; vltimum docentis magiſtri verbum diligẽtius aduertere, arctiuſque memoriæ commendare. Quoniam & ſi loquenti homini plerumq; minus conſyderata verba ſurrepunt, primũ tamen quo ſuã orditur orationẽ, ac vltimũ toti⁹ ſermonis concluſiuũ diligentiori ſolent conſideratione ponderari, & prolatione magis congrua maturari. Non minus in ſchola Chriſti, cuius & ſi omnia verba velut ab infinita ſapientia, ac veritate infallibili manãtia ſint omni perfectione pleniſſima, principiũ tñ quo cęleſtẽ adorſus eſt doctrinã, proculdubio ſententijs ſalutaribus prægnantiſſimũ eſt. Sicut .n. primum eſt ſecundũ narrationẽ euangelij, ita primum, q principale ſalutis noſtræ fundamentũ continet & contra inſidiantium dolos ſcutũ, & pſidiũ ſalutare. Et ideò à nobis auidi⁹ cõſyderãdũ, & cautius eſt cuſtodiendũ.

In ſchola Chriſti primũ verbum eſt retinẽdũ

Doctrina fundamentalis, quam continet, hæc eſt. Executio diuinæ voluntatis tanquam mandatoris cęleſtis, & ſummi patris, eſt rebus, & negotijs omnibus præponenda. Quod eſt dictu. Nihil ſibipſi, aut cuilibet creaturę impendendum eſt cum negligentia rerum diuinarum, hoc eſt eorũ, quibus magis diuinus honor magnificatur.

Clarè hoc intelligimus ſi animaduertimus, quibus dixit. Neſciebatis q in his &c. Talibus itaq; dixit, quibus nulla creatura præponi debuit, quos ſuper creaturas cęteras rectè meritoq; dilexit. Dixit enim hæc matri,

ac putatiuo patri, quibus secundum diuinum mandatum præ cæteris est obedientia, honor, & reuerentia impendẽda. Propter quod inter præcepta, quib⁹ ad proximum dirigimur, primum est de honore parentum. vt patet Exod. 20 & Deut. 5. Est etiam primum in promissione, hoc est inter præcepta, quibus promissio est annexa, ad Ephes. 6. Quod quia verum est de parentibus omnibus, quanto magis de parentib⁹ Christi, quorum dignitatem, deuotionem, & sanctitatem exprimere nemo valet? Deniq; nemo parentum ita coniunctus fuit filio, quomodo Maria Cristo. De hac enim sola totam assumpsit corpulentam substantiam, operatione spiritussancti. Propter quod nunquam ita matrem, aut patrem filius dilexit, quomodo matrem virginem Christus, vtroque amore, naturali, & gratuito. Naturali, quia filius optime natus vni impendit parenti, quod cæteri vtrisque Cui confert, quia nouit hanc esse suam matrem, quæ concipiendo, gestando, nutriendo, nihil suum quæsiuit, quomodo matres aliȩ, sed solum filio suo deuotissimè famulabatur, quem famulatum clarissimè recognouit. Nouit quoque, quid ab eo accepit, quanta eum cũ sponso Ioseph deuotione, ac amore, & omni colebat famulatu. Gratuito, quoniam ipse eos præcunctis elegit, gratificauit, sanctificauit, & super angelos extulit dignitate. Si ergo talibus, & tam merentibus (teste Maria. Ecce inquit pater tuus, & ego dolentes quęrebamus te quorum dolor sine dubio tanquam dolor dilectissimorum sua pręcordia penetrabat (præponenda sunt diuina negocia, sicut etiam postea prædicans, nec prædicationis verbum interrumpere paululum voluit propter aduenientem, & se quærentem matrẽ, & fratres, vt habetur Matth. 12. manifestum est, quod cęteris omnibus. Et hoc est, quod his verbis exprimit, Nesciebatis &c. quasi diceret. Si rem aliquam sub Deo vobis præponerẽ, ipse peccarem. Nunc verò quia in his, quę patris mei cælestis sunt, occupatus, vos deserui, hunc, qui est totius deitatis fontale principium vobis præponendo, nullam iniuriam irrogaui.

Discant hic boni filii ita parentibus præ omnibus cæteris obedire, & complacere, vt Deum summum parentem præferant. Parentes quoque ita filiorũ obedientium ac solatia quærere, vt tamen à Dei obsequiis non retardent. Cui pulchrè beatus Hiero. In epistola ad Heliodorum, alludit inter cætera multa ita dicens. Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine, & scissis vestibus, vbera, quibus te nutrierat mater ostendat, licet in limine pater iaceat percalcato patre, siccis oculis ad vexillum crucis euola, solum pietatis genus est in hac re esse crudelem &c. — Qualis obedientia filiorum in parẽres.

Est denique verbum hoc scutum, & gladius refellendi omnes inimicorum insidias, & quæcunq; à virtutibus ad vitia sollicitantia. Mandat princeps tyrannus assistere sibi, suisque crudelitatibus, ac pauperum oppressionibus, illicito fastu, & voluptatibus cooperari. Responde. Nescis, quia in his, quę patris mei sunt, oportet me esse. Suggerit aliquid impium, & contra diuinum mandatum serpens antiquus. Dic, Nescis quia &c. Stimulat caro ad illecebras, dic carni, Nescis &c. Mũdus tibi irascitur, minatur aduersa, aut fortè arridet, offert prospera, diuitias, honores. Alliciunt petulantes societates dicentes. Veni fruamur bonis, quæ sunt. Vtamur creatura in iuuentute celeriter, vino precioso, & vnguentis nos impleamus. Sap. 2. Non prætereat nos flos tẽporis. Coronemus nos rosis, anteq; marcescant, vbique relinquamus signa lętitiæ nostræ, quia hæc est pars nostra. Iterum si dixerint. Veni, implebimus dom⁹ nostras spoliis, sortẽ mitte nobiscũ, marsupiũ vnum sit omniũ nostrũ. Dic omnibus, & singulis. Nescis quia &c. Sic quocũq; impellẽte, aut seducẽte, te sentis ad vitia inclinari, resistito. dic. Nescis quia &c. Hoc gladio huius diuini verbi, omnes inimici (si manibus super præsto sit) iugulantur.

Sed ex ipsis pugnans in modico roboratur. Audito nanq; patris nomine, & tanti patris, omnia .s. conferentis, æterna promittentis, cui naturale est seruire. Quis non mansuescat? quis nō accendatur in eius amorem? Bono nanq; filio nihil dulcius, quam patris, quē diligit, negocia contrectare. Quia si fortè adhuc persistit tentator, aut concessa ex victoria aliqua surripit elatio, addatur vltimū Christi verbum in mortali corpore prolatum, vt perfecta sit eius doctrina, quod est. Pater in manᵘ tuas commendo spiritum meū. q.d. licet, scientiam me in negotio patris mei esse debere, infirmus tamen sum ad resistendum impugnatoribus, ideò in manus tuę potentię, cui resistere nihil potest, commendo spiritum meū, vt tuo iuuamine, tua gratia, tua defensione munitus vincere possim aduersa, & in his, quæ tua sunt, semper permanere. Quod si datur mihi aliquando, non mihi domine, sed nomini tuo sit gloria. Et ne spiritus meus in superbiam efferatur, etiam modo, & semper in manus tuas commēdo spiritum meū. Ecce quanta pfectio doctrinę initialis Christi, quæ etiam sola videtur sufficere ad salutem, quam rogo memorię cōmendate, sepę repetite, semper vosipsos verbis illis admonete, semper vobis dicite. Nescitis quia in his &c. Quod vt facere valeatis, vlterius addite, diuinū auxiliū implorantes, illi vos contra omniū insidias commendantes, & dicentes. In manus tuas commendo spiritum meū, quatenus merear semper inueniri in his, quæ tui, optimi patris mei sunt.

DOMINICA INFRA octa. Epiphaniæ. Sermo. II. in ordine. XI.

PATER tuus, & ego dolentes quærebamus te. Luc. 5. ca.

Sanctus euangelista Lucas qui Christi saluatoris nostri ortum in carne, & infantiam ceteris clarius scripsit eiusdem redemptoris nostri pueritiā non tacuit, sed in hoc euangelio reuelauit, vt certè cognoscamus hunc nobis venisse, in omniq; nobis ætate profuisse. Omnis deniq; hominū ætas discat, & conditio, qua via ad Deū accedat. Idcirco .n. venit in carnē, vt visibili sua conuersatione, & doctrina cunctos instrueret, qūo ad inuisibilis suæ deitatis gloriā pertingerent contuendā. Rectè igitur speramus per humanitatis eius sacramenta ad videndā diuinitatis speciē posse conscendere, si tñ eadē sacramenta digno iustitiæ, veritatis, ac sanctitatis honore vt accepimus illibata, conseruamus, si humanitatis eius exēpla, si doctrinæ, quā per hominē nobis ministrauit humiliter dicta sequamur. Nā vt Beda ait in homi. Qui humilitatis eiᵘ vestigia sequi dedignatur, qua temeritate sperat se ad intuenda claritatis eius posse gaudia penetrare? Quia si fortè tardi tanta humilitatis exēpla sequi pertimescimus, saltem formam, eius dignæ genitricis attendamus, quā vt virtutū magistrā, filiiq; diligentissimam imitatricem nobis euangelista exponit. Nam tanto charitatis feruore eidem mater adhæsit, vt ad horam eiᵘ priuata contuitu, non sine dolore triduo quæsiuit cum sponso suo Ioseph, ipsa filio inuento dicente. Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. De quibus pro gratia Aue Ma.

Pater tuus, & ego &c. Quamuis ex hoc euangelio doctrinarū plurima emanant fluenta tā paretū, quā filiorū, & ad se inuicē, & ad Deū. Dedit .n. Maria & Ioseph coniugatis normā se habēdi ad pueros, puer Iesus normam obediēdi parentibus vterq; exemplum prætulit obsequendi Deo in omnibus. Quid enim vel breuius, vel clarius, vel vtilius omnibus dici posset ad instructionem religionis christianæ, quā illud, quod puer iste primo verbo, quod benedicto suo ore protulit legimᵘ expressit. Oportebat me inquit, in his, quæ patris mei sunt, esse. Vtinā & nos omnes in patris æterni negocijs semper inueniamur, haud dubium vt boni serui præmia æterna reciperemus. Non tamen omnia

Doctrinæ morales de recte amore parentum in filios.

nia

nia modo speculari possumus. Sed cęteris prætermissis, aliquas doctrinas, quibus parentes filios erudiant explanabo. Quantum ad primum exemplo sanctissimæ Virginis in verbis thematis admonentur omnes parentes ad suos filios habere rectum amoré, discretum timorem, & cautam prouidentiam. Primum tangitur cũ dicitur. Pater tuus, & ego, mater scilicet, sunt. n. pater, mater, nomina amoris, quia Ioan. 10. Pater amat filium. Cum subiungitur, dolentes, tangitur secundum. Dolor enim ille ex timore venit. Tertium cum dicitur quærebamus te. Rectũ amoré, quo ea, quæ verè bona sunt filiis procurent. Siquidem amare est alicui bonum velle. Rectè amat, qui alteri vult inesse vera bona. Stultè verò qui vult alteri bona apparentia, atq; vana. Et quia vt sępe audistis bona animæ sunt verè bona, bona autem corporis, & rerum, parua, & fugitiua, & non nunquã occasio perditionis. Consequens est q; verè parentes filios diligunt, quãdo ea quæ animæ conferunt, quæ Deo iungunt, filios docent, & instruunt. Sic mater virgo egit filio, qui nulla directione indiguit, quoniam sapientia erat patris, sed nos quid imitaremur instruxit. Ecce referente euangelista, ibant Maria, & Ioseph. per singulos annos in Hierusalé, & ad diem festum puerũ ducebant adhuc tenellum, per longa itineris spacia. Sed paucissimos vestrum video pueros, imo adolescentes secum ad verbi Dei auditionem adducentes. Videntur omnes viæ ludentium puerorum, & iuuencularum plenæ. Nec attenderis tã tò magis necessarium esse iuuenes bene erudire, quantò in iuuentute proniores sunt ad malum, secundum illud Gen. 8. Sensus hominum, & cogitatio humani cordis ab adolescentia prona sunt ad malum. Et quantò tenacius, q; iuuentus capit tenet, secundum illud poetæ. Quod noua testa capit inueterata sapit, & Prouerb. 22. Adolescens ibit à via sua, & cum senuerit, non recedet ab ea. Vos ergo, si filios amatis, rectè amate in lege Dei instruite, diuinis applicate, vt probent quoniam bonum est viro, cum portauerit iugum domini ab adolescentia. Thre. 3. Sic verè secundum apostoli verbum filios vestros diligetis, ad Tit. 2.

Habeant deniq; discretum timoré, ne .s. filio, aut filiæ noceat inimica potestas. Ob hunc timorem virgo mater cum patre Ioseph nimis doluerunt super puero, dum non inuenerunt in comitatu, timuerunt siquidem secundum glo. ne sicut Herodes filium infantem occidere quæsiuit, ita filius tuus Archelaus, qui iam mortuo patre regnabat in Iudæa, ipsum perimeret in pueritia. Nam & ascendentes de Ægypto mortuo Herode timuerunt ire in Iudæam ad commorãdum, propter Archelaum pro patre regnantem, vt testatur Matt. Sed quæ est nociuior potestas, quã antiqui illius Herodis idest diaboli, & omnium filiorum suorũ diabolicas suggestiones sequentium? qui nedũ corpori nocent, sed animæ, quam pertrahunt in Gehennam. Ab hac tyrannicam potestate semper timendum est parentibus ne filios inuoluat, & cauendum ne filij vltro se subdant. Hoc quomodo fieri possit, docet Salomon Prouer. 23. Noli inquit subtrahere à puero disciplinam Si percusseris eum virga non morietur tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Sed plerumq; hodie parentes dolere solent de corporali filiorum defectu, aut deformitate, nihil de moribus curantes, imo q; omnino detestabile est, si vident simplices pueros suos plus Dei seruitijs, quã mũdi vanitatibus inclinatos, hinc dolent, hinc causantur, hinc improbè eos arguunt, nomina Lolhardorum, Cartusiésium, & similium irridendo opponunt. Etsi fortè aliquis puerorum mundo renuncians Deo se deuouet, inconsolabilibus lachrymis dolent. Si verò procaces sunt omni virtute vacui sermone turpes, opere turpes, fornicarij, lusores, ac cęteris vitijs implicati, mundoq; per omnia seruientes, hi diliguntur, hi fouentur, nec mirum, quoniam simile animal sibi simile diligit. Eccl. 13. Et

Discretum timoré pater habeât, in filios.

quales sunt parentes, tales filios, & filias nutriunt. Non attēdunt illud Ecc. 17. Melior est vnus filius timens Deū, quam mille filij impij, & vtile est mori sine filiis, quam relinquere filios impios.

Sed venient dies cum videbunt filios suos præmia recipientes, æterna scilicet supplicia. tunc dolebunt, sed frustra. Quod bene saluator innuit Lu. 23. cum ait. Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vos, & super filios vestros, de quorum scilicet peccatis, quæ perpetrant nunc dolere non vultis, quasi di. Nolite flere super me, qui temporales patior pęnas, sed super vos, qui nunc in filiorum correctione negligēter agitis, & super filios vestros quos vna vobiscum, in perpetuis tormentis videbitis.

Parētes debent cauti eé in filiorū cura.

Debent & tertiò habere parentes de pueris suis cautam prouidentiam, diligenter vias eorum per se, & alios perscrutando, negocia eorum inquirendo, vt scire possint; à quibus corrigātur & quibus inhærere compellant. Sic enim diligenter puerum Iesum quæsierunt mater, & Ioseph, & apud cognatos & in templo, quem inuenientes quid causæ habuisset, interrogabat mater di. Fili quid fecisti nobis sic? Et inuentum, quamuis in diuinissimo opere, tamen secum in domo propria in subiectione debita nutrierunt. Sic enim ait euangelista. Et descendit cum eis, & venit in Nazareth, & erat subditus illis. Alioquin nisi sic agant parentes, quam super filios vagos firmabunt custodiam? Ad quam hortatur eos sapiens Eccle. 26. dicens. In filia non auertente se firma custodiam, & similia multa. Ecc. 42. Et puer, qui dimittitur voluntati suæ confundet matrem suam, ait Solomon Prouerb. 29. Sed hodie omnia in contrarium fieri videmus, vt plurimū. Exponuntur filii, & filiæ choreis turpibus societatibus, prauis colloquijs, quę (vt apostolus ait) corrumpunt mores bonos 1. Corinthio. 15. Etsi quandoq; parentes auisantur de filiorum turpitudinibus, non credunt, et amicum avi santem odiunt, & persequuntur. Sed & vt nihil desit inhonestati, videre est iā, quasi in singulis vicis dissolutas, vagasq; fornicatrices, quę filias vestras suis dissolutionibus ad lubricitatem alliciant, ac exemplo turpissimo commaculent, sed & nonnunquam familiari verbali conuersatione seducant. Plures aliæ ex euangelio colligi possent doctrinæ pro paruulis ad imitandum Christum paruulum, vtputa quia voluntarius fuit ad bonum. Mane adhuc in pueritia templum quæsiuit. Non in foro, sed in templo. Non in medio puerorū, sed doctorum inuentus fuit. Magis volens obedire Deo patri quam homini. Matrem honore præuenit, & ei obediētiam exhibuit, eam comitando iam inuentus, & patris commissione iam de mandati executione non stetit, sed semper apud Deum, & homines ætate, & sapientia crescebat. Cuius intellectum vide in Lyra.

Qūo parentes Christi possunt excusari de Christi amissione.

Sed fortè dicet aliquis circa historię suauitatem delectatus: Quomodo possūnt excusari parentes Christi de eorum incuria, q̄ ita neglexerūnt puerū Iesum Ioseph etenim pater pueri putatiuus ideò (secundum Origenem) datus fuit vt curam ferret pueri Et quomodo mater excusari potest? Ad hoc breuiter dicitur cum beato Bernardo in homilia super euangelio præsenti, quod illud non est casu factum sed ex diuina prouidentia sic ordinatum. Nec alicuius parentis incuria, aut negligentia in culpa fuit, secundum Lyram. Sed quia in ipso puero erat videre quasi signa quædam cęlestis virtutis & omnis disciplinæ specimen iucundissimum, & amenissimum. Confabulationes quoque mutuas mira sapientia redolentes, ideò ab omnibus rapiebatur, à senibus, & iuuenibus à singulis trahebatur, putantibus se fęlices si eius possent iucundissima præsentia solatiari. Vnde inquit Bernard. Credo singulos proclamare: Osculetur me osculo oris sui. Cum hac igitur iucunditate ingredientibus cunctis ciuitatem sanctam, contemplare, rogo, in

ter

ter singulas familias quampia fuerit, ac sancta contentio cunctis desyderantibus eius sibi præsentiam dulcissimam indulgeri. Hæc verò felix in te dicenda est quæ vicit, fortè ob hanc causam, cum consummati essent dies, & reuerti vellent, mansit puer Iesus in Hierusalem, non cognouerunt parentes eius. Arbitrans enim vnusquisque quod esset cum alio, cum seorsum viri, & seorsum mulieres transirent,& nunc his, nunc illis suam indulsit pęnitentiam,eo quod ab omnibus amabatur: ab omnibus petebatur. Non cognouerunt parentes quod abesset, noluit enim ipse eos scire suum recessum donec itinere diei expleto, per singulas familias, quæ simul ascenderant, quęreretur inter cognatos,& notos.Et non inuenientes,regressi sunt in Hierusalem. Post triduum autem inuenerunt eum in templo.

Quid fecit Christus In triduo an mendicauerit.

Sed ò bone Iesu, vbi in illo triduo fuisti? Quis tibi ministeria exhibuit? Quis cibum dedit? Respondet beatus Bern.vbi supra quod cum vellet potuit suam exercere virtutem diuinā, & ita nec cibo,nec alio opus habere. Et videtur velle pie tenere quod in isto triduo quasi vnus e turba pauperum stipem p ostia mendicabat.Vnde inquit:Quis dabit me bucellarum illarum sic mendicatarum participem fieri, vel saltem diuini illius edulij reliquijs saginari? Insuper sine assertione temeraria videtur secundum eundem doctorem sanctum probabile dicere,quod prima die paternam vocem consulit de agendis, & ordinandis per eum, secundum dispensationem susceptæ humanitatis, non obstante, quod sibi est cum patre vna scientia,vna sapientia,æqualis gloria,coæterna maiestas. Consuluit itaque patrem,non vt disceret quod ipse cum patre secundum deitatem æternaliter nouerat, sed vt ipse patri per omnia honorem deferret, obedientiam offerret, præferret humilitatem. Ibi igitur in illo secreto cubiculo patris de baptismate instituendo, de eligendis disciplinis,de condendo euangelio, de miraculis faciendis, postremò de passionis tolerantia, de resurrectionis gloria &c. colloquium habuit.

Omnibus illis sic dispositis, altera iam die angelicis, & archangelicis choris suauitatem sui vultus indulsit. Reuertensque antiquam ciuium supernorum ruinam post modicum reparandam vniuersam lętificauit ciuitatem Dei. Iam tertia die se patriarcharum, & prophetarum cuneis admiscens ea, quæ à sancto sene Symeone audiuerat proprij vultus manifestatione approbauit. Sicque expectationis illorum moras, instantis iam redemptionis promissione consolans, animæquiores, atque alacriores reddit vniuersos.

Post hęc in medio doctorum reperitur in templo, & in medio seniorum, qui præciosissimum huius promissionis thesaurum in sacris literis conseruabant, quatenus & eis sacratissima, mysteria reuelaret. Primum audiens, & interrogans, deinde mysteria edocens.Sic ergo cęlestium mysteriorum cępit reserare secretum, vt humilitatis,& obedientię,simulque propriæ voluntatis deserendę seniorum pręceptis etiam (vtilibus prætermissis) obtemperandi expressius,& excellentius commendaret exemplum, cum his sublimibus tanquam vtilibus prætermissis, seniorum se subdit voluntati, teste euangelista: Descendit cum illis,& erat subditus eis. Hæc omnia sunt de mente beati Bernardi vbi supra Hanc itaque doctrinam finalem, quæ omnes respicit, mente capiamus, & Christi exemplo humilitati, & obedientiæ diuinæ in omnibus studeamus.

DOMI-

DOMINICA I. POST octauas Epiphaniæ. Sermo I. in ordine. XII.

OMNIS homo primò bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tũc illud, quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Ioan. 2.

Tertia domini apparitio in die Epipha. facta proponitur.

Tertiam domini nostri apparitionẽ in die Epiphaniæ factam, sacri euangelii lectio cõmemorat. In qua (vt Ber. ait) ipse, qui in prima apparitione verus homo, & filius hominis. Et in secunda verus Dei filius. In hac tertia verus Deus probatur. Quid enim in infantili corpore, quod virgineo mater fouebat in gremio, quomodo Magis manifestus est, nisi veritas susceptæ carnis apparuit. Siquidem, qui paruulus cum matre inuenitur, quid nisi verus homo & filius hominis declaratur? Manifestum denique est, quia in secunda apparitione paternæ vocis testimonio, ac visibili spiritussancti missione in specie columbæ Dei filius comprobatur, dicente patris voce, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Satis quoque euidens, & indubitabile est, quin Dei filium necesse sit esse Deum, sicut filios hominum homines, & ipsorum animalium fętus eiusdem cum eis generis esse nemo dubitat. Verumtamen, vt nullus sacrilego errori maneat locus, in eo verus Deus in tertia apparitione ostenditur, quo naturæ autor (ad cuius nutum natura mutatur) certissimè demonstratur. Neque enim minoris est potentiæ sola voluntate aquã in vinum subito transubstantiasse, mutata aquæ substantia pariter, & natura, quam omnia de nihilo solo verbo creasse. Vtrumque enim omnipotentiam exigit in opifice, cui ęquè omnis natura obedit, qui vocat ea, quæ non sunt, sicut ea, quæ sunt. Rom. 4. Quod solius Dei esse nemo est, qui dubitat. Et ad quid hæc triplex apparitio? nisi vt dominum Iesum diligamus, vt verum hominem, & fratrem nostrum, honoremus, vt Dei filium, adoremus, vt Deum, securè ei credamus, nosque ei committamus. ait Bern. Cui nec bona voluntas deest, cũ sit vnus tãquam ex nobis, verus homo, & filius hominis, propter nos factus similis nobis passibilis. Nec deest potestas saluandi nos, cum sit Deus verus, & Dei filius. Ab eo nanque in conuiuio spirituali optima quæque rectè præsumimus, qui in corporali, & transitoriarum conuiuio nuptiarum, nedum aquæ naturam in melius puta in vinum, sed in optimum vinum transformauit, sicut ait Chrys. Non enim (inquit) simpliciter Christus vinum, sed optimum vinum fecit. Talia enim sunt Christi miracula, vt multò, his quæ per naturã fiunt, speciosiora, & vtiliora fiant. Habuit enim aqua vinum facta testes ministros. Boni autem vini architriclinus perhibet testimonium, cum vini vigorem admirans dixit, Omnis homo primo &c. Pro gratia Aue Maria.

Cur Xps ostensionem sui ĩ nuptiis per miracula inchoauit.

Tres sermo primus continet articulos. Primus ostendit, cur dominus ostẽsionem sui per miracula in nuptijs inchoauit, cum tamen in sua conuersatione magis videtur paupertatem, luctum & inediam, quam voluptates, lætitiam, & conuiuia approbasse, secundum illud Salomonis Eccl. 7. Melius est ire ad domum luctus &c. Secundus duplices nuptias, & eorum differentias secundum quod in themate designatur demonstrabit. Tertius hic rescinditur. Quo ad primum, Miracula facturus in terra Dei filius venit ad nuptias non casu, sed certi gratia mysterii. Et literalibus causis tacitis, & mysticis, hanc solam recitemus. Venit ad nuptias, vt ad quid venit in mundum, figuraliter prodat. Dum in nuptiis comparens, ac miracula, & signa principians, totum insipidę aquæ contristantem saporem in optimi vini dulcedinem (quod secundum prophetam cor hominis lætificat) interuentu matris virginis commutauit. Nuptias etenim omnipotens pater dudum à principio constitutionis creaturę instituit. Dum (vt Magister lib. 2.

dist.

dist. 1. ait) Deus rationalem creaturam ad sui imaginem, similitudinemque fecit, quæ summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur. Addere poterat, & fruendo gaudii, securitatisque brachiis sine fine tãquam sponsum spõsa beatificè complecteretur. Hominem que naturali propagatione multiplicãdum in loco voluptatis posuit, ac nuptiali veste, iustitia. s. originali vestiuit, atque in omnibus necessariis, & delectabilibus sufficientissimè prouidit, donec cum sua propagine in gloria ad felicissimos assumeretur amplexus. Sed homo dignitatis suæ impatiens seductus à diabolo, cum quo colloquia miscuit, nuptiali veste se priuauit, sponsum, & creatorem suum dereliquit, ac beatissimis nuptiis indignum se fecit. Et quod miserabilius fuit, iam à Deo se elongãs adulterauit, se dęmonibus per idolatriam, & omnem peccatorum immunditiam prostituit, & velut nunquam reuersurus desperauit, prout Hiere. 3. & in pluribus aliis locis dominus conquæritur. Et Hugo de arra animæ. Dereliquisti, inquit sponsum tuum, & cum alienis prostituisti amorem tuum. Corrupisti integritatem tuam fœdasti pulchritudinem tuam, dispersisti ornatũ tuum, tam turpis, & tam vilis facta es, & tam immunda, quę talis sponsi amplexibus digna iam non esses &c. Hinc ex parte hominis nuptiæ illæ primitiuæ frustratæ sunt penitus, & exinanitæ. Sed ecce misericors ille pater misertus tandem deceptæ, ac captiuæ suæ creaturæ, ac resurgere, atque liberare se non potentis iteratas nuptias instituit, quarum filium sponsum, ecclesiam verò deperditis hominibus per eam congregandam sponsam iterata desponsatione copularet. Verum quia tantis nuptiis nihil inquinatum adesse potest adulter homo, pannosus, & immundus totus, sed & alteri domino tyrannicè subiectus indignus fuit, & ineptus. Venit ipse sponsus, vt eam, quam dilexit, dum non esset, vt conderet, etiam postea cum fœda facta fuisset, diligendo redimeret, purgaret, vestiret, cibaret, pulchram faceret, vt sic nuptiis suis iam sanctificatam, & mundatam aptaret. Vt enim (sicut ait Hugo) te releuaret, vnde cæcideras, ipse descendere dignatus est huc, vbi iacebas. Et vt tibi iustè redderetur, quod perdideras, ipse dignatus est piè pati, quod tolerabas. Descendit ergo, suscepit, sustinuit, vicit, reparauit. Descendit ad mortalem, suscepit mortalitatem, sustinuit passionem, vicit mortem, reparauit hominẽ. Hinc Eph. 5. Apostolus ait, Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret, mundans eam lauacro aqueo in verbo, vt exhiberet se sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, & consequenter ostendit Christum esse sponsum ecclesię præfiguratum in verbis Adæ dicentis, Hoc nunc os ex ossibus meis &c. Propter hoc relinquat homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ. Subdit Apostolus Sacramentum hoc magnum est in Christo, & ecclesia.

Ob eandem causam totiens dominus comparat regnum cœlorum homini regi facienti nuptias filio suo, vocans ad nuptias nedum sicut conuiuas, sed sicut sponsas vniuersum semen Adæ, hoc ipsum designauit, cum ad nuptias venit. Hinc Beda in homil. ait, Venit ad nuptias, vt se esse de quo sub typo solus psal. præcinuit, Et tanquam sponsus de thalamo suo procedens. Et sequitur, Venit ad nuptias carnali more celebratas, qui ad copulandum spirituali amore ecclesiam de cælo descendit ad terram. Et Maximus in sermone de Epiphania, Vadit ad nuptias Dei filius, veteris instituti nouam sibi perpetuæ virginitatis sponsam, gentium de conuersatione facturus. Vadit ad nuptias, quẽ nuptiæ nõ crearunt. Vadit ad nuptias, non vtique vt conuiuiis delectetur, sed vt miraculis innotescat. Vadit ad nuptias non sumpturus pocula, sed daturus. Hæc ille.

Duplices nuptiæ, & earũ differentia.

Ecce patet ad quid dominus principium suæ ostensionis per miraculorum operationem in nuptiis celebrare voluit

luit

luit, vt videlicet ostenderet se esse sponsum illum, qui venit nos omnes ad nuptias suas vocare, desponsare, præparare, vestire & nutrire, non terrenas, sed cęlestes, vbi nulla tribulationis aqua, nullius cupiti penuria, sed quicquid in præsenti est amarum, contristatiuum, dolorosum, aut quomodolibet anxium, ibi in vinum iucundissimum, & optimum ineffabilium gaudiorum versum est, nunquam æternaliter defuturum. Inebriabuntur (ait propheta) ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos psal. 35. sicut in quodã sermone ait Bern. Omnes nos ad spirituales nuptias vocati sumus, in quibus vtique sponsus est Christus. Sponsa verò nosipsi sumus &c. Sed quando hæc sentire poterit fragilitas nostra de Deo suo, quod eo affectu nos diligat, quo diligitur sponsa à sponso? Multum enim est sponsa sponso suo inferior genere, inferior specie, inferior dignitate. Attamẽ propter Æthiopissam istam de longinquo (æterni regis filius) aduenit. Et vt sibi desponsaret illam, etiam pro ea mori non timuit. Vnde tibi o anima humana tam inęstimabilis gratia, vt eius sponsa merearis esse, in quem desyderant angeli prospicere, cuius pulchritudinem sol, & Luna mirantur, ad cuius nutum vniuersa mutantur? Quid retribues domino pro eo, quod retribuit tibi, vt sis socia mensæ, socia regni, socia denique thalami, vt introducat te rex in cubiculum suum? Vide iam, quid de Deo tuo sentias, quantum de eo præsumas, quibus brachiis vicariæ charitatis redamandus & amplectendus sit, qui tanti te æstimauit, imo tanti te fecit. De latere enim suo te formauit, quando pro te obdormiuit in cruce. Propter te à Deo patre exiuit, & matrem synagogam reliquit, vt adhærẽs ei vnus spiritus cum eo efficiaris, Hæc de primo.

Sed ecce quamuis tam mira, & auditu stupenda nobis dulcissimus ille sponsus exhibuit, atque promisit, plurimi tamen accipere contemnunt, ad nuptias venire nolunt, sicut Luc 14 conquæritur, quod inuitati ad nuptias simul omnes se excusare cæperunt, vbi Gregorius, Offert dominus, quod rogari debuit, non rogatus dare vult, quod vix sperare poterat, quia dignaretur largiri postulatus, delitias refectionis æternæ denunciat, & tamen simul omnes excusamus. Admodum enim pauci perueniunt ipso teste, Multi vocati, pauci electi. Et quare instruxit certè inimicus homo (qui non dormit, sed semper velut Leo rugiẽs circumit quærens quem deuoret 1. Petri 5.) etiam suum conuiuium, ad quod non vocati irruimus, atque intrare contendimus. Cuius allicientem causam, & distantiã à conuiuio sponsi nostri architriclinus designauit, cum dixit, Omnis homo primum bonum vinum ponit &c. Quis est ille homo, nisi de quo dictum est, Mat. 13. Inimicus homo zizania superseminauit, diabolus. s. humanæ salutis inimicus? Hic in suo conuiuio (ad quod omnes homines, hoc est, omnes secundum hominem carnaliter viuentes, & non secundum Deum, passim currunt) Primò vinum bonum ponit, quia primum huius mundi prospera, & delitias offert. Et hæ quidem primò dulces sunt, blandiunturque, sed prius quã inebriant & cum adhuc in desyderio sunt. Nam secundum Greg. homil. 36. Corporales delitiæ cum non habentur, graue in se desyderium accendunt, sed habitæ in fastidium per satietatem vertũt. Et Chrys. Nouerca virtutis prosperitas, quæ sic applaudit, vt noceat, & infęlici successu sic in via fortunatos obsequitur, vt in finem perniciem operetur, conuiuiis suis ab initio propinans dulcia, & cum inebriati fuerint, lætale virus miscet. Et quod deterius est, quo speciosius clarescit, eo amplius stupentibus oculis densiorem in fundit caliginem.

Quod multi ad carnales nuptias currunt, pauci veniunt ad spirituales.

Quid itaq; mirum, si dum inebriãt vinum, quod deterius est, ponunt, quoniam & in se aculeum habent, sicut ait Boetius 3. de consolatione philosophię metro septimo. Habet hoc voluptas omnis, stimulis agit fruentes. Apumq; par

vo-

volantum,vbi grata mella fudit.Fugit, & nimis tenaci ferit icta corda morsu. Et prosa septima, Voluptatum appetentia plena est anxietatis, satietas verò pænitentiæ. Quantos illæ morbos, quam intolerabiles dolores,quasi quendam fructum nequitiæ fruentium solent referre corporibus, quorum motus, quid iucunditatis habens, nescio. Tristis verò esse voluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum volet,intelligit. Reddunt denique fruētem incautum, atque cæcum,& sic periculo proximum. Hinc psal.57. Super cecidit ignis, & non viderunt solem. Ignis.s.voluptatis, & concupiscentiæ, & non viderunt solem, iustitiæ, deniq; præcipitat, dum inebriat, dum alligat in damnationis perpetuæ foueam, sicut Iob 21.Ducunt in bonis dies suos &c.& Chrys. homil. 39. fructum in his nullum alium esse dicit,nisi interitum, perniciem,pęnamq; perpetuam.

Quod sit vinū bonū, & postea in ebriatis pessimū.

De hoc vino primo bono & inebriatis pessimo dicitur Apoc.17. (quod terræ habitatoribus propinauit meretrix magna Babylon .i. mundus) Inebriati enim sunt reges terræ, qui inhabitant terram, de vino prostitutionis eius. Et sequitur cap.18.Flebunt, & plangēt super se illam reges terrę, qui cum illa fornicati sunt, & vixerunt in delitiis, & cætera multa.

Opposito modo se habet prandium nuptiale spōsi nostri,quo hic pascimur. Nam hic desponsationis nuptias agimus, non copulationis ait Bern. Ideò hic paratum paratur,ibi cęna reseruatur. Desponsati sumus, quia ad fidem vocati. Sponsabo te mihi in fide.Oseæ 2. Nondum ad amplexus admissi. Et quare differimur? quia vt dicit Hugo, nec polluta debet mundum tangere, nec turpem decet pulchrum videre.Hic pascimur & purgamur, Pascimur gratia, vt bonis operibus pinguescamus. Purgamur asperis,vt à contractis peccatorum fęditatibus mundemur.Idcirco in conuiuio ecclesiæ præsentis primo ponātur sexhydrię lapideæ ad purificationem aptæ, quæ sunt vniuersa opera pœnalia.s.ieiunia, vigiliæ,labor, disciplinæ,orationes,&elemosynę,quę quia dura sunt, & aspera, sed & perseueranter implenda, lapideæ videntur. Quibus aqua tribulationis aduersitatis,& angustiæ primò infunditur, quoniam tunc cum his vacamus grassantur tentationes diaboli,persequitur mundus, quod iam se amisisse suspicatur.Si inquit, de mundo essetis, mundus,quod suum erat,diligeret. Sequitur, Si me persecuti sunt, & vos persequentur.Io.15. Affligit durius concupiscentes ipsa caro, quæ suis oblectamentis se nunc orbari sentit. Defectus & fames concupiscentiam excitant.

Aqua in vinū cōuersa qd sit.

Sed licet insipida sit hęc tribulationis aqua, tamen valde mundat, purgat lauat, renouat, quoniam etsi per hanc is, qui foris est homo noster,corrumpitur, tamen qui intus est de die in diem renouatur 2.Cor.4.Sed nunquid super potanda est hæc tribulationis aqua? Absit.Initia illa sunt,veniet,qui omnē afflictionem conuertet in vinum dulcissimę consolationis.Omnis quidem disciplina in præsenti videtur esse non gaudii, sed męroris. Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eā reddet iustitię. Heb.12.Absterget eīn Deus omnem lachry. ab ocu. sanctorū, atque iam non erit am. neque luc. neq; cla. sed nec vllus do. quoniam priora. transie.Apoc.12. Quodque in pręsenti momentaneum est, & leue. tribulationis supra modum, in sublimitate ęternæ glorię pondus operatur.2. Cor.5 Ita vt omnino non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Rom. octauo. Sed nec in præsenti deserit tribulatos,sed prope est omnibus,qui tribulato sunt corde. Et quo foris intumescit aqua tribulationis eo intus in vinum conuertitur consolationis.2. Corinth.1.

Sicut abundant Christi passiones in nobis,ita & per Christum abundat cōsolatio nostra. Caueamus ergo charissimi his misceri nuptiis, vbi primò vinū bonū,postea verò,qđ deterius est,

ponitur.i. vinum, de quo dicitur, Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Deut.32. Nam teste Salomone, Cor stultorum vbi lætitia Eccle.7. Siquidem stultissimus est, qui præsentia tantum contemplatur, futura non præuidet. Rerum exitus prudentia metitur. Boe.2.de conso. Sed magis, quæ futura sunt præuidentes, gaudeamus de nostra electione ad tantas nuptias. Et sicut psal. ait, Audiamus, & videamus, consyderemus, quanta sit erga nos Dei dignatio. Obliuiscamur populum nostrum, & domum patris nostri, deserendo carnales affectiones, seculares mores, priora vitia, & noxias consuetudines. Lauemur hic aqua pænitentiæ, pascamur pabulo verbi Dei, vngamur sacramentorum gratia, & carismatibus, vt mundati, roborati, & ornati ad huius conuiuii cænam, & regis cubiculum sustollamur, vbi sponso nostro sine fine iuncti conregnemus in gloria, & honore. Quod ipse præstare dignetur, qui viuit, & regnat per omnia secula secu. Amen.

IN EADEM DOMINICA Sermo II. in ordine. XIII.

NVPTIÆ factæ sunt in Chana Galileæ. Ioan.12.

Triplices nuptiæ in scriptura.

Triplices in scriptura nuptias legimus. Carnales. Gen.2. Relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Aliæ sunt singulares verbi.s. cum humana natura, siue Christi cum ecclesia. de quibus Ioan.1. Qui habet sponsam, sponsus est. Et in psal. Tanquam sponsus procedens de thalamo suo Tertię sunt spirituales, Dei.s. & animæ. De quo Oseæ 2. Desponsabo te mihi in fide.

Per nuptias carnales à peccatoribus peccatores, & damnati generantur. Eramus enim natura filii iræ, natura, & naturali generatione. Ephe.2. Per singulares damnati reparantur. Venit em̄ filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. Luc.19. Per spirituales reparati sanctificantur. Vnde Apostolus.1.Cor.3. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Et iterum, vos estis tēplum Dei viui, sicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo inter eos. In omnibus his nuptiis aquæ tribulationum replent hydrias, sed adueniente Iesu, in vinum conuertuntur. In singularibus, Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, passionum.s. Sed in resurrectione conuersæ sunt in vinum lætitiæ. Vnde psal. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. In spiritualibus siquidem omnes, qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur.2 Timo.3. Per multas quoque tribulationes oportet intrare in regnū Dei, Act. 14. In carnalibus, & si homo primo vinum bonum ponit, non sic vbi est Iesus ad nuptias vocatus cum Maria matre eius. Hic enim primo iubet hydrias aquis repleri. Quis enim numerare poterit tribulationes etiam honestorum coniugum. Hinc de eis loquens Apostolus ait, Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi 1. Cor.7. Nuptiæ singulares sunt honorandæ, & venerandæ, spirituales requirendæ, & amandæ, carnales verò tolerandę. Hinc Apostolus 1.Cor.7. si nupserit virgo, non peccauit. Et iterum, Si acceperis vxorem, non peccasti. Has enim concedit Apostolus secundum indulgentiam ibidem non tanquam malum, sed tanquam mīnus bonum. Hinc ait, Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit. & qui non iungit, melius facit, indulgetur ergo coniugium .i. conceditur. Est enim indulgentia concessionis, & permissionis. Coniugium indulgetur.i. conceditur, coitus coniugalis permittitur.i. toleratur, ita quod non prohibetur, & per matrimonii bonum excusatur: ait Magister dist.26. quarti. Quia tamen carnales nuptiæ sacramentum sunt spiritualium nuptiarum, & singulares, teste apostolo, cum inquit, Sacramen

men

mētũ hoc magnum est, dico autem in Christo,& in ecclesia. Ephe.5. Ideo aliquid breue de illis nunc dicendum. Pro gratia Aue Maria.

Matrimonium à quo institutũ & ad quid.

Inter cætera bona, quæ pro homine diuina prouidentia, cui cura est de nobis,ordinauit,non minimum imo præcipuum est matrimonii sacramentalis institutio,quo conuenienti ordine humana species conuersatur, indiuiduamultiplici adiutorio consolantur, contra carnis incentiua, & fomitis tyrannidem remedium præstatur, ad summa Dei collata nobis beneficia intelligendum, illuminatiua significatio instituitur, & ad politicum homo conuictum sacramentali gratia roboratur, in quo magna, & singularis Dei cura pro nobis carnalibus declaratur.De cuius matrimonii commendatione quemadmodum denique in matrimonio viuendum sit,nunc pauca dicenda sunt.Nuptias itaq; esse licitas ad literam satis probat Christi matris, & discipulorum præsentia, ac primi miraculi per Christum exhibitio.Si enim secundum legem nuptiarum coniuges conuersentur, vt ibi maneat Iesus cum matre, & discipulis domini. Dimissis igitur quæ matrimonii substantiam concernunt,Videndum est primum de matrimonii commendatione.

Ad matrimonii commendationem inter plura hoc solum sufficiat, quia sacramentum est vnum de septem sacramentis nouæ legis, singularissimo munere ecclesiæ Christi sponsę liberaliter condonatis. Nec solum vnum est inter cætera,sed pręceteris excellens, & primum institutionis tempore, loco, finis efficacia,& significatione.

Antecellit itaque sacramentum matrimonii saltem quantum ad matrimonii institutionem,& si non quantum ad sacramentum prioritate temporis,& loci,immo & status hominis. Cætera eñ sacramenta post peccata,& propter peccatum exordium sumpserunt. Matrimoninm etiam ante peccatum,quia in principio creationis hominis, dum adhuc in statu consisteret innocentiæ, prius quam peccaret, legitur à domino institutum.Et cum cætera in exilio, quo homo propter peccatumpatria pulsus relegatus est, instituta sint, illis in loco, quo in terris dignior non est, soli innocentiæ statui conueniens,in paradiso.s. voluptatis noscitur institutum. Teste nanque scriptura Gen.1.& 2.per os Adæ dixit dominus, statim formata Eua de viri costa. Relinquet homo patrem suum,& matrem suam,& adhærebit vxori suæ. Præmisit denique dominus, Crescite, & multiplicamini &c. Excellit quoque quantum ad finis propinqui efficaciam. Nam vt dicit Magister,Cætera sacramenta sicut post peccatum, ita & propter peccatum remediandum instituta sunt. Ideo si homo non peccasset, cætera sacramenta vt dicit Sco.in 4.dist.26.non fuissent instituta'. Istud autem in officium institutum est simul & in remedium,& quantum ad vtrumque excellentiam habet, & prioritatem Nam in officium propagatio humanæ naturæ institutum est, sine quo nec homo nasceretur, cui cætera seruirent, & exhiberentur sacramenta.Non enim prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale 1.Cor.15. Quantum ad remedium institutum est post peccatum contra tentationem carnis nobis familiarissimam, & ignem concupiscentiæ naturalem, gladiumque seuientis inimici acutissimum, in remedium,nõ curatiuum peccati commissi sicut cætera, sed quod longè nobilius est in remedium præseruatiuum à peccato, ne cõmittatur.Hinc apostolus 1.Cor.7.Propter fornicationem .s. vitandam vnusquisque suam habeat vxorem, & vnaquæque suum habeat virum. Quis eñ dubitat eligibilius esse præseruari à lapsu, quam post lapsum releuari? Et de hoc Augu.vt allegat Magister dist. 26. quarti infirmitas inquit incontinentię,quæ est in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum.

Significatione demum omnia excedit,quia signum est summi beneficii hu

ma

mano generi à Christo exhibiti.s. coniunctionis Christi, & ecclesiæ, tam spiritualis quam naturalis, qua naturam hominis in vnitatem suppositi assumpsit, cui nullum beneficiũ homini pręstitum poterit comparari. Hac enim coniunctione seipsum Christus dedit, & dat quotidie ecclesiæ. De quo Aug. 13. de tri. In rebus ex tempore exortis &c. Coniunctus est enim Christus ecclesiæ, & cuilibet fideli animæ spiritualiter tanquam sponsus sponsæ ineffabili charitate, & ecclesia sponsa, sponso nunc per fidem, & dilectionem, tunc autem per facialem visionem, & perfectã fruitionem. Quam vnionem significat coniunctio spiritualis coniugum per amorem, & consensum, siue concordiam animorum. De qua Apostolus ad Eph. 5. Viri diligite vxores vestras, sicut Cristus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt iam sanctificaret. Coniunctus est denique Christus ecclesiæ naturæ conformitate, quia naturam nostrã vere, & realiter assumpsit castissimo, singularissimoque modo in vnitatem suppositi, vt sic ecclesia Christi sponsa suo sponso copularetur etiam in naturæ identitate. Et hæc coniunctio significatur per commixtionem sexuum coniugum, qua efficiuntur vna caro. De quo apostolus vbi supra ad Ephe. Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est: Dico autem vobis in Christo, & ecclesia, tanquam s. in significato. Vtraque ergo coniunctionum per nullum sacramentorum ita expresse significatur, sicut per ea, quę sunt coniugii, quare in significatione cętera omnia sacramenta antecedit. Ecce patet aliqualiter dignitas sacramenti coniugalis, propter quam etiam dominus ipse sua personali virginis matris, ac discipulorum præsentia honorauit, ac signorum suorum initio, quibus se fore ecclesiæ sponsum, ac redemptorem demonstrauerat, consecrauit. Sed & de virgine desponsata, non tamen corrupta concipi voluit, & nasci. In cuius sacramenti institutione attendi nihilominus curam magnam, quam habuit pro nobis dominus. In statu siquidem matrimoniali plus videmur elongari à Deo, seruire carni, & mundo, sicut tangit apostolus 1. Cor. 7. Qui sine vxore est, sollicitus est, quę domini sũt, quomodo placeat Deo, qui autem cum vxore est, sollicitus est, quæ sunt huius mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Mulier innupta, & virgo cogitat, quæ domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro suo. Sed ita pro nobis curat dominus, vt vbi magis elongari possemus ab eo, expressiorem indidit significationem, vt non solum amor coniugum, sed opus coniugale nos, si accedere volumus, ad se trahat, dum aperta significatione, & amoris illius magnitudinem, & incarnationis suæ dignantissimum mysterium, nostræ memoriæ quasi innouando repræsentat.

Restat nunc breuiter tangere quemadmodum ad hoc sacramentum vt audistis dignissimum sit accedendum, & qualiter in eo viuendum. Accedendum est igitur intentione recta, & mundata conscientia. Recta, est intentio, si in finem vltimum humanarum actionum, qui est gloria Dei, contractus matrimonii dirigitur, secundum apostoli doctrinam, Omnia in gloriam Dei facite 1. Corint. 10. Fit hoc si amore posteritatis Deo educandæ contrahatur. De quo Tobiam Angelus Raphael instruxit, dicens, Accipies virginem cum timore domini, amore filiorum magis, quàm libidine ductus, vt in semine Abraæ. s. Christo benedictionem in filiis consequaris, Tob. 6. Si igitur talis fuerit intentio contrahentium, proles scilicet Deo educandæ, iam recta est. Et sic intendens bene agit, & Iesum ad nuptias vocat cum Maria. Non enim intendit carnis voluptatem, sed posteritatis, & prolis religiosam educationem. Sic si propter fornicationem in se, vel coniuge vitandam, ad quam carnis infirmitate trahitur, vxorem ducit, ne Deum offen

Qũo ad hoc sacramentum accedendum.

offendat, bene agit, & Iesum vocat ad nuptias. Hinc Apostolus. 1. Cor. 7. Propter fornicationem autem. s. vitandam, vnusquisque vxorem suam habeat, & vnaquaque virum suum, Sequitur, Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum Imperium. Sunt & aliæ causæ minus principales, quarum aliquæ dicuntur honestæ vt pacis reintegratio, inimicorum reconciliatio Minos honestæ, pulchritudo, libido, quæstus, honor secundum magistrum distinct. 34. Et secundum has personas quærenda est persona fecunda prole, moribus gratiosa, honesta, virtutibus diues, timore domini laudabilis, magis quam genere. Nam secundum Salomonem, mulier timens Deum, ipsa laudabitur.

Ante nuptias dominus é vocãdus per noctes.

Hac inuẽta vocari debet dominus pia oratione tribus noctibus, vt Raphael ait Tobiæ 3. Noctes tres sunt, tres pęnitentiæ partes, quibus nox peccatorũ fugatur, contritio, confessio, satisfactio, quæ omnes matrimonii contractũ præcedere debent. Hinc est, quod secundo ad legitimum ingressum requiritur animæ purgatio per confessionem, & pænitentiæ sacramentum, maximè si mortali peccato obnoxia fuit persona contrahentes, aliis manente peccato gratia sacramentalis impeditur, & per irreuerentiam, quæ sacramento impenditur, nouũ peccatũ incurritur. Nam cũ matrimonii contractus sacramentum est nouę legis, & per consequens efficax signum gratiæ infusæ, tunc vel pri* infusæ augmentatæ. Hanc gratiam nõ potest percipere ponens obicem peccati mortalis. Infunduntur autẽ duæ gratię contrahentibus secundum Sco. dist. 26. quarti quæst. 1. ad mutuam. s. & gratiosam animorũ coniunctionem, quo facilius, consentiãt, & honestius matrimonii onera supportent, quę gratia val de necessaria est contrahentibus propter difficultates obligationis indissolubilis. Hæc autem gratia cum nõ sit prima requiritur, quod contrahens nõ sit fictus, non modo respectu sacramenti, sed etiam pænitens, siue purgatus, secũdum Scotũ vbi supra. Et secundum Petrum de Palude in suo quarto, qui in mortali contrahit per verba de præsenti, peccat mortaliter pro eo quod indignè suscipit sacramentũ. Esa. 52. Mundamini, qui fertis vasa domini, multò magis, qui suscipitis sacramenta, quæ sunt vasa gratiæ. Et Dionysius de ecclesiastica hierarchia capitu 1. Immundis nec symbola, idest sacramentalia tangere fas est. Et Augustinus contra Perminianum. Sacramenta talia fiunt vnicuiq;, quali corde quis accesserit ad ea.

Qũo sit viuendũ in matrimonio.

Viuendum est itaque in matrimonio fideliter, sollicite, & concorditer, vt bona matrimonii, fides, scilicet proles, & sacramentum custodiantur. Fides non solum, vt non adulteretur, sed etiam, vt intra matrimonii limites debitum reddatur, pudica honestate seruata, vt sit thorus immaculatus. Quia quotiescunque coniugalis fit commixtio Christi cum ecclesia, naturalis vnio repræsentatur. Hinc discant coniuges, quantò Dei timore, & honestate agendum est opus matrimonii, cum per illam commixtionem carnalem istæ purissimæ, ac immaculatæ nuptię significantur, quibus Christus humanam naturam carnaliter assumens eam sibi desponsauit in virginis vtero, de quo processit tanquam sponsus de thalamo.

Sollicitudo, vt remoueantur omnia impedimenta conceptionis, gestationis, educationis, adhibeantur quoque omnia promouentia, vt proles sanctè ęducetur, non diabolo, sed Deo offeratur, alias diabolicum est matrimonium. Nec habet diabolus fideliores famulos, quam coniuges suas proles ad lasciuiam nutrientes. Sacramentum indiuisibilitatis, nedum vinculi, quod solui non potest, dicente Christo, Quod Deus coniunxit, homo non separet; sed concordiæ, & amoris honesti, non meretricalis. Hieronymus, Omnis ardentior amator vxoris est adulter. Ideo apostolus hortatur, vt sit honorabile connubiũ, & thorus immaculatus, primũ animorũ consensũ, & amorẽ hone-

 stum

ſtum reſpicit, ſecundum verò pudicam & caſtam commixtionem.

Quia verò Pleriq; Chriſtum nõ vocant in matrimonii ingreſſu cum Maria, & diſcipulis, ſed repellunt, eo quod intentione corrupta, & cõſcientia peccatis maculata hoc inchoant ſacramẽtũ. Ideò quæ in matrimonio ſolatio eſſe deberent, grauis, & intolerabilis fiunt pęna, vt (heu) diutina docet experientia. Olim ſeptem viri beatæ Sarę filiæ Raguelis ſpecie decepti, ſola libidine eam duxerunt vxorem, & quidẽ matrimonio, cui nondum annexum fuit ſacramentum, quos omnes dęmon Aſmodęus occidit. Tob. 3. Timendum eſt vehementer, quod plurimos nunc occidat, non corpore temporaliter, ſed multò grauiore morte animę æternaliter. Dicente nanq; angelo Raphaele, Hi, qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus, & mulus quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Tobiæ 6. Videmus nanque ad nuptias currere vtriuſque ſexus homines ſine Dei timore, ſine ſacramenti reuerentia, ſine cõfeſſione, cum omni laſciuia, quorum tantò grauiora ſunt peccata, quantò in lege noua ſacramentum illud eſt maioris gratiæ ex diuina miſericordia collatiuum.

Quid debent coniuges ſibi ipſis, filijs vt familiæ.

Quia verò coniuges ſunt domeſticę communitatis rectores, quam cum ipſis integrant filii, & familia, ideò cum in hac communitate ſunt tres perſonarum gradus, coniuges. ſ. proles, & familia, videndum eſt, quid teneantur ſibiip ſis, quid liberis, quid familiæ. Sibi debent tria, ſcilicet amoris puritatem, morum honeſtatem, rei familiaris ſollicitudinem. Liberis verò debent ęducationem, informationem, diſciplinã. Familiæ verò promiſſionẽ mercedis, ad monitionẽ eruditionis, & prouiſionem laboris. Primũ debent ſibi amoris puritatem coniuges. Sit ergo amor pur' & impermixtus, Aug. 10. confeſſ. Minus te domine amat, qui tecum aliquid amat, quod nõ propter te amat. Diſcretus, non zelotypus. Sapiens. n. iudicio amat coniugẽ, non affectu laſciuiæ. Sanctus: Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus eccleſiam. Ephe. 4. qui ſeipſum tradidit pro ea, vt ſit ſancta, & immaculata.

Tenentur ſecundò ſibiipſis morum honeſtatem, vt ſint ſine laſciuia, ſine rixa, & diſcordia. Viri nolite amari eſſe ad illas: Col. 3. Sine alterutrum contẽptu. Honorabile connubium veſtrum in omnibus. Heb. 13. Vt ſit mulier ſubdita viro, ſicut domino, quoniam vir caput eius eſt. Ephe. 5. Vir etiam vxori honorem impertiatur, tanquam infirmiori vaſculo, & cohæredibus gratiæ. 1. Pet. 3. Vnde & Abraam vxorem vocat ſororem, & Sara ipſum dominum vocat Gen. 18. Et Adam. Mulier, quam dediſti mihi ſociam, ait, non ancillam, ideoq; non de capite, ſed de latere viri formata eſt. Habent mulieres ſuperbię exemplum Vaſthi. Heſter 1. Viri ſtulti, & proterui Nabal. 1. Regum. 25. Sic tertiò rei familiaris ſollicitudo, vt primò caueantur ſuper fluitates cibi, potus, veſtium. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier timens Deum, laudabitur. Prouer. vlt. Ad hoc valent laudes fortis mulieris, ibidem. Quodque otia, & negligentias ſecundo vitent. Vnus enim ędificans, & vnus deſtruens, quid prodeſt illis niſi labor? Eccl. Item tertiò diſcurſus vagos extra domum. ſic Tob. 10. dicitur Saræ, vt ſocerum honoret, virum diligat, regat familiam, gubernet domum, ſeipſam irrepræhenſibilem exhibeat. Item conſyderauit ſemitas domus eius, & panem ocioſa non comedit. Prou. vl.

Quid pueris debeatur.

Secundò debent pueris educationem iure naturali, quod etiam in brutis videre eſt. Non enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis, 2. Cor. 12. Laborare ergo debent ad ęducandum prolem, & corpore, & ſpiritu. Ideò ſecundò tenentur eis informationem, vt ponant in Deo ſpem ſuam, vt non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius exquirant. Ecce quibus informandi ſunt. Vt cogno-

ſcant

ſtant opera Dei per fidem, quod fit in ſymbolo. Mandata eius exquirant per charitatem, in decalogo. Ponant in deo ſpem ſuam, per orationem dominicam ecce oratio dominica, ſymbolum, & præceptorum decalogus ſecundũ tres virtutes theologicales. Tertiò tenentur diſciplinationem, & correctionem ſuis filiis, de quo plura Eccle. 30. Qui diligit filium, aſſiduat ei flagella &c. Vide ibi multa ad propoſitum. De negligentibus correctionem filiorum, vide 1. Regum. 2. & 4. de Heli. Item 2. Regum. decimotertio de Dauid reſpectu Amnon, & Abſalon. Nil enim ita attendunt filii ſicut exempla patrum: Cauendum ergo eſt ſcandalum puſillorum Mat. 18.

Quid familia.

Debent & familiæ prouiſionem mercedis. Item eruditionem, ac ocii prohibitionem quæ extende, vt placet, ad ducendo autoritatem beati Auguſt. 19. de ciui. Dei. cap. 16. cum ait, Qui verè patresfamilias ſunt, omnibus in familia ſua tanquam filiis ad colendum, & promerendum Deum conſulunt, deſyderantes, atque optantes venire ad cęleſtem domum, vbi neceſſarium non ſit officium imperandi mortalibus. Quo donec veniatur, debent patres, quod dominantur, quam ſerui tolerare, quod ſeruiunt. Siquis autem in domo per inobedientiam domeſticæ paci aduerſatur, corripiatur verbo, ſeu verbere, ſeu quolibet alio genere pęne iuſto, atque licito, quantum ſocietas humana concedit pro eius, qui corripitur vtilitate, vt paci vnde diſſilierat, coaptetur. Sicut enim non eſt benificentiæ adiuuando efficere, vt bonum, quod maius eſt, amittatur. Ita non eſt Innocentiæ parcendo ſinere, vt in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium, non ſolum nemini malum inferre, verumetiam cohibere à peccato, vel punire peccatum, vt in ipſe, qui plectitur, corrigatur experimento, aut alii terreantur exemplo. Hæc ille. Si ergo hoc verum eſt in genere de omni patre familias, quantò magis de coniuge reſpectu familiæ ſuæ? Studeant itaq; coniuges coniugaliter viuere, familiæ ſuæ rectè præeſſe, prolem Deo ęducare &c.

DOMINICA II. POST oct. Epiphaniæ. Sermo I. in ordine. XIIII

DOMINE ſi vis potes me mundare. Matt. 18.

Dominica priore eccleſia in lectione ſancti euangelii introduxit Chriſtum tanquam ſponſum ſuum, qui adhoc venit, vt naturam hominis perditam, & peccatis deformem mutaret, ſibiq; in ſponſam ſanctificaret, ſicut ait apoſtolus Eph. 5. Chriſtus ſemetipſum tra. pro ec. vt illam ſan. mun. eã la. aqua in ver. vi. vt exhiberet ip. ſibi glo. ec. nõ ha. ma. neq; rugã. Hinc Io. 3. ait, Qui habet ſponſam, ſponſus eſt, & propheta. Tanquã ſponſus pro. de t. ſuo. Ideò in carnalibus nuptiis vocari voluit, & ſignorũ ſuorũ, quibus ſe probauerat eccleſiæ ſponſum, & ſaluatorẽ ibidem initia exordiri, vt vult Bed. in ho. In hac autem dominica ſequente bonũ matrimonii nobis cõmendatur fides. ſ. ſponſæ ad ſponſum, hæc. n. quaſi fundamentũ cæterorũ bonorũ eſt, prolis. ſ. & ſacramenti. Nam vbi fides deficit, proles certa eſſe non põt, neq; ſacramentum .i. indiuiſibilitas, licet. n. vxori dimittere virum, & vxorem viro propter fornicationẽ, ſed non aliam ducere vtriſque viuentibus. Mat. 19. & magiſter di. 35. quarti. & de diuor. Significaſti. Ita in ſpirituali matrimonio animæ, & Chriſti fundamentum eſt fides, qua deficiente, nec ſpes fructificare, nec charitas poterit vnire, imo neutrũ ſine fide ſubſiſtere. Hanc autem fidem excellentem in duabus perſonis cõmendat. Centurione, qui dominum vbiq; eſſe potentẽ cognouit. Et leproſo, qui ſola voluntate eum ſaluare potuiſſe confeſſus eſt di. Domine &c.

De matrimonio ſpirituali.

Matrimonium ſpirituale, quo nos deſponſari venerat, carnali matrimonio ſignificatur expreſſius, propter qđ matrimonium cætera ſacramenta excellit in ſignificando non ſimpliciter,

habent .n. se sacramenta, vt accedentia & excessa. Siquidē baptismus excedit necessitate, confirmatio ministro, pęnitentia parato medicinali auxilio, eucharistia contento, extrema vnctio finali prępararorio, ordo dignitatis officio, coniugium signo. Nam duplex vnio coniugum, animorum spiritualis. & corporum carnalis, significat expressius cęteris duplicem coniunctionem Christi cum ecclesia. s. spiritualem, quæ est nūc per fidem, tunc per gloriam, & naturalem, qua carnē assumpsit in vnitate suppositi. Vt sic ecclesia sponsa intelligatur copulata Christo sponso charitate & naturæ conformitate. De hoc dis. 26 lib. 4. sententiarum.

Sacramētum matrimonij alia excedit sacramenta significatione nō tamen simpliciter.

Quamuis autem sacramentū matrimonii cætera excedat sacramenta significatione, non tamen simpliciter. Sic enim est vltimum sacramentorū, sicut & status coniugalis alios ecclesiæ status non excedit, sed cæterorum infimus est. Et quidem status ille status bonus à domino in officium institutus, & in remedium indultus, in quo homo saluari potest, sed viduali continentia, & virginali puritate lōgè inferior. Quod breuiter ostenditur ex præmio, ex diuino consilio, & exemplo. Nam statui perfectiori respondet maius præmiū. Sed cum triplex præmiū signatur in parabola seminis Mat. 13. s. c 60 & 30 perfectioni virginali debetur. c. continentiæ viduali 60. castitati coniugali. 30. quare inferior horum statuum est status coniugalis. Quia verò his statibus hæc præmia debeantur, expresse habetur in gl. sup parabolā pallegatā. Ma. 13

Patet idem secundo. Nam dominus consulit continentiā, non autē matrimoniū Mat. 19 Qui potest capere, capiat, vbi laudat, qui se eunuchant propter regnum Dei Et 1. Cor. 7. De virginibus præceptum non ha. consiliū aūt do. Et præmisit, Bonum est homini mulierē nō tangere. Et sequitur, Volo aūt oēs esse, sicut meipsum Sequitur, Dico autem non nuptis, & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut ego, q̄ si nō continēt, nubāt. Ecce in oībus pfertim continentiam nuptiis. Cuius rationem subdit ibidē, Mulier innupta, & virgo cogitat, quæ domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu, quæ aūt nupta est, cogitat, quæ mundi sunt, quomodo placeat viro suo. Suo modo dicit de viro, qui sine vxore est, qui vero cum vxore, diuisus est. Et concludendo ait, Qui virginē suam iungit matrimonio, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Denique di. 26. quarti li. sen. magister manifestè ostendit, quod coniugium sit de minoribus bonis. Et quia concessum est maximè post peccatum, & hominum multiplicationem per indulgentiam, non per imperiū, & quia non meretur palmam virginitatis.

Exēplo Christi continētia probatur.

Idem probatur exemplo Christi, q̄ vtiq; perfectissimū habuit statū, & hoc in se virginitatē elegit, & in benedicta sua matre. In patre nutritio, & matris custode Ioseph. s. & Ioann. quem ēt de nuptiis vocauit ī ipsis nuptiis, ad quas dominus cum discipulis vocatus fuit. Quis audeat dicere dominum vocasse dilectum discipulum à statu perfectiori ad minus perfectum? Quod verò mater virgo desponsata fuerit, alia ratio est, non status matrimonialis perfectio. Et breuiter sicut dānare nuptias hæresim sapit Datianam, ita nuptias æquare continentiæ, errori fauet Iouiniani, & Heluidij, vt. 24. quæst. 3 cap. vl. Quidam autem hęretici. Vnde Beda in ho. euangelii de nuptiis in Chana Galileę pulchrè loquitur ad propositum di. Dominus, ac saluator noster ad nuptias vocatus non solum venire, sed & miraculum ibidē quo cōuiuas lætificaret, facere dignatus est. Etiam iuxta literam fidem rectè credentiū confirmat. Porrò Baciani, & Martiani cæterorumq; qui nuptias de trahunt perfidia, quā sit dānabilis, insinuat. Si enim thoro immaculato, & nuptiis debita castitate celebratis, culpa inesset, nequaquā eas signorū suorū initio cōsecrare voluisset. Nūc aūt, quia bona est castitas coniugalis, melior continentia vidualis, optima pfectio virginalis, pbādū oēm electionē graduū, ad discernēdūq; meritū

sin

singulorum, ex intemerato Mariæ Virginis vtero nasci dignatus est. A prophetico Annæ viduæ ore mox natus benedicitur. A nuptiarū celebratoribus iā iuuenis inuitatur, & eos suæ præsentiæ virtute honorat hæc Bed. Verum licet status coniugalis inferior sit inter tres prędictos, pōt nihilominus aliquis in matrimonio perfectior eē multis in statu pfectionis. Sic de Abraā loqtur b. Aug. & Hiere. & alle. magister in 4. di. 30. q. non præferunt celibatū Ioannis coniugio Abraæ. Vnde non status perficit psonā, sed charitas, qua vnit̄ scđdū statū Vñ status ñ est pfectio, sed via q̄dā hñs multa adiutoria ad perfectionem. Et iō nullatenus contemnēdus est, immo cū desyderio tanquā via certior, & securior āmplectendus, alioquin euāgelica contēnerentur consilia, q̄ fieri non pōt sine peccato mortali, quoniam ipsa etsi non obligant ad sui obseruantiam, obligant tamen ad non contemnendum, vt dicit Scotus in 4. disti. 3. q. 4.

DE EADEM DOMINICA II. Sermo II. in ordine. XV.

DOMINE puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Matt 8.

Naturale est omnibus quærere aliorum auxilia in rebus, quæ sibiipsis acquirere non sufficiunt, vel præstare, ob quam causam in brutis docet natura proles genitas (vt educantur, ac nutrimentum, quod nondum acquirere præualent) suis parentibus adhęrere. Sic frequenter videre est homines ab hominibus miro ingenio, & varijs promissionibus, frequenter fraudulentis quærere adiutoria, ad ea quæ cupiunt acquirenda. Sed quale auxilium præstare poterit homo homini, cinis cineri, spiritus vadens & non rediens mutabili, mortalis morienti? Propter quod verè maledictus est homo (secundum Hieremiæ verbum) qui confidit in homine & ponit carnem brachium suum, & recedit à domino cor eius, erit enim quasi miricæ in Deserto. eiusdem. 17. Felix autem, qui requisito vbiq; auxilio, licet non inuento, reuertitur tandē ad dñm fidelem, & potentissimum adiutorem, dicens cum rege Iosaphat: Cum ignoramus quid agere debemus, hoc solum habemus residuum, vt oculos nostros dirigamus ad te domine 2. Paralip. 2. Talis fuit gentilis ille magnæ fidei Cēturio, qui cum puero suo paralytico nullius hominis ope posset succurrere, audiens diuina Christi miracula, hunc Deum vbiq, præsentem, vbiq; potentem intellexit, atq; fide integra, humilitate plena, per intermedias personas pro puero suo rogaturus, tota fiducia pueri sui infirmitatem exponit di. Domine puer meus &c.

Natura-le est q̄-rere alie-na auxi-lia.

Duplex nobis in euangelio proponitur miraculum, cum multis moralibus doctrinis quas inde elicere possumus. Sed nunc omnibus immorari breuitas vetat. Primū ergo in genere proponit nobis in hoc euangelio, qualiter sponso ecclesiæ vniri possumus per fidē .s. catholicā. Hunc etenim esse ecclesiæ spōsum, in dominica præterita edocti sumus in ostensione miraculi, quo aqua in nuptijs mutata fuit in vinū. Fides. n. est substantia rerū sperandarum. Heb. 11. Qui verò non credit, condemnabitur. Mar. 16. Credentes autem exultabunt letitia inenarrabili, & glorificata reportantes finem fidei salutem animarum 1. Pet. 1.

Hanc fidem nobis in duabus personis imitatione dignissimis proponit, quarum vna ex iudæis, alia ex gentibus Centurio .s. secundum Aug. serm. 6. de verbis domini, venit, tanquam parietes duo in vno angulari lapide Christo Iesu per fidem copulandi. Magna enim fuit leprosi fides, qui sola voluntate dominum se ab infirmitate posse curare publicè profitetur. Domine inquiens si vis, potes me mundare. Sed non minor, immo maior fuit Centurionis fides quo omnipotentiæ diuinæ voluntatis, nedum præsentia, sed quæq; distantia subiecta fore acclamabat

quam humiliter, dicens, domine non ſum dignus vt in tres ſub tectum meũ &c. Vterque ergo ſecundum fidem ſuã exaudiri meruit & curari. Hanc fidem imitemur oportet, ſi Chriſto eccleſiæ ſponſo copulari volumus & in regni filios adoptari. Dedit enim eis poteſtatem filios Dei fieri qui credunt in nomine eius. Ioan. I.

Petere quid debeamus.

Secundò in ſpecie proponitur nobis primo leproſi petitio prouida, & prudentiſſima. Prudenter petit, qui quodve rè bonum non petit. Quamuis enim Deus vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Gen. I. non tamen bona petenti. Et quid eſt bonum petenti? Triplex eſt bonum. Eſt bonum ſemper per ſe, & ſummum. Eſt bonum ſuper, ſed nõ ſummũ. Eſt bonum quod qnandoq; abuſu dicitur malum. Exemplum primi, vt beatitudo obiectiua, Deus ipſe, qui eſt ſummum bonum. Exemplum ſecundi, vt gratia gratum faciens, & virtutes tam infuſè quam acquiſitæ. Exemplum tertii, vt bona corporis, & bona rerum, bona fortunæ &c. Prima ſecurè & abſolutè peti poſſunt. Sic & ſecunda, eo qđ ſunt ſuper bona. Virtutibus enim nemo male vtitur, niſi fortè ſolum obiectiuè. Tertia bona, quæ qñq; bona dicuntur, non niſi ſub conditione, Si vis quia ipſo domino volente bonum eſt, quod aliis non eſſet bonum, imo quia vult, bonum eſt, non quia bonum eſt, vult. Sua enim voluntas regula eſt omnis bonitatis & iuſtitię. Quibus ergo bene & male vti poſſumus, non ſunt determinate & per ſe ſiue abſolutè petenda, ſed ſub conditione, ſi Deus videt illa ad ſalutem nobis eſſe neceſſaria, vt ſunt bona naturæ, dona gratiæ gratis datę bona temporalia, & his ſimilia.

Hinc doctrinam nobis tradit leproſus, qui deſyderabat ſanitatem non abſolutè, ſed domino volente. Quia dũ ignoramus, quid petamus, non abſolutè, ſed ſub conditione petere debemus. Si eñ dominus voluit eum curare, bona fuit eius curatio. Ait ergo, Si vis potes me mundare. Si noſti ſanitatem, pulchritudinem, ſpecioſitatem, diuitias, ſtatum prælationis, ingenii acumen, induſtriã &c. mihi eſſe vtilia ad ſalutem, adeſt tibi poſſe vt conſequar hoc vel illud. Cõmiſit ergo diuinæ voluntati vt curaret eum, ſi proficuum ſibi foret ad ſalutem quod ipſe neſciuit. Ab hoc itaq; neophito in fide & leproſo nos in fide Chriſti à cunabulis enutriti, eruditionem ſumere non pigeat, quatenus bona temporalia, naturæ & fortunæ nec à Deo petamus, nec ſperemus contra animæ noſtræ ſalutem. Melius eſt vnum oculũ habentem intrare in regnũ, quam duos habentem mitti in gehennã. Nihil eñ bonũ eſt petenti, niſi quod ſuper & verè eſt bonũ, vt fælicitas æterna & virtutes quę ducunt in via ad terminum. Illa verò quibus bene vti non poſſumus ea acceptando, & quæ ſine peccato haberi non poſſunt, petenda nõ ſunt. Hic ſequitur quod ſtultè agunt qui ſimpliciter & abſolutè petunt à domino infirmitatis ablationem, aduerſitatis remotionem, item paupertatis & tribulationis abſentiam, eo quod frequenter plus ſaluti proficiunt quam proſperitas tẽporalium. Hinc propheta in pſal. Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Et iterum. Quem diligit Deus, corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Hebre. 12. Cum ergo in flagellis conſtituti ſumus & periculis &c. petamus eorum ablationem conditione cum leproſo, ſi domino placet, dicentes, Domine, ſi vis potes me liberare. Extende vt placet.

Obediẽtia diuine legis eſt omnibus neceſſaria.

Secundò in ſpecie tangitur in euangelio obedientia diuinæ legis omnibus neceſſaria. Ita enim obediendum eſt diuinæ legi, vt non quæratur, cur ita ſtatutum eſt? quare me ſic finxiſti? Domini enim eſt terra & plenitudo eius. In eius ditione cuncta ſunt poſita. Sufficit ſcire quia ita volitum & ſtatutum eſt à Deo & à voluntate diuina ſummè bona & ſuperrecta. Quæſiuit ſerpẽs, Cur præcepit vobis Deus &c. Aduertit mulier quæſtionem, inquiſiuit cauſam, & decepta eſt. Sola obedientia, eſt, quæ ſaluat, & ſaluauit hominẽ, & angelũ. Vnius hominis inobedientia, cunctos Adæ filios

lios secundum apostolum ad Ro. constituit irę filios secundum legem communé. Vnius obedientia reparauit totũ mundũ à lapsu in peccatũ, & iusto Dei iudicio condemnatũ. Ecce in proposito. Non est ratio, cur se ostendere debuit sacerdotibus legis à summo sacerdote curatus, nisi, quia dominus voluit. Nũquid, vt sua prece mundarent, quem omnipotens iã curauit? Nunquid, vt mundum iudicarent, quem viuorum, & mortuorũ iudex absoluit, & facti euidentia mundum ostendit? Nunquid, vt oblatis donis eos sustentaret sacerdotes, qui sacerdotio indigni erant, & contra summum sacerdotem Christum conspirauerant? Sed certè, vt obedientia legis iã finiendæ, obedientia legis euangelicæ, & æternæ nobis cõmendaretur, à qua nemo se abstrahere põt, q̧ saluté desyd.

Hinc etiã trahitur doctrina, quod, & si peccator à peccatorum lepra curatur forti peccatorum propter Deum detestatione, nihilominus & ecclesiæ debet reconciliari in peccatorum suorũ pro loco, & tempore sacramentali confessione. Pænitentia.n. vera confessioné includit in voto. Quod & in Lazari resuscitatione dominus significauit, qué iam viuificatũ apostolis soluẽdũ dedit Io. 11.

Potẽtia Dei omnibus p̃sentissima.

Tertiò in specie tangitur potentia Dei omnibus præsentissima, qui sicut omnia nouit, ita solo verbo omnia potest, non verbo, quod transit prolatum, sed verbo, quod manet æternaliter natũ, Dixit.n. voluntate practica, & facta sunt omnia. Ei enim cum voluerit, subest posse, hoc credens Centurio dixit, domine non sum dignus &c. sed tantũ dic verbo & sanabitur puer meus. Hãc potentiam super præsentem consyderantes excitatur in nobis timor, & humilitas, cum sẽper ante oculos agimus iudicis cuncta cernentis. Hoc qui credit, q̃uo non timeret? Q̃uo non sese humiliaret coram iudice, qui nihil relinquet inultum? Eccl. 11. Hinc ait Boet. in fine libri sui, Aduersamini vitia, colite virtutes, ad rectas spes animũ subleuate, humiles preces in excelsa porrigite. Magna enim vobis (si dissimulare non vultis) necessitas est indicta probitatis, cum ante oculos agimus iudicis cuncta cernentis.

DOMINICA III. POST octa. Epiphaniæ Sermo. I. in ordine. XVI.

ASCENDENTE Iesu in nauiculam &c. Mat. 8.

De spe nostra in Deum dirigenda.

Pulchro paradigmate ostendit euangeliũ occurrentibus periculis, quę nostra virtute euadere non possumus, quo spes nostra est solidanda, & dirigẽda. Ecce ascendit dominus in nauiculã prior nostra infirma in se suscipiens, sequuntur discipuli periculis maris se committentes. Intumescit mare, fluctꝰ excitantur, non parui, sed quibus nauicula operiretur. Non fuit in potestate discipulorum sedare fluctus, sed nec cõtra remigare, nihil præter periculum conspiciunt. Inter hæc dominus dormit, quasi homo infirmus, quasi periculorum ignarus. Accedunt discipuli, nõ modestè, sed impetuosè tanquam timidi irruunt, secundum glo. Excitant dormientem, orant, vt saluet is, qui dormit, di. Domine salua nos, perimꝰ. Nec frustra. Nam surgit dominus, ventis imperat, & mari, & facta est tranquillitas magna. Hęc historia, sed latent mysteria magna, ac doctrinæ salutares. Pro quibus. Aue Maria.

Prima doctrina, Non turbari debet animus hominis ad meliora tendentis (Ad meliora tendit, qui Christi legi viuit, qui in amore Dei & proximi consistit) si contra eum insurgunt tentationes. Si permittẽte dño bonorũ omniũ inimicus excitet ventos contrarios superborum, intumescentes fluctus carnalium, sed magis ex hoc præsumere fiducialiter præsentiam saluatoris, errore se decipiunt, qui idcirco dominum colunt, vt temporali quiete, & carnis voluptatibus fruantur. Non ad præsentis tpis bona facti sumus christiani, sed ad aliud, quod præmisit in futuro. Aug. in

ser.65. de verbis euangelii. Vnde accedere volentibus ad Deum magis expectanda est tentatio. Eccl.2. Fili accedẽs ad seruitutẽ Dei, sta in timore, & præ pa.a.t. ad tenta. Et angelus ad Tobiam To.12. Quia acceptus eras Deo, necesse erat, vt tentatio probaret te, & Iob. 7. Militia est vita hominis super terrã. Denique quid aliud per totum euangelii decursum dominus fideles suos præmouendo instruxit, nisi quod vbiq; persecutionem expectent? Non veni mittere pacẽ, sed gladiũ. Mat.10. Lu.12. Similiter & in epistolis suis apostoli docuerunt, & quod verbo, & scriptis prædicabãt, facto cõfirmabãt. Præcessit Christus crucẽ ferens, secuti sunt per ignẽ, & aquã sancti, & fideles discipuli, vt dicit Apost. Heb.1. Ecce in ipsa hora veri similiter multi in diuersis maris finibus nauigarunt. Mar.4. Aliȩ naues erãt cũ illo, & tñ solã nauiculã, in qua cũ discipulis dominus fuerat, fluctibus operiri euangelista narrat, quos etiam (vt Orig. dicit) dominus ipse excitauit, vt sic ad se recurrendũ discipulos dñs, ammoneret. Quod licet hoc domino agente factũ est, tamẽ frequentius à diabolo per se, & suos bonis inuidentes turbatio excitatur, sed non nisi domino ꝑmittente. Cur hoc fiat, vide lectione.78 canonis. Videte nunc charissimi, quam impius multorũ christianorum, ac desperatus sermo, qui se à cõuersione ad Dei opera retrahere laborãt ꝓpter turbationẽ quietis temporalis, aut conuersioni ad meliora tanquã pro demerito ascribunt, sicut hi, de quibus Hie.44. dixerunt contra prophetã exhortationẽ, Sermonẽ quẽ locutus es ad nos, in nomine dñi non faciemus, sed sacrificabimus Reginæ cæli, sicut fecerunt patres nostri, & reges, & principes, & nos in vrbibus, Iuda, & plateis Hierusalẽ, & saturati sumus panibus, & bene erat nobis & malũ non vidimus. Ex eo autem tpe, quo cessauimus, indiguimus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus. Similiter legis desertores, & aliorum seductores 1. Machab.1. dixerunt. Ex quo recessimus à gentibus, inuenerunt nos mala. Sic causati sunt Romani, qui propter fidei catholicæ assumptionem perdiderunt mundi dominiũ, quibus respondet Aug. in suo de ciui. Dei per totũ cõcorditer ad verba Hie. ostendens, quod non propter conuersionem ad meliora, sed pæna commissa, in quibus misericorditer pepercit dominus, emendationẽ longanimiter expectans, & eorũ fictã non veram conuersionẽ tandem etiã in præsenti puniuit.

Nunquã diabolus insurgit in nos nisi Deo ꝑmittente.

In tentationibus nõ est desperandum.

Secunda doctrina. In tentationibus nequaquã desperandum est, quasi dominus tribulatos deserat, si ad tempus dominus dormiat, si ab ea non statim eripiat, sed fortiter sustinendum, & immobiliter in bono perseuerandum. Nam non abest dominus tentatis, nec eos deserit, teste psal. Iuxta est dominus his, qui tribulato sunt corde. Bern. Vellem semper tribulari, vt semper mecum esses. Ipse est, qui in tentatione prouentum facit, vt possis sustinere. 1. Corint. 10. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Benignissima etenim voluntate nostrũ agonem expectant, vt dignè coronet. Materiam laboris offert, vt abundantius pręmiet. Patientiam probat, vt in finem perseuerantes iustè æternaliter glorificet. Sic patriarchã Iacob opinione mortis filij sui Ioseph vigintiquatuor annis afflictũ sustinuit, quem postea videntem, lætitia copiosior refecit. Ipseque Ioseph (Gen.40.) seruitute, & carcere castigatur. Sic Iob (Iob vlt.) in probatione ardua diu patienter sustinuit, quem post flagella restitutis duplo omnibus, per 140. vitæ annos in omni quiete, & gaudio conseruauit. Sanctus Tobias in exilio cecitate annis 14. examinatus, tandem ereptus, duplicia in domino præsentia gaudia promeruit, & futura. Sic Eustachium, sic Siluanum de Syluano in epistola Cyrilli ad Au. vide latè. Sic Mariã Ægyptiacam, aliosq; plurimos, annis plurimis probatos, fęliciter consolatus est post longam perseuerantiã in aduersis. Non enim dominus tardat promissis, sed patienter agit, nolens aliquos perire 2. Petri.3.

In omni aduersitate magna fiducia ad Christũ recurrendũm est.

Tertia doctrina. In omni aduersitate vndecunque surgente, magna fiducia ad Christum mediatorem debemus recurrere, & vt per suam humanitatem ne pereamus, nos saluet, suppliciter exorare. Venite ad me omnes, qui la. & one. estis &c. Quomodo enim nobis auxilium negaret, qui idcirco nostram infirmitatem assumpsit, vt per eam se mediatorem constitueret, & aduocatum fidelissimum apud patrem? Hinc 1. Io. 2. dicitur, Aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ad idem hortatur apostolus Hebre. 4..

Nõ habemus pontificẽ, qui nõ possit compati infirmitatibus nostris, tentatũ per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gloriæ eius, vt misericordiam consequamur in auxilio oportuno. Ecce ad eũ, qui dormit, accedunt discipuli, non dormit deitas, sed humanitas saluatoris. Interpellant ergo per Christi humanitatẽ eius diuinitatẽ. Vtranque doctrinã cõplectitur Orig. in ho. di. Dedit per hæc omnia nobis dominus figuram, & doctrinæ imaginem, vt nos in omni turbatione, & contumelia patiẽtiam teneamus, stabiles simus, fidem nõ deseramus. Et si omnis ille mundus tãquã mare ebulliat, atque in furorem cõsurgat, Etsi omnes venti, & vertigines dæmonum vndique sæuiant, etsi omnis potestas maris. i. omnis principatus, & potestas mũdi concitẽtur, & in tumore iracundiæ spument, & si adhuc vsq; ad cælos se extollant tempestates maris, malignitates, dolos, & fremitus concitantes. Nolite timere, nolite turbari, nolite contremiscere, nolite deficere. Omnes enim quotquot in nauicula cũ domino nauigatis, omnes nimirũ, qui in hac sanctæ ecclesiæ nauicula cum domino per hunc vndosum supernatatis mundum, & si ipse dominus dormiat pio somno nostram patientiam, & tolerantiam expectat, vel impiorum pęnitentiam, & conuersionem sustinet. Alacriter accedite ad eum orationibꝰ instantes, & cum prophęta dicentes, Exurge, quare obdormis domine? Exurge, & ne repellas in finem. Et iterũ, Exurge dñe adiuua nos, & redime nos ꝓpter nomẽ tuũ. Exurget tandẽ, & imperabit ventis, & mari, dęmonibus, & mũdi potestatibus, Oĩbus .n. dominatur, oẽs mitigat, faciet tranquillitatem magnam circa corpus, & spiritũ, pacẽ ecclesiæ, & sęrenitatẽ mũdo. Hæc Orige. Adducit exempla, quẽadmodũ dñs persecutiones ecclesiæ mitigauit, diaboli, & tyrannorũ sæuitiam repræssit, & ecclesiæ pacem concessit. Patet per decursum vtriusque testamenti.

Qũo aũt in tẽtatione orandus sit Deꝰ discipuli nos sua oratione docuerunt, dicẽtes, Dñe salua nos, perimus. Quæ orõ duo continet. s. recognitionẽ ꝓpriè infirmitatis per humilitatẽ, quia perimus. Et confidentiam in adiutorio diuino, salua nos. Sic orauit rex Iosaphat. 2. Paral. 20. In nobis non est tanta fortitudo, vt possimus resistere. Sed cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solũ habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Ad extendendũ materiam de tentatione, & eius fructu. Vide in canonis expositione super illo, Et ne nos inducas in tentationem.

Qua vtilitate dominus suos tẽtari permittit.

Sed fortè dicit aliquis, Quare, & qua vtilitate sic permittit dominus suos tẽtari, sicut ait Iob, Subito probans illũ? Ad hoc dicitur, quod secundum beatum Gregorium secundum moral. Tẽtatio plurimum prodest homini.. Primò tentatio tentatum probat, vt hõ sibi, & aliis innotescat, si sit in tentatione fortis, & constãs. Sic ꝑ Raphaelẽ Tobiæ dicitur; Quia acceptus eras Deo, necesse erat, vt tentatio ꝓbaret te. c. 12. Item Eccl. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et 1. Pet. 1. Contristari oportet in variis tentationibus, vt probatio fidei multò preciosior sit auro.

Secundò erudit quo ad se, & quo ad proximum. Quo ad se, vt intelligat, quia vexatio intellectum dat auditui. Esa. 28. Et Sapient. tertio. Vexati in paucis, in multis bene disponentur.

tur. Cum enim prosperitas facit hominem sui ignarum, aduersitas tẽtationum facit eum sobrium, & prudentem. Boe. lib. 2. de consol. prosa. 8. Nemo enim in pace vires suas agnoscit. Quo ad proximum facit hominum compassiuum. Sic de casu beati Petri sentiunt doctores ꝙ ideo permissus est cadere, vt in se disceret quomodo proximis subueniret. Tertiò humiliat, ac contra superbiam defendit. De quo Grego. 2. moral. Pia conditoris dispensatione agitur, vt de se confidens anima dispensatoria tentatione pulsetur, quatenus infirmata, quid sit inueniat, & factum præsumptionis propriæ deponat. Mox enim vt tentatio mentem pulsauerit, omnis cognitionum nostrarũ præsumptio, tumultusq; cõquiescit. Hinc Paulus ait: Ne magnitudo reuelationum extollat me &c. 2. Corin. 12. Exercet quartò, vt homo ad virtutum opera promptior sit, & agilior, quin immo virtutes ipsas, pugnando contra vitiorum tentamenta acquirimus. Virtutes enim sunt circa difficilia 2. Ethic. cap. 3. Et virtuosi erim⁹ non nisi circa huiusmodi difficilia operando. Nam sicut citharizando citharistæ sumus, ita iustè operando iusti. 2. Ethic. Immo neq; virt⁹ neq; habitus generatur in his operibus quæ sine omni difficultate, & merè naturaliter fiunt, vbi agens ad oppositum assuefieri nequit, vt ex motu grauis deorsum, & ex sępe videre, audire &c. nõ generatur habitus, vt ostendit philosophus vbi supra. Sed circa voluptates, & iustitias scilicet vincendas est virtus moral. Propter voluptatem malè operamur, propter tristitiam à bonis recedimus. Hæc ergo contemplando virtuosi efficimur. Sicut in fortitudine exemplificat philosophus. Assueti, inquit, contemnere terribilia, & sustinere ipsa efficimur fortes, & effecti maximè poterimus sustinere ca. 2. Sic et recedere à voluptate efficimur temperati, & effecti. maximè possumus recedere ab ipsis ibidem. Patientiam quintò præstat, sicut Iacobus ait. Probatio fidei vestræ patientiam operatur, eiusdem 1. Hæc autem nobis necessaria est, vt voluntatẽ, Dei facientes, reportem⁹ repromissiones ad Heb. 10. Qui autẽ à tentatione quiescit, omnimoda quiete fruẽs, haud dubium impatiens est. Hinc ait Boet. Fęlicissimi cuiuscunq; delicatissimus sensus est, & nisi ad nutum cuncta suppetant, omnis aduersitatis insolens, minimisq; prosternitur 2. de consol. prosa. 4.

Ad spẽ erigit tẽtatio.

Erigitq; sextò ad spem. De hoc Grego. 2. moral. Bona nostra antiquus hostis malitiosè attrectare appetit, sed hæc tentari Deus non nisi benignè permittit, vt dum mens tentatione pulsante, in bonis, quibus gaudebat, concutitur, imbecillitatis suæ debilitate cognita, in spe diuini adiutorij robustius solidetur. Nec modicæ spei præsumptio est, dum nobis conceditur pro Christo tentari, ac turbari. Ideò Philippensibus ait apostolus, quasi præciosum munus tentationem recommendans. Vobis datum est à Christo vt non solum credatis in eo, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale, & vidistis in me. ibidem. 1. Septimò accedit ad amorem. Cum enim plura Dei experimur beneficia magis ad diligendum illum accendimur. Sed insigne beneficium est eripi, ac iuuari in tentatione, quod cum tẽtatus experitur, feruentius quasi noua facie inflammatur. Ideò Dauid de manu Saul, & omnium inimicorum suorum per dominum liberatus cecinit: Diligam te domine virtus mea, dominus firmamẽtum meũ & refugium meum, & liberator meus. Octauò excitat ad gratitudinem. Nam vt ait Grego. 2. moral. nonnunquam dum mens nostra diuini muneris plenitudine fulcitur si continua in his securitate perfruitur, à quo sibi hæc sint, obliuiscitur, seq; à se putat habere, ꝙ nunquam sibi abesse consyderat. Vnde fit vt aliquando hanc subortis aduersitatis euentibus, metus vęhemens percutiat, vt cõcussa discat, cui tribuat, ꝙ in quibusdam fortiter stetit. Tũc enim verè cognoscimus bona nostra, vnde sint, quando hęc quasi amittendo sentimus

timus,quia à nobis seruari non possũt. Nonò meritum augmentat dum enim tentationi ad peccatum trahere conanti propter Deum resistimus , ne vincamur, merita cumulamus.Vnde 2. Cor. 4. Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur scilicet in tentationibus, tamen is , qui intus est , renouatur de die in diem scilicet per meritorum accumulationem. Ideò sequitur.Id enim quod in præsenti est momentaneum,& leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pond' operatur in nobis. Decimò mundi voluptates calcat. De hoc 23. moral. sic ait Greg. Cum flagellis atterimur,malis increpantius monemur ne mundo blandiente seducamur . Flagella, dum nos tentant, surgentes in corde huius mundi voluptates eradicant. Nam per ferientia flagella cognoscimus,quid de hoc mundo sentiamus, atq; comprimimur nequid extrinsecus appetamus. Vndecimò à peccatis purgat, ne damnationem incidat,vt apostolus 1. Cor. 11. ait: Dum à domino iudicamur, corripimur , ne cum hoc mundo damnemur. Et ne post mortem oporteat grauius,ac diutius in purgatorio purgari. Ideo dicitur Apoca. 3. Ego,quos amo, arguo,& castigo. Duodecimò gloriam confert. Siquidem nemo coronabitur, nisi qui legitimè certauerit 2. Timoth. 2. Et beatus Iacobus inquit : Beatus vir, qui suffert tentationem,quia cum probatus fuerit,accipiet coronam vitę quam repromisit Deus diligentibus se. Nisi enim has, & innumeras alias afferret tentatio vtilitates, non dominus sibi dilectissimos tot exposuisset aduersitatibus , ita vt apostolus dicat 2. Tim.3. Omnes, qui volunt piè viuere in Xp̄o Iesu,persecutionẽ patiũtur &c.

Meritũ auget tẽtatio.

Purgat à peccatis

DOMINICA III. post octauam Epiph. Sermo II. in ordine. XVII.

QVID timidi estis modicæ fidei? Matth.8.

Multiplicem timorem nobis scriptura commemorat , alterum assumendum, & alterum relinquendum.Est .n. timor bonus,& laudabilis, timere Deũ & cauere eius offensam qui fundamentum est totius christianæ religionis sicut in psalmus dicitur:Initium sapientiæ timor domini. Ad quem assumendum Salo. hortatur Eccle. vlt. longam totius libelli illius disputationem ita concludens:Finem inquit, loquẽdi omnes pariter audiuimus. Deum time,& mandata eius obserua, hoc est , omnis homo. Est nihilominus timor mundanus,ac carnalis, quo mundi aduersitas, & ea,quæ corpori sunt pęnalia,timentur,propter quæ ne sustineantur,sępe Deus offenditur.Hic malus est,& omnimodis abijciendus , sicut scriptum est: Non timebo,quid faciat mihi caro.ps. 55. De vtroq; loquitur dominus Mat. 10.Nolite timere eos,qui occidunt corpus,animam autem occidere non possunt,sed potius eum timete qui potest & corpus,& animam perdere in gęhennam. Primus timor est eorum,qui fortes in fide in domino confiduut. Secundus verò carnalium est,& infirmorum, modicam adhuc de ęternis fidem habẽtium,quorum typum gesserũt apostoli qui cum domino in nauicula constituti,maris pericula timuerunt,& saluatorem,atq; vitam præsentem habentes, de morte solliciti erant. Quare hoc? quia adhuc paruuli erant,vt Orige.ait: Adhuc infirmi,nondum robusti, vt puta quos nedum domini passio,& resurrectio,non ascensio in excelsis,non missio spiritus paracleti de cęlis confirmauit.Ideoque merito suam increpationem à Deo audierunt : Quid timidi estis modicę fidei? De quib' pro gratia Aue Maria. Recitetur primò euangelium.

De duplici timore.

In hoc euangelio tria nobis dominus figuraliter designauit. Primum est futura ecclesiæ suæ tribulatio.Secundũ fidelium in tribulatione compræhensorum doctrinalis directio. Tertium, in se confidentium plena liberatio.

Tribulatio multiplex futura in ecclesia.

Ecclesiæ tribulationes à Christo prenunciatæ.

clesia in eo significatur quod nauicula quam dominus ascendit, motu maris iactabatur,& fluctibus operiebatur,domino dormiente. Quid enim per nauiculam,quam dominus ascendit, rectius quam ecclesia catholica significatur? quam etiam olim prima illa nauis,arca scilicet Noe sola in diluuio saluata figurabat. Arca enim inferius lata, vbi animalia immunda, & bruta continebantur, versus sursum angustata pro paucitate rationalium animalium ibi habitantium,tandem ad cubitum vnũ consummata est. Ita secundum Greg. homil. 16. in Ezech. Ecclesia, quæ bonos,& malos recepit,lata est in ea parte,vbi peccatores consistunt, qui in cũctis immunditiis velut bruta animalia sine ratione viuunt. Stricta autem vbi iustos secundum rationis dictamen, & legem Dei viuentes continet. In Christo verò summo capite consummatur, à quo omnis sibi influitur sensus, & motus, cognitio scilicet vera fidei, & gratia principium actus meritorij. Quod significabat vnus ille cubitus in summitate arcæ. Ascendit itaque in hanc nauiculam dominus Iesus, dum per incarnationis mysterium ecclesiã sibi copulauit, factus caput eius, sicut ait apostolus ad Eph.5. Christus caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis, qui semetipsum pro illa tradidit vt illam sanctificaret. Et sequitur, quia membra sumus corporis eius,de carne eius, & ossibus eius. Huius nauiculæ fluctuatio futuras ecclesiæ turbationes multiplices designabat,quas velut ventus mare,ita spiritus malignus commoturus erat. Ipse suscitauit tyrannos hui⁹ mũdi principes in persecutionem fideliũ, dehinc hæreses multifarias suggessit. Nunc verò prauis moribus eorum,qui intra ecclesiam videntur conturbare, non cessat. Quæ omnia futura dominus clare prædixit. Nam de persecutione Tyrannorum,& Hæreticorum locutus est dominus Matth.24.& apostolus per totum,ait enim: Tradent vos gentibus, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et quantum ad hereticos sequitur: Surgent multi Pseudoprophetę, & seducent multos. Et quantum ad eos,qui prius moribus seducũtur,sequitur:Et quoniã abundauit iniquitas refrigescet charitas multorũ.

In nouissimis temporibus omnia ꝑsecutionũ gña in ecclesia coacerua būt

Verumtamen in nouissimis temporalibus omnia simul persecutionum genera coaceruabuntur, sicut clarius prædixit apostolus 2. Tim.3. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes,cupidi,elati,superbi, blasphemi,parentibus inobedientes, ingrati, scęlesti,sine affectione,sine pace,criminatores,incõtinentes,immites,sine benignitate,proditores proterui, tumidi, voluptatum amatores magis, quam Dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Et ca. 4. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desyderia coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem cõuertentur. Et.1. ad Tim.4.ait: Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide,attendentes spiritibus erroris,& doctrinis dęmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium &c. Hæc in quã tempora nos apprehenderunt, quia sicut apostolus idem ait, nos sumus, in quos fines seculorum deuenerunt. Ecce surrexerunt homines seipsos amantes, cupidi,elati,superbi,blasphemi,sanctæ romanæ ecclesiæ inobedientes,proteruissimè rebellantes rebellione prius inaudita,vt publico edicto ausi sint prohibere, ne aliqua mandata summi pontificis recipiantur &c. Hi corruptis moribus multos seduxere mundanorum similiter eis peruersorum, sed & ad simplicium seductionem falsis prædicatoribus,non scripturam diuinam sed mẽdacia loquentibus &c. coutuntur. Et vt nihil vniuersæ persecutionis deficiat potentia,& armis, rapina,& incendiis, minis,& verberibus, ad sui errorem cõpellere contra omnem iustitiam, & iuris ordiné tyrannicè moliuntur. Ecce

grauem

grauem persecutionem contra nauiculam ecclesiæ subortam, quæ plurimos absorpsit, alios timore prostrauit, vt necesse sit eos animare, & cum domino dicere: Quid timidi estis modicè fidei? Et tantum de primo.

Quid agendũ in turbationib⁹ ecclesiæ.

Sec quid in hac turbatione agam⁹, docet nos sequens pars euangelij, in qua & domini increpatio, & discipulorũ manifestatur importuna oratio. Increpans .n. dominus discipulos suos propter fidei modicitatẽ, ad fidei cõstãtiã nos erigit. Ac discipuli dormientẽ dominũ excitantes, & vt se saluaret tremuli rogantes, ad diuinum implorandum auxilium nos informant. Duo ergo sunt, quibus maris huius impetuosos motus euadere possumus illesi, videlicet Fidei constantia, & oratio deuota. De vtroq; loquitur Orige. in homi. De primo ait: Dedit per hæc omnia nobis dominus figurã, & doctrinę imaginem, vt & nos in omni conturbatione, & contumelia patientiam teneam⁹, stabiles simus, fidem non deseramus. Et si omnis ille mundus tanquam mare ebulliat, atque in furore consurgat, etsi omnes venti, & vertigines dęmonum vndiq; sęuiant, etsi omnis (vt diximus) tempestas maris .i. omnis principatus, & potestas mundi communicẽtur, & in tumore iracundiæ spument, vt furiant super sanctos, etsi adduc vsq; ad cęlum sese extollant, vt tempestates maris, malignitates, & dolos & fremitum concitantes aduersus aliquem vestrum: Nolite timere, nolite turbari, nolite contremiscere, nolite deficere, confidentiam, & fiduciam apud vos tenete. Etsi mors irruerit, constantissimè sustinete. Ad omne enim quicqnid euenerit, fortitudo necessaria est. Ad omne periculum, tribulationem, vsque ad animæ exitum. Fortitudo inquam per quam constantes in fide vniuersalis ecclesiæ neque dominum obliuiscamur, neq; creatorem derelinquamus. Scientes sine hæsitatione ꝙ sola fides vniuersalis ecclesiæ est, per quam saluari possumus. Quia siquis ab ecclesia se separat extra nauiculam est, in quam Christus ascendit, necesse est hunc à fluctibus damnationis perpetuæ absorberi. De quo beatus Augu. in de fide ad Petrum ita ait. Firmissimè tene, & nullatenus dubites non solum omnes paganos, sed omnes iudæos, hęreticos atq; schismaticos, qui extra ecclesiam catholicam vitam præsentem finiunt, in ignem æternum ituros, qui paratus ẽ diabolo, & angelis eius. Nulla ergo ad uersitate, aut violentia à gremio, & vnitate ecclesiæ euellamur. Valent autem ad hanc constantiam in nobis conseruandam, & roborandam, ea quæ in sermone de bello dicta sunt de patientia Z.

Deuota oratione diuinũ adiutorium est querendum.

De secundo scilicet quærendo diuino adiutorio oratione deuota dicit Orige. Omnes quotquot in fidei nauicula cum domino nauigantes, omnes quotquot in hac nimirum sanctæ ecclesiæ nauicula cum domino per hunc vndosum supernatatis mundum. Etsi ipse dominus dormiat pro somno vestrã tolerantiam expectans, vel vestram pęnitentiam, & conuersionem sustinens alacriter accedite ad eum, orationibus instantes, atq; cum propheta dicentes. Exurge quare obdormis domine? & ne repellas nos vsq; in finem. Et iterum. Domine exurge adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum. Ado randum deniq; dominum multipliciter nos hortatur scriptura, vt supra sermone de bello V. Verum quia teste Salomone Prouerbio. vigesimo octauo. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Ideò dicitur Eccle. 18. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum. Ideoq; necesse est vt præparemur per peccatorum purgationem, & audiamus legẽ per mandatorum obseruationem, vt oratio nostra à domino exaudiat alioquin tentamus dominum petentes auxilium, & nolentes facere, quod in nobis est amouendo occasionem tribulationum idest peccata nostra, quibus flagella meremur. De quo sermone de bello P. Et tantum de secundo. Radicati

cati itaq; fideli cõstãtia, atq; oratione deuota etiam, quod nostrum est, non omittamus, humana auxilia quærentes siue per bella iusta, siue alias, non tamẽ in his, sed in solo domino spem ponentes. Quis enim dubitat, & discipulos domini in fluctibus remis laborasse, & tamen non in suis laboribus, sed domini, cui dixerunt. Domine salua nos, perimus, confisos fuisse.

Domin⁹ sine dudio exurget si cõstãtes in fide orauerimus

Si itaq; præparati orauerimus constantes in fide, exurget sine dubio & ipse dominus, & increpabit ventos aduersantes, & euanescere facit audaces aduersarios fidei, facietq;) sicut tertia ps euangelij demonstrat) pacem magnã etiam temporalem, & corporalem ecclesiæ suæ, inimicos vel reducendo, vel humiliando, ne confidentibus in se corporaliter nocere possint, si tamen ita filiis suis expedit, atq; confert. An non iam inimicos nostros humiliare cępit, & qui polliciti fuerant infra breuissimum tempus hanc patriam deuastare, & suæ rebellioni consociare &c? Quodq; perficere audaci, ac valida manu tentarunt, non in domino, sed in robore exercitus sui confidentes? Sed misericors dominus paululum dormitabat expectans, quid nos acturi essemus. Inuasit nos sicut & discipulos tremor, & timor &c. vt in sermone de bello. T. Mirabantur tunc discipuli, ac homines cęteri facta tranquillitate magna. Miremur & nos (hortatur Orige. quando benignitatem, & beniuolentiam ostendit circa nos dominus, quando de periculis nos saluare dignatur, quando de tumultibus nos liberat, quando ab inimicis insequentib⁹ eruit nos. Miremur & mirantes gratias agamus, gratiæ obaudiamus, obaudientes timeamus, timentes diligamus, vt qui cępit non cesset, sed ad perfectum nostram liberationem consumet. Quod si nostrorum peccatorum qualitas exigit nos temporaliter flagellari, & pacem à nobis auferri temporalem, faciet sine dubio in nobis dominus pacem maiorem, conscientię trãquillitatem, qua secum pacem habẽtes, omnem mundi præssuram lęti despiciem⁹, qualem dilectis apostolis promisit, & dedit. Ait enim Ioan. 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis. In mundo enim præssuram habebitis, in me autem pacem, eiusdem 16. Dabit tandem in futuro pacem maximam vtriusq; corporis, & animæ, cum pro nostra constantia si eam in tribulatione seruabimus præmiando dabit vitam sempiternam, cui persecutor nullus appropinquat, vbi absterget omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & mors vltra non erit, neq; luctus, neque clamor, neq; dolor, quę prima abierunt, sed gaudium, & voluptas sine fine. Quæ si iam firma fide consyderamus nihil in præsenti timebimus, sed magis gaudebimus de tribulatione, quam quasi arram acceptabimus gloriæ post futuræ. Quam nobis largiatur dominus noster: Amen.

Corona eorũ qui cõstãtes fuerint in tentationib⁹.

DOMINICA QVARTA post octa. Epiphaniæ Sermo I. in ordine. XVIII.

VENITE ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis & ego, reficiam vos. Tollite iugum super vos, & discite quia mitis sum, & humilis corde. Iugum enim meum suaue est onus leue. Matth. 11.

De norma & regula disciplinæ christianæ.

In his verbis generalis rectè viuendi norma, imo totius christianæ disciplinæ regula proponitur. Vocamur autem primo omnes ad legis obseruantiam. Persuadetur eius acceptio, quia iucunda, & leuis, pro secundo. Tertiò præmium laboris offertur, quod ẽ requies perpetua animarum. Vt ergo ad diuinæ legis obseruantiam (sine qua nulli est salus) beniuoli, & alacres reddamur, eius leuitatem, suauitatem pariter, & iucunditatem placuit particulariter exponere. Pro gratia Aue Maria. Primo videndum erit de leuitate iugi. Secundò de eius iucunditate, & suauitate. Tertiò q̃ ex hoc q̃ leue est nullatenus venit paruipendendum.

Leuitas iugi domini consyderari potest ex paucitate illorum, quæ à nobis exigit. Ex multitudine auxiliorum, quę ad executionem eius dominus tribuit. Ex quibus consequenter non modo leue, sed etiam iucũdum redditur, & suaue. De primo aduertendum q; licet omnia, quecunq; possemus viuendo, cogitãdo, loquendo, operando, teneremur rependere Deo, à quo habemus hæc omnia, & soli illi in omnibus seruire secũdum rigorem iustitiæ, sicut opus opifici, creatura creatori, seruus à morte redemptus suo domino, & redemptori, sicut deniq; mercenarius suo liberalissimo præmiatori, nihil hominus dominus tanquam pijssimus pater nostram fragilitatem, & exiguam potentiam attendens, nequaquam (vt dicit Gerson in suo tripartito) requirit à nobis omne seruitium, quod secundum iustitiæ rigorem exigere posset, dedit quinpotius certum numerum præceptorum, quorum obseruatio homini sufficere, quoniam ipse dominus illis contentus esse misericorditer decreuit, ac pro his modicis retribuere vitam sempiternam. Hinc Matth. 19. ait. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, quæ etiam specificando subiunxit quærenti, quæ essent mandata, quæ seruari oportet volentẽ ingredi ad vitam. Non homicidium facias, non adulterabis, non facies furtũ, non falsum testimonium dices, honora patrem, & matrem, & diliges proximũ tuum sicut teipsum. Et licet ex debito iustitiæ nihil amare deberemus nisi Deũ aut creaturam propter Deum, quia (sicut dicit Aug. serm. 55. de verbis euangelicis) amandus est Deus vt si fieri potest, pro amore eius nosipsos obliuiscamur, tamen plurima sub Deo amare cõcessit, & nosipsis in multis seruire. Sic nostris necessitatibus subueniendis sex dies concessit, tantum septimũ sibi sanctificari præcepit. Iustè acquisitis vti cõcessit, solum aliena concupiscere prohibuit, & ita de alijs multis. Deniq; non præcepit dominus vt mundum relinquentes nihil possideamus, antra deserti, aut arcta monasteria requiramus, corpora nostra ieiunijs, quotidianis maceremus, ciliciis, & aliis dolorem in ferẽtibus affligamus, sicut dicit Chryso. in de cõpunc. cor. lib. 1. Non requirit Deus inquit ciliciorum pondus, neq; couclu di inter angustias cellulę, nec in obscuris antris & tenebrosis sedere iubet, sed quæ præcepit Deus quasi nihil laboris nihil afflictionis requirunt. Si omnino placet transitorias delectationes experiri, iterum infirmitati nostræ condescendit, non carnium esum prohibuit, non potum vini, aut siceræ dummodo tamen debito moderamine, & sine scandalo fiat. De quo 1. Cor. 8. & 10. Sed nec ab omni concubitu abstinere præcepit sicut idem apostolus ait 1 Cor. 7. De virginibus præceptum domini non habeo. Et infra. Qui matrimonio iungit virg. su. bene facit, & qui non iungit melius facit. Sed & ieiunia, quæ ecclesia instituit, modica sunt, non solũ animæ, sed & corpori conueniẽtia, & hęc cum magna discretione qualitatum, & ætatum, & conditionum, ne vel in modico grauaretur homo. Itaq; neq; mundum, nec mundi diuitias, nec carnis delitias, etsi hæc spernere tanquam viam securiorem, & pauciora impedimenta habentem consuluit, sed non omnino interdixit, quoniam & modum, ac metam vtendi eis sine salutis æternæ dispendio designauit. Ita amorem nostri, ac filiorum, amicorum, consanguineorum, aliarumque creaturarum quo aliquid præter Deum amamus, non simpliciter prohibuit, sed ne aliquid æqualiter Deo, aut plus quam Deum diligamus vetuit. Etsi quis in amore creaturarum excedit plus, quam oportet inhærendo, plus in eis, quam in Deo delectando, non imputat huiusmodi peccatum ad damnationem, si iniuria Dei sistit citra transgressionem præceptorũ de magna sua misericordia, licet omne ne tale peccatum, quod per misericordiam Dei veniale dicitur de sua indignitate mortiferum sit, & ad mortem posset perpetuam iustissimè imputari, vt latè declarat Ioannes Gerson in de vita animæ, lectione prima. Sed & si quis

De leuitate iugi

Moderatio ecclesiæ in ieiuniis, & abstinentiis.

quis in offensa Dei eo vsq; procedit vt contemnat,transgrediaturq; præceptũ sicq; mortaliter suum offendat creatorem, etiam contra hanc animæ mortẽ pęnitentiæ remedium ordinauit, quo poterit homo si voluerit resurgere, & iterum secundum animam viuificari, & hoc quotiescunq; sicut ait per Ezec. 18. Si impius pęnitentiam egerit vita viuet, & non morietur. Et Petro mandauit fratri offendenti non septies,sed septuagiessepties indulgere. Matth.decimo octauo.

Facilitas Dei ẽ in nos maxima.

Si deniq; iugum legis euangelicæ ad legem Moysaicam comparetur,apparebit eius facilitas in multis,quoniam & si moralia eadem sint apud nos,& illos licet apud nos perfectiora,vt dicit Magister dist. vltim. tertii tamen liberati sum⁹& à cerimonialib⁹,& à iudicialib⁹ quæ apud illos plurima fuerunt,& grauia. Nam dicit beatus Augustinus ad inquisitionem Ianuarij, & allegat Scotus dist. vltim. tertij.ꝙ Rabbi Moyses enumerauit præcepta legalia plus quã 660. ad quæ omnia illi tenebãtur, quorum quædam erant valde difficilia, puta præceptum Circuncisionis in tam tenera ætate, quodq; ter in anno omnis masculus appareret in Hierusalem quantumcunq; distaret, & septimum annum sabbatizare, & in nullo terrã non colere. Propter quod oportebat duobus annis à collectione fructuum vacare,& multa alia. Vnde Petrus: Act. 25. Quare vultis inquit discipulis imponere onus graue, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus. Lex autem noua sicut vbi supra Aug. ait paucis & manifestis sacramentorum ritibus est contenta. Non enim habet lex noua nisi septem sacramenta, quæ tamen non omnibus christianis sunt necessaria, quia non omnes matrimoniũ contrahunt, nec omnes ordinem suscipiunt. Sed necessaria sunt baptismus & post baptismum, & lapsum in mortale peccatum) pęnitentia. Et licet difficilis videtur in nostra lege sacramentalis confessio, difficile quidem videtur aliter peccata sua soli Deo,& sibi nota homini reuelare, sed ibi adhibita sunt tot remedia ꝙ propter talem reuelationem non oportet eum confundi, obligatur enim audiens ad maximum sigillum secreti. Alia sacramenta à baptismo,& pęnitentia,vel non sunt necessaria,vel si sunt,satis sunt facilia,puta cõfirmatio, eucharistia, extrema vnctio. Hæc Scotus vbi supra Sed & in hoc dominus ad misericordiam legis duritiã inflexit,vt dicit Grego.homil. 33. quia quos iustè illa damnat,ipse misericorditer liberat. In illa quippe scriptum est. sii quis hæc,vel illa fecerit, morte moriatur,si quis hæc & illa fecerit, lapidibus obruatur. Apparuit conditor noster in carne confessioni peccatorum non pęnam,sed vitam promittit. Quod bene in lege figuratum est. Exod. 17. vbi scribitur. Manus Moysi erant graues,sumẽtes ergo lapidem posuerunt, in quo sedit. Aaron & Hur sustentabant manus eius. Moyses sedit in lapide, cum lex requieuit in ecclesia. Sed hæc eadẽ lex manus graues habuit,quia peccantes non misericorditer pertulit,sed seuera districtione percussit. Aaron verò mons fortitudinis. Hur autem ignis interpretatur. Quem itaq; mons iste fortitudinis significat nisi redemptorẽ nostrum? De quo per prophetam dicitur Esaiæ. 2. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium. Aut quis per ignem,nisi spiritu ssanctus figuratur? De quo idem redemptor dicit. Ignem veni mittere in terrã: Lucæ 12. Aaron ergo & Hur graues manus Moysi sustinẽt, atq; sustẽtando leuiores reddunt. Quia mediator Dei,& hominum cum igne spiritussancti veniens, mandata legis grauia,quæ dum carnaliter teneretur, portari non poterãt, tolerabilia nobis per spiritualem intelligentiam ostendit. Quasi enim manus Moysi leues reddidit, qui pondus mandatorum legis ad virtutem cõfessionis retorsit Hæc Grego. Ecce patet leuitas iugi domini, & ex paucitate præceptorum cum innumera præcipere potuisset, & ex facili transgressionis venia, quam in æternum

Lex vet⁹ grauissima.

Lex noua est facilis.

num punire licuisset.

Ostenditur hoc idem ex multitudine auxiliorũ, quæ dñs legẽ euangelicã tenere conantibus impertitur. Siquidẽ onus in se graue leuantibus leue redditur, si auxiliorum multitudine sustentatur. Maior equidẽ adiutrix gratia nũc, quam olim in lege fidelibus confertur. Clarior doctrina, efficaciora exempla, atq; maiora, ac certiora promissa. Maior gratia, quia vt tangit Scotus in 3. dist. vlt. & distinctio. 19. eiusdem. Passio Christi exhibita plus meretur illis, qui nunc credunt eam exhibitam, quam ipsa exhibenda meruit, qui crediderunt eam vt exhibendam, propter quod & nostra sacramenta, quæ habent efficaciam in virtute passionis Christi iam exhibitæ plus cõferunt de gratia, quam sacramenta vete. legis. Plura quoq; habemus sacramenta nouæ legis gratiam conferentia, quam fuerũt in lege veteri, quoniam in veteri lege præter matrimoniũ si tamen fuerit eis sacramentum, nullum fuit sacramentũ nisi circuncisio, & hæc in remedium tãtum originalis peccati. Post recidiuationem si poterant mereri de congruo aliã gratiã motu proprio, bene quidẽ, sed ad gratiã tũc ꝑcipiẽdã nullũ fuit sacramentum tunc apud eos institutum. Siquidem sacramentũ Pęnitentiæ non habuerunt, nec aliud sacramentum loco eius ex opere operato gratiam conferens. Nam omnia sacrificia, & veteris testamenti sacramenta gratiam significabant, non tamen conferebant, vt dicitur 4. sentẽtiarũ di. 1. Et apostolꝰ ad Rom. 3 Ex opibus legis nõ iustificatur omnis caro. Et ad Gal. 3. ad idẽ loquit̃. Habemus deniq; nunc & agendorum, & credendorum, & sperandorũ doctrinam claram, & explicitam, quã in lege non habuerunt nisi velatam, & sub vmbra. Nã vmbrã habuit lex futurorũ bonorum, ad Hebr. 10. Ad cuius significationem Moyses velamen faciei suæ superposuit, vt non intenderent filij Israel in eam, vt habetur 2. Cor. 3. De Christo autem autore legis euangelicę aiunt apostoli. Ecce nunc palã loqueris

Doctrina agendorũ & credendorum nobis est explicita.

& prouerbium nullum dicis &c. Ioan 16. Sed magnam facilitatẽ confert operanti clara cognitio eorum, quæ operatur, modo operandi & finis, vt manifestum est. Ideò de fine dicit. Per quod cognitio eius ad vitam .s. virtuosam magnum incrementum in prologo Ethicorum. ca. 2.

Habemus & exempla sanctorũ pluta, & ad imitandum efficaciora, plura quoq; merita eorum, qui non tantum meruerunt sibi, sed & nobis, quã ꝑpter eorum præcibus, & meritis multipliciter adiuuamur apud Deum. De primo beatus Augustinus in de doctrina christiana. Consydera quot millia certam tibi fecerunt viam, transierunt virgines, transierunt martyres, transierunt pueri & puellę. Facilius autẽ via itur, quæ à multis transitur. De secundò latè loquitur beatus Bernard. sermone. 5. de omnibus sanctis. Et in sermone de vigilia apostolorum Petri, & Pauli. Quam potentiores inquit, sunt in cęlis, qui tam potentes sunt in terris. Et sermone 2. de sancto Malachia ait. Eius feruentissima charitas nequit obliuisci filiorum, & probata sanctitas obtinet gratiam apud Deum. Habemus etiam maiora promissa, & certiora. Nam obseruantibus legem Christi promittitur æterna vita explicite, sed existentibus sub lege Moysi, bona temporalia, nunquam explicitè vita æterna, vnde Aug. super psal. 34. In veteri testamento promissiones sunt rerum terrenarum, in nouo aũt regni cęlorũ &c. quę sequuntur. Sed secundũ Greg. consideratio pręmii minuit vim flagelli, & in certamine ꝑcussiones mitigat spes coronæ. Hanc autem promissionem certam nobis facit Christi resurrectio à mortuis, sicut arguit apostolus. 1. Cor. 15. & magnũ illud pignus futuræ gloriæ præciosissimum corporis, & sanguinis sui sacramentum, vt canit ecclesia, sed & pignus spiritussancti, sicut dicit apostolus. 2. Cor. 5. quo pignore de immortalitate certi sumus, dicit glo. Conferatur nunc si placet cuiuscunque patrisfamilias, etiam clementissi-

Exempla sanctorum sunt efficacia ad imitationem.

mi seruitium, quod à sua exigit familia pro modica temporali mercede, ad obsequia, quæ magnus paterfamilias à nobis requirit pro summa, ac ęterna mercede. Quis enim dominus seruis concederet vt in paucioribus sibi domino, in pluribus seruirent sibiipsis,& non potius,vt Lucæ.17.dicitur. Quis vestrum habet seruum arantem, aut pascentem,qui regresso de agro di cat illi statim. Transi, & recumbe, & non dicat ei,para q̄ cenem, & præcin gete,& ministra mihi donec manducé & bibam, & post hæc tu manducabis, & bibes? Sed pauciora à nobis requirit Deus,plura nobis indulsit.Taceo de au xiliis, quæ temporalis dominus suis seruitoribus dare non potest Ecce ma nifestum est iugum domini non tãtum leue, sed & leuissimum fore, cui leuius etiam inter homines inueniri non potest.

Nec modo leue sed iucũdum, & sua ue est iugum domini, quam suauitaté operatur charitas, quæ diffunditur in cordibus fidelium per spiritum sanctũ eis traditum,vt dicit apostolus Roma 5.Lex quidem Christi lex amoris est, quam non nisi amando implemus Sed quid poterit esse difficile amanti? Om nia sęua, & immania prorsus facilia, & prope nulla efficit amor, ait Augu stinus ser. 9 de verbis euangelii.Quod etiam per locum à maiori manifestat. Nam amor temporalium durissima, quasi leuia facit tolerare. Sic secari, & & vri se homines patiuntur,vt dolores non æterni,sed aliquanti durioris vlce ris acriorum dolorum præcio rediman tur,vt dicitur. In languida, & incertæ vocationis breuissima, atque vltima vi ta, immanissimis bellis homo malus interit,plurimis fortasse annis in labo ribus inquietus,quam in octo quieturus. Quibus tempestatibus, & procellis,quam horribili, & tremenda seuitia celi,& maris importuni sunt mercato res,vt diuitias venturas acquirant,ma ioribus,quam quibus acquisitę sunt pe riculis,& tempestatibus,plenas? Quos æstus, quæ frigora, quæ pericula, ab æquis, à fossis, à præcipitiis, à fluminibus,à feris, perferunt venatores? Quem laborem esuriendi, & sitiendi, quantas vilissimi, & sordidissimi cibi, & potus angustias, vt bestiam capiãt? In his omnibus, qui hæc non amant, eadem grauia patiuntur,qui vero amãt eadem quidem,sed non grauia pati videntur. Quantò ergo certius, & facilius ad veram beatitudinem charitas facit,quod ad miseriam quantum potuit cupiditas, fecit.Quam facile toleratur qualibet aduersitas temporalis, vt æterna pęna vitetur, ęterna requies comparetur. Concorditer ad idem loquitur Chrys.lib. 1. de compunct. cor. per longum ita tandem subiungens. Si amor hominum frequenter etiam mor tem subire persuasit, quomodo non amor Christi non solum laboris patiẽtiam,sed etiam mortem subire persuadebit. Hoc amore Christi accensi sancti Dei, leue ducebant spernere omnia mundi huius prospera,& amplecti quę libet aduersa. Nec contenti præceptis nisi supererogarent omnia persuasa in consiliis. Nec expectabant afflictiones foris illatas, sed continuis abstinentiis laboribus, disciplinis, extenuationibus, sua corpora macerabant, in omni bus morientes sibi, soli Deo viuentes. Ex quorum persona loquitur propheta. Propter te, inquit, mortificamur tota die.Et apostol⁹ secundo Cor. quar to. Semper mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes,vt & vita Iesu in corpore nostro manifestetur. Sed profectò aderat eis spiritus san ctus,qui in exterioris hominis corruptione, interiorem renouaret de die in diem, & gustata requie spirituali in affluentia delitiarum Dei, in spe futuræ beatitudinis omnia præsentia deliniret aspera, & omnia grauia releua ret. Sic suaue iugum Christi: & leuem sarcinam portabat apostolus, qui cum pateretur dura,& immania.2. Corint. 11. & 12. enumerata, quæ omnis audi tor horrescit leuem tribulationem diceret,intuens interioribus, & fidelibus oculis, quantò preciò temporalium

emenda sit futura vita. Ait enim 2. Cor. 4. Id quod in præsenti est momẽtaneum,& leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitatem æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Vnde autem leue sit, ac momentaneum, ostẽdit cum subiicit, non contemplantibus nobis, quæ videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, sunt æterna. Et ad Rom. 8. Existimo inquit quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurum gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ecce ait August. Vnde iugum illud suaue est, & sarcina leuis, etsi angusta est paucis negligentibus, facilis tamen in omnibus diligentibus. Dicit psal. Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Sed quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescunt amantibus. Propter quod ita diuinæ pietatis dispensatione actum est, vt facilitate simplicis fidei, bonæ spei,& sanctæ charitatis, quicquid molestiarum exteriori homini forinsecus intulisset ille princeps, qui missus est foras interiori gaudio leue fieret. De hoc etiam pulchrè loquitur beatus Bernard. sermone 2. de sancto Andrea Spiritus adiuuat infirmitatem nostrã, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris. Et sequitur. Ipse laborem, & pęnitentiam facit non solum non molestam, sed etiam desyderabilem,& omnino delectabilem esse. Spiritus enim meus super mel dulcis est, ita vt ne ipsæ quidem dulcedini eius præualere queat, amarissima licet mortis amaritudo. Quid non temperabit illa ducedo, quæ mortem quoque facit esse dulcissimam? Quæ resistere possit asperitas vnctioni illi, quæ mortem quoque facit suauissimam? Quam molestiam non expellit gaudium istud, quod mortem quoque ipsam facit esse lętissimam? Hæc Bernard. Ecce quomodo amor Dei iugnm eius facit esse suaue. Hoc amore etsi accensi fuere patres veteris testamenti, & quò magis accensi, eò amplius terrena licet eis promissa despexerunt. Super modum tamen accenditur quis in nouo testamento ex Christi filij Dei incarnatione, passione resurrectione, ascensione, ac spiritussancti missione, ceterisque nobis in humana natura misericorditer exhibitis.

Diligentibus oẽ onus est leue. tñ ẽ par

Quantum ad tertium cautè consyderandum est, quod licet iugum domini leue est, & suaue, non tamen ideò paruipendendum, aut negligenter circa ipsum agendum, quinnimmo tota fortitudine, summa constantia in eo voluntas nostra firmanda est,& inuocandus est dominus vt huiuscemodi voluntatẽ, quam dedit inchoare, adiuuet per gratiam vt non declinet, sed proficiat ad perfectum,& qui dedit velle, donet & perficere, hoc est perseueranter in voluntate bona perseuerare. Indiget enim magna fortitudine perseuerare volens fideliter in lege domini per voluntatis suæ sępedictam subiectionem, qua aduersarios suos vincat. Multa enim valde aduersantur homini suã voluntatem leui iugo Christi resignanti. Aduersatur familiaris inimicus, caro scilicet propria atq; sensualitas, quæ (vt dicitur Gen. 8.) ab adolescentia prona sunt in malum, qb⁹ oportet sine inter missione repugnare. Aduersatur diabolus, qui saluti hominis inuidet, ac pessimis suggestionibus à lege Dei hominem mille fallaciis seducere laborat propter quod Petrus ait: Vigilate quia aduersarius vester diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens, quem deuoret 1. Pet. 5. Aduersatur deniq; totus mundus, sicut dominus discipulis suis ait, quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mundus. Ioan. 15. & ca. 16. In mũdo præssuram habebitis, in me verò pacem.& Ioa. Totus mundus in maligno positus est. 1. Ioan. 5. Amicitia quoq; huius mundi inimica est Dei. Iaco. 4. Et multa ad idem alibi dicta sunt in sermone de tentationibus: Inter tot ergo inimicos à via Dei trahere nitentibus etsi via in se facilis est, non nullam tamen habet difficultatem repugnare aduersarijs: Nec mirum, quoniam

Licet iugum sit suaue nõ tamen uilipedẽdum.

niam: licet pater aliquis etiam clementissimus filio, quem diligit, leuissimam legem,& solatiosam imponit, vult tamen omnino vt illam, quam imponit, ferat,ne à se quouis modo declinet, totaque fortitudine omnibus à se patre eum separare volentibus resistat, alioqui tantò culpa grauior transgredientis,quantò onus legis quod abiicit leuius erat.

Licet iugum dñi sit leue paret tamen se homo ad uersitatibus.

Non ergo putet christianus pro eo, quod audit iugum domini leue, ideò velle cum torpore,& negligentia,ac pace huius seculi,carnis,& diaboli facile eum ferre sine qualibet aduersitate,sed magis fortissimè se præparet aduersitati. Sic enim ad hortatus est sapiens. Eccle. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta scilicet perseueranter in iustitia subiectę scilicet voluntatis,& timore, ex agnitione propriæ fragilitatis,& præpara animam tuam ad tentationẽ idest ad pugnam contra pessimos tentatores. Declarans ergo facilitatem diuinæ legis, non promitto quietem, aut pacem huius temporis, sed magis pugnam, & tentationem. De quo etiam beatus Augusti. libr. 1. de pastoribus, arguens,eos, qui christianis promittũt fęlicitatem huius seculi, quam etiam Deus ipsi seculo non promisit,inquit.Ille Deus scilicet prædicit labores super labores vsq; in finem futuros ipsi seculo & tu vis ab illis laboribus expertem esse christianum? Qui quia christianus est aliquis,plus passurus est in seculo. Etenim apostolus ait.Omnes, qui volunt in Christo piè viuere, persecutionem patiuntur.Et sequitur.Leua de arena,pone super petram.In Christo sit,q vult esse christian⁹ Attendite ad passiones Christi, attende ad illum sine vllo peccato, qui non rapuit exoluentem. Qui ergo flagellat vnicum sine peccato, nunquid relinquit adoptiuum cum peccato? Hæc August.Sed nemo adhuc infirmus,& carnalis, ideò abeat retrorsum,quoniam licet oportet christianũ pro obseruantia diuinæ legis multa intus,& foris sustinere,tamen fidelis De⁹ (ait apostolus) qui non sinit vos tentari supra,quam potestis,sed facit cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. 1. Corinthio. 10. Nec hoc solum sed melle suæ charitatis dulcem facit omnem tribulationem pro nomine ei⁹ passam, vt ex dictis manifestum est. Hinc Hugo in de laudibus charitatis ait.Parum erat amicis Dei vt pro amore æternorum ista spernerent transitoria bona, aduersa calcarent, sed abiectis omnibus alacriter ad votum currentes, nec minis terreri poterant,nec tormentis: trahebat eos charitas, & ideò nec trahebat cupiditas, nec deterrebat aduersitas. Et sequitur. O charitas quomodo illis sapiebas, quam dulcis eis fuisti, quos tanta propter te sustinere coegisti, quàm inextinguibiliter in eorum cordibus arsisti, quos nec probris nec præmiis, nec pęnis obruere potuisti.

Ista quasi flumina inundauerunt,sed multa flumina, & multæ aquæ charitatem extinguere non potuerunt. Hæc Hugo. Neq; aliquatenus diffidendum est quomodo pusillanimes malè timidi, & væcordes dicentes: Etsi in seipso leue satis sit iugum domini,tamen secũdum qualitatem mundi iam currentem quis seruabit,& viuet? Quis sine omni fraude proximi, sine falsitate,sine simulatione cum legis obseruatione, necessaria vitæ acquirere poterit? Non attendunt illis quia cęlum, & terra nõ propter malos, sed bonos creata sunt, sic propter bonos necessaria crescunt, & omne ministerium creaturæ propter bonos constitutum est, quod & cessabit vltimo electo consummato. Nam & ipsi mali propter bonos sunt, vt ostendit Aug. de ciuita. Dei in multis locis,& Hugo de arra animæ. Cum ergo omnia propter bonos, stultissimè diffidunt se derelinqui si sint boni, & non magis derelinqui dum fuerint mali,aut cum infidelibus negabũt Deo vllam esse curam prouidentiæ de hominibus, aut fideliter, & catholicè credent cum beato Petro ipsi esse curam de nobis,apud quem Christo teste omnes capilli nrĩ numerati sunt.Lu.12.Et tũc q̃

ro

rò an optimo Deo de bonis magis, an quod omni obuia rationi de malis sit cura maior. Nihil ergo dementius, immo nihil infidelius, quam timere se deficere in necessariis, quãtum sibi proficiunt ad salutem, dum seruit ei, qui solus omnibus prouidet. Abundare verò dum illius præcepta negligit, dum contrariè illi viuit.

IN SEPTVAGESIMA *Sermo I. in ordine. XIX.*

SIMILE est regnum cœlorum homini patrifamilias &c. Mat. 20. Hactenus dominici aduentus festa cum gaudio sancta mater ecclesia peregit, quę in hesternis vesperorum officiis terminauit. Nunc verò incipit gemere, atq; lapsum filiorum suorum grauissimum deplorare. Qui in primis parentibus exorsus in propagine profundius peccatorum multitudine est absorptus. Vnde lætitiæ cantica deposuit, & lamento apta assumpsit. Quis enim cõsyderans humanam naturam in principio tanta nobilitate, & vtriusque hominis pulchritudine creatam, & ideo meritò omni corporali creaturæ prælatam, Nunc autem culpę suæ demerito sub omnium creaturarum dignitate detrusam, non plangeret, & lugeret? Attendite corpus perfectum secundum quantitatem ætatis virilis, vt dicit Au. 6. super Gen. Complexione sanum, infirmitatis ignarum, mortis nescium. Potuit enim non mori, à morte nanq; præseruatũ fuisset temperatissima amenitate loci. s. paradisi Optima qualitate cibi vigorosissima virtute vitalis ligni, quo vt dicit Beda & Strabus, & allegat Magister dist. 17. secundi corpus stabili sanitate, & perpetua soliditate firmaretur, ne vlla infirmitate vel ętatis imbecillitate in deterius, vel in occasum laberetur, non tamen fuit simpliciter immortale. Vnde dicit Aug. super Gen. & allegat Magister dist. 19 secundi. quod erat mortale, & immortale, quia poterat mori, & non mori. Posse mori habuit ex natura, posse non mori habuit ex dono gratiæ. s. ex ligno vitæ. Factus est homo immortalis, vt posset non mori, si non peccaret, moreretur autem, si peccaret. Vnde dicunt aliqui, quod nisi vsus fuisset ligno vitæ, moreretur, quia non vtendo peccaret, cum præceptũ habuerit de comedẽdo. Sic ergo immortalis fuit creatus, vt suã immortalitatẽ per mandatorum obseruantiam custodiret. In quibus mandatis hoc continebatur, vt de illis lignis concessis manducaret, & ab interdicto abstineret, per horum edulium immortalitatis dona cõseruaret, donec corporalibus incrementis perductus ad ętatẽ, quæ conditori placeret, multiplicata progenie, ipso iubente sumeret, de ligno vitę quo perfectè immortalis factus, cibi alimenta vlterius non requireret. Attendite nihilominus, & animã à Deo creatã innocẽtẽ, rectam, Dei sui non ignarã, sapientem intellectu, mundam affectu, angelorum sociam, diuina allocutione consuetã, consciẽtia quietã supernarũ delitiarũ expertẽ, donis gratiæ, & virtutum multipliciter perornatã. Perfectus certè fuit secundũ vim cognitiuã, sensitiuã, & intellectiuã. Dedit nanq; sensui organa tẽperatissima, obiecta conuenientissima, ideo sequebatur per sensum clarissima cognitio. Infudit deniq; animæ triplicẽ intellectiuã cognitionẽ, vt dicit Magister di. 23 secundi. s. rerũ propter se factarũ, vnde & eis nomina dedit. Quæ n. p. p illum creata erant, & ab illo regenda, & disponenda, horũ omniũ Deus illi scientiã, prouidentiã atq; curã tribuit. Cognitionem etiam sui creatoris non solum ænigmaticam, quæ nunc à credentibus solo auditu percipitur, sed interiori speculatione Dei præsentiam contemplabatur. Non tamen ita excellenter sicut in patria, nec ita imperfectè, sicut nunc in via. Porrò sui cognitionem habuit, qua suam conditionem, & ordinem qualis factus sit, quid agere, quid omittere, intelligeret, quid deberet superiori,

De conditione humana & in quãta mala incidit pp peccatum.

Perfectio primi hominis.

ri, inferiori, æquali &c. Secundum vim appetitiuam perfectam pacem, & tranquillitatem habuit secundum omnes potentias, ita vt neq; rationi voluntas dissentiret, nec voluntati sensualitas reluctaretur. Per donum nanq; supernaturale originalis iustitiæ, vt vult Sco. lib. 2. distin. 20. quod infudit animæ finis vltimus voluntati delectabilior factus est, quocunque alio delectabili, cui delectabiliter inhærere potuit, & sine tristitia, immo delectabiliter se abstrahere à delectabili sensus inferioris. Poterant etiam singulorum sensuum appetitus per singula supernaturalia dona sibi infusa delectabiliter parere motioni voluntatis, & delectabiliter auelli à suo proprio delectabili. Ab huiusmodi statu secundum Magistrum distin. 22. trasferendus erat homo cum posteritate sine morte, vt dicit Aug. super Gen. ad statum meliorem, vbi æterno, cęlestique cibo perfrueretur. Ab huiusmodi statu (vbi fuerat perfecta, & amicissima corporis, & animæ coniunctio, perfecta concordia, nulla rebellio sensualitatis aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, sed plena, & dulcis subiectio inferiorum virium superioribus Pax interna, pax externa, quæ etiam extrinsecus turbari non potuit propter paradisi amenitatem, electorum tēperiem, animantium subiectionem, & alimentorum sufficientissimam prouisionem) traslat⁹ fuisset homo sine morte media in regnum vitæ cęlestis. Sed heu per peccatum omnibus his priuatus. Nam gratuitis spoliatus, & in naturalibus grauissimè vulneratus .s. in ingenio, memoria, intellectu, vt dicit Magister dist. 25. 2. li. Spoliatus est gratuitis quia perdidit originalem iustitiam, per quam tota interior trāquillitas fuit violata. Facta est caro effrenis, surrexit omnis rebellio omnium potentiarum, intellectus excecatus, voluntas depriuata, memoria deturbata. Et quid miseriam hominis enarrare volo, cum experientia hæc neminem faciat ignorare? Nam omni pace sublata, quæ in vsum hominis creata sunt, quasi pro creatoris iniuria pugnant, secundum illud. Armabit creaturam aduersus &c. Sap. 5. immo etiam damnationi perpetuò est addictus. Hinc in missa hodie canitur. Circundederunt me gemitus mortis, dolores inferni circundederunt me &c. Verum ne homo tantis periculis expositus desperationis barathro absorbeatur, ostenditur exemplo vinitorum via, qua possit ad vitam, quam amisit, reuerti, & amissam recuperare beatitudinem. Exemplum illud euangelium præfert, cuius initium est. Simile est regnum &c. Pro gratia Aue.

In quā miseriā cecidit homo.

Primò recitabitur euangelium. Dehinc ex eo morales elicientur doctrinæ Euangelium istud plenum est vberrimis doctrinis, & dogmatibus, omni statui hominum accommodis, & diligēter memoriæ commendandis: Tangentur aliquæ breuiter sine diffusa earundem explanatione. Prima, qua fides instruitur ac via ad regnum aperitur, hæc est Non aliter nisi operando secundū fidē rectam, in vinea domini idest vnitate ecclesiastica, ad regni præmia possumus peruenire. Patet, quia non vocati solum, sed in vinea operantes remunerantur secundum euangelium. Et notāter dicit, in vinea domini, nō sua, quia frustra mercedem à domino expectat q in dñi vinea nō laborat immo ociositatis arguūtur, q in dñi vineā ingredi tardauerunt Hinc apostolus. Labora sicut bonus miles Christi. Qui certat in agone, non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. 2. Tim. 2. Per hanc doctrinam tollitur error, & præsumptio quorundam carnalium, & ociosorum hominum, qui in sola fide saluari se putantes, allegant pro se illud Matth vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Non attendentes q̄ fides sine operib⁹ mortua est. Hebr. 11. Quod q; fides illa mortua est, quam non comitantur signa ibi sequentia, nec valet ad vitam sine operibus, sed mortua est in semetipsa, vt ait Iacobus. Deniq; nec rectam fidem habet, sed mortuam, qui credit sibi sufficere ad salutem (& hoc pertinacier) q̄ fides sine operibus suffi

sufficiat,errat enim in fide.Error verò in fide non stat cum fide,vt determinat doc. in 3.sentiarum.

Nemini via cęlorum est clausa.

Secunda doctrina, quæ spem roborat est hæc.Nemini via merendi regnũ celorum claudirur,donec præsentis vitæ dies terminetur.Nam ad labores vineæ,omnes cuiuslibet ætatis etiam, q. ad vltimam vitæ suæ horam (quę per 11. intelligimus) peruenerint, vocantur.Nec à vocatiooe cessatũ est , donec veniret sero prę sentis vitę,mors.s.postquam iam operari non licebit,sed secũdum merita præmiari Hinc per Ezec. dominus ait.cap. 18. Cum auerterit se impius ab impietate sua , & fecerit iustitiam, & iudicium , ipse animam suã viuificauit &c. Cum id est quandoque. Et Ioan.12. Ambulate dum lucem habetis,vt tenebræ vos non cõprehẽdãt.

Per hanc doctrinam excluditur pusillanimitas,& desperatio peccatorum Quis enim crudelissimus, & inueteratus peccatorum desperabit, cum omni hora, omni æiate ad pęnitentiam vocatur?Et quamdiu spiritus est in homine (vt dictum est) conuerti volentes suscipit.

Tertia doctrina charitatem inflammat, quia patrisfamilias dilectionem amplissimam manifestat Et est hæc.Dilectio summi patrisfamilias omnes amplectitur,omnes vocat, nullum respuit, nec peccata improperat,nec præmium propter quæcunq; præcedentia peccata minuit,sed ita peccatorem pro bene meritis remunerat quasi nunquam peccatum comisisset. Hinc est ꝙ nouissimi in conuersione postquam strenuè agunt erunt primi in remuneratione.Deniq; qui 11. hora,venerant,similem mercedem receperunt cum eis , qui portauerunt pondus diei, & æstus. Hinc Iaco. Dat omnibus affluenter, & non improperat .s. commissa prius. Et Ezech.18. & 1. Si impius egerit pęnitentiam ab omnibus peccatis suis ,quæ operatus ẽ & custodierit vniuersa præcepta mea, omnium iniquitatũ suarum,quas operatus est nõ recordabor.In iustitia sua quam operatus est,viuet. Facto deniq; hoc idem probauit Dauid, Petrus,Paulus,Matthæus,Magdalena, Maria Ægypriaca &c. Per hanc doctrinam à negligentibus omnis excusatio amouetur. Nemo etenim (qui ob sui non conuersionem damnatur) excusare se poterit dicens.Nemo nos cõduxit,dicente Grego. in homil. Quid nos à bono opere torpentes in excusatione nostri sumus dicturi, qui pęnè à matris vtero ad fidẽ venimus, q. verba vitæ ab ipsis cunabulis audiuimus, qui ab vberibus sanctæ matris ecclesiæ potum prædicationis bibimus?

Nec cessat dñs nos ꝑ indices vocare exterius & interius. Exterius per creaturarũ multiplicẽ speciẽ & pulchritudinẽ,ꝑ scripturã,ꝑ ꝓdicationẽ,ꝑ flagella,ꝑ ꝓspera,vt habet b.Aug.super psal. 103.Interius terrendo ꝑ peccatorũ turpitudinẽ, mortis certæ incertitudinẽ, iudicij terrorẽ, gehẽnæ horrorẽ,suppliciorũ perpetuitatẽ &c. Consolando ꝑ spẽ indulgentiæ collationẽ grę,promissionẽ gloriæ,charitatẽ redẽptoris,ꝓciũ redẽptionis. Quotiens aliquod talium occurrit,vel incidit cogitemus esse vocẽ Dei vocantis, & curemus dignè ambulare vocatione, qua vocati sumus. Ephes. 4. Quoniam sicut omnibus in vinea vsq; ad finẽ laborantibus,licet tãdẽ venientibus ꝓmium datur.Ita nullis non laborantibus,aut deficientibus ante finẽ,conceditur.Et quia præmij solutio certa est,ideò vocatio conductio dicitur.Et fit primo mane per arcam gratiæ baptismalis.

Quarta doctrina humilitatis inductiua,& superbiæ ac temerarij iudicii destructiua est. Nullus quantumlibet fidelis cultor vinæ domini inflet , aut sibi honorem tribuat , alium ve minus diligentẽ iudicet, aut despiciat, seipsũ præferendo.Quis.n.de cętero etiam si primo mane vocationi domini paruit, si ab adolescentia iugum domini portauerit,cuilibet peccatori se pręferat,dũ nescit si is, quẽ non videt ociosum a bonis operibus,in 11. fortè hora conuersus etiam sibi in pręmio præferatur?Sicq; fiat nouissimus primus,& primus no-

Nullus in vinea laboras supbiat.

uissimus. Hinc Paulus 1. Cor. 4. Nolite ante temp⁹ iudicare quoadusq; veniat dñs, & illuminabit abscondita tenebrarum. Et ad Rom. 14. Tu quis es, qui iudicas alienũ seruũ? Et infra. Tu autem cur iudicas frarem tuum, aut cur spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei &c. Et ideo de seipso ait. Nihil mihi cõscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me, dominus est 1. Cor. 4. Quinta doctrina, quod timor domini nihil negligenté excitat. Nulla occasione cõuersio in posteriorem ætatem differenda est, sed in timore dñi acceleranda. Cũ .n. iustus de sua iustitia conseruanda certitudinem nõ habet, dicente apostolo. Qui stat videat, ne cadat 1. Cor. 11. quam certitudinem sibi promittere potest peccator? Hinc hortatur dominus Vigilate quia nescitis quando dominus veniet, serò, an media nocte, an gallicantu, an mane, ne cum venerit dominus, inueniat vos dormientes. Quod autem dico vobis, omnibus dico, vigilate Matth. 13. Consyderem⁹ cautè, quia qui venientem vndecima. i. vltima hora non respuit ipsum horam vndecimam non promisit. Demum tenenda est omnibus iustis, & iniustis terribilis domini sententia (qui errare nõ potest) Multi sunt vocati, pauci verò electi. Timendum cuilibet ne sit de numero multorum Conandumq; omnibus modis vt sit de numero paucorum Deum timentium, quia si non in timore domini tenuerit se instanter, citò subuertetur domus sua. Eccle. 25. Et tantum de secundo.

Timor dñi excitat negligentem.

DOMINICA IN SEptuagesima Sermo. II. in ordine. XX.

MVLTI sunt vocati, pauci verò electi. Mat. 20.

Sancta mater ecclesia gaudiũ repente mutauit in luctum. Multa siquidem exultauit lętitia pro suorum filiorum gratiosissima vocatione ad salutem perpetuam possidendam, dum festiuis gaudijs saluatoris nostri aduentũ in carne celebrauit, quo ipsam salutem præparare, atq; ad eam venit vocare, nedum iustos, sed & peccatores. Matt. 9. Omnes quippe homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis ꝑuenire. 1. Tim. 2. Sed non immerito luget, atq; gaudium vertit in planctum, dum vt si multos maxime fideles vocatos cognouerat, admodum tamen paucos ad vocationis suæ finem, salutem .s. consyderat peruenire, perpauci dignè ambulant vocatione, qua vocati sunt, spernere videmur omnes saluberrimum principis apostolorum cõsiliũ. Satagite, inquit, vt per bona opera rectam vestram vocationem, & electioné .s. ad fidem faciatis. Hæc .n. facientes non peccabitis aliquando. Sic .n. abundanter ministrabitur nobis introit⁹ in regnũ Dei nostri 2. Petri. 1. Ex aduerso aũt flagitia cumulantes, vanã nostram reddimus vocationé. Vnde nõ immerito cũ sancta matre ecclesia nobis lugédũ est, & plorandum, sicut Chrys. lib. 1. de compunc. cordis ait. Lugendũ est, & verè lugendum præsentis vitæ tempus, in quo tantam malorum labem, tãta videmus quotidie vitia cumulari, q̃ si velis cõsyderare per singula, nunquã poteris à lachrymis temperare, sic omnia cõfusa, sic sunt cuncta irresoluta, vt virtutis ne vestigium quidem vnquam videas. Nequitiæ verò, & luxuriæ repleta esse cuncta conspicias, magnæ sunt illæ, magnæ lamentationis causæ, nedum à matre pro filiis, sed etiam à filiis pro seipsis, maternis doloribus assumédæ, in quos hæc damna redundant, & salutis dispendia. Ipsi enim sunt, quib⁹ veritas in conclusione loquitur euangelij. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Pro gratia Aue Maria.

Primò recitabitur euangelium. Secũdò ostenditur thematis veritas tripliciter quãtum nunc sufficit, videlicet per canonicas scripturas, per gesta præterita, & figuras, pernitiosas viuendi cõsuetudines & impuras. Quia autem scriptura nonnunquã ea, quæ assertiuè pronunciat

Tripliciter ostẽdit multos esse vocatos & paucos electos.

nunciat, comminatiuè loquitur, & con
ditionaliter intelligenda sunt, sicut il-
lud Ionæ 3. Adhuc quadraginta die-
bus & Niniue subuertetur. Et illud
Esaiæ ad Ezechiam regem. 4. Regum.
2. Dispone domui tuæ, quia morieris
tu, & non viues, & cetera multa, quæ ta
men non ita, vt verba sonant, comple-
ta sunt, quia & si simpliciter prolata
sunt à propheta, tamen conditionali-
ter sunt intelligenda, nisi.s. conuerterē
tur Ninuitæ, & præcibus, ac lachrymis
suis aliud obtinerent, de quo Lyra sup
Ioan.ca.1. Idcirco quidā interpretati-
ua quadam benignitate, dicta rigorosa
ad suā flectunt intelligentiam, etiā quæ
non cōminatiuè, sed assertiuè sunt intel
ligenda. Et sunt nōnulli, qui (vt Chry.
in de cōpuuc. cordis lib.1.dicit) vt li-
berius peccent, omnes hmōi scripturæ
rigidas comminationes, terroris causa
tm̄ dictas esse, ac in paruis aiūt exagge
rari minas, nō vt ita eueniāt in verita-
te, sed vt territi homines maiora fu-
giāt, vn̄ solēt sibi blandiri dicentes. Nō
talia vētura sūt qualia scriptura cōmi
natur, sed ne tot⁹ mūd⁹ declinet à via
iustitiæ, oportet terroribus eos, & mi-
nis in ipsa via retinere. Sed tn̄ & si quę
dā cōminatiuè dicta legant (quę tn̄ in
veritate cōplerent, nisi conditio subin-
tellecta tolleretur vel nisi pctā illa emē
darētur, pp q̄ minata sunt mala. Sicut
econuerso in diluuio, q̄ cū dn̄s Noe de
nunciauit, dicens. Nō manebit spirit⁹
meus in homine in æternū, quia caro
ē. Et infra. Delebo. inquit hominē, quē
creaui à facie terræ. Genes 6. Addidit.
Eruntq; dies illius. 120. annorū hos de
dit p spacio, & loco penitētiæ, vt dicit
Hiero. ī de hebraicis q̄stionib⁹. In quo
si penituissent, nō periissent diluuio, q̄
quia non fecerunt, secundū factā cōmi
nationē, omnes diluuio transactis præ
missis 120. annis perierūt. Simile habe
tur de subuersione Gomorrę, & Sodo
mæ vbi dixerat dn̄s. Si inuenero 50. iu
stos: immo 10. nō delebo & c. quos quia
non inuenit, deleuit. Gen. 18.) Pluri-
ma tamen ponuntur terribilia in scri-
ptura per modū reuelationis certæ fu
turorū, non cōminationis tm̄. Quę aūt
cōminatiuè tm̄, & quę vt reuelationes
certę futurorum dictę sint, ex circum-
stantibus hmōi prophetias, & ex aliis
scripturæ passibus ad idē sonantibus
pōt cognosci. Solet .n. (ait Aug. 83 q̄ō
69.q.) circumstantia scripturæ illumi
nare scripturam, ex quo intellectu acci
piendæ sunt. Hinc est q̄ cum Samuel
Sauli reuelasset suam deiectione, vt sci
ret hoc se non comminatiuè tantum
dicere, addidit. Porrò triumphator in
Israel non parcet, & pęnitudine non
flectetur, neq; enim homo est vt agat
pęnitentiā. 1. Reg. 15. Et dn̄s pdicens
Luc. 19. destructionē Hierusalem, fleuit
super eam, vt sic non comminatorium
tantum esse putaretur, q̄ dominus præ
dixerat, & nō implendum pro quo vsq;
ad lachrymas turbaretur.

Per hoc ad ppositū nostrū verba ista saluatoris nostri non cōminationē con tinent, sed certā rei, & veritatis reuela tionē. Quod ipse verborū forma osten dit. Comminatio siquidē de futuro est, sed hęc verba saluatoris: Multi vocati, pauci electi, nihil de futuro sonant, sed de præsenti. Dn̄s deniq; in suis cōmina tionibus conditionem frequenter ex- pressit, qua sublata, impeditur commi- natum, sicut cum dixit Matth. 28. Nisi efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnum cęlorum. Et Lu. 13. Nisi pę nitentiam habueritis, omnes simul per hibitis. Et Ioan. 13. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Et simi- lia multa. Sed his verbis nullam adie- cit conditionem. Non igitur commina tor ia sunt tantum, sed ipsam veritatē, secundū q̄ est in diuina pdestinatione certissima reuelant. Proinde dn̄s ad in ferēdum hanc veritatem, pluribus para bolis vtitur, in quibus ostendit multos ad conuiuium æternæ beatitudinis vo catos, qui tamē vocationi nō pareret, & venire contemnunt, & à conuiuio sua sponte se absentant, pro quibus conclu dit. Multi vocati, pauci verò electi Il- las quoq; parabolas ad iudæos loqueba tur, qui fidem accipere nolebant & c. sed manifestum est nullum eorum, qui

Multi sunt vocati sūt dicta ad reuela--tionem.

in

in fidelitate permanet, electum esse, dicente domino. Qui non credit, iam iudicatus est. Ioan. 3. Item qui non crediderit, condemnabitur. Mat. vl. Nullũ denique, qui conuiuio nuptiarum se indignum facit, electum fore, omni credenti manifestum est, vt alibi diffusè est probatum, conuiuarum dico præsentis ecclesiæ. Tandem denique clarè asserit veritatem Matt. 7. Intrate per angustã portam, quia lata est porta, & spaciosa via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam, quam angusta porta & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Cum demum dominus à quibusdam interrogatus fuisset Lu. 13. Si pauci sunt, qui saluantur. dixit ad illos. Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. Ponderentur verba. Si quærentes intrare non poterunt, quid de illis, qui omnino intrare non quærunt? Qui sunt, qui intrare quærunt, & tamen non poterunt. Puto illos esse, de quibus dominus per Esaiam cap. 58. ait. Me etenim de die in diem quærũt, & scire vias meas volunt, quasi gens, quæ iustitiam feceret, & quæ iudicium Dei non derelinqueret. Sequitur. Et tamen inuenitur voluntas vestra &c Sũt itaq; qui credere volunt, sed non operari, fideles dici, sed non esse. Similia multa ad idem colligi possent. Ex quibus scripturis iam allegatis luce clarius patet veritas thematis sicut iacet.

Ex rebus gestis & figuris ostéditur veritas multos, vocari, paucos esse electos.

Idipsum etiam declaretur secundò ex rebus gestis, & figuris. Si enim placuerit succinta considheratione decursum mundi ab creationis initio vsque ad nostra tempora, per ętates singulas pensare secundum historiarum veritatem, lugebimus potius, quam recognoscemus nostri thematis veritatem, secundum Greg. in hom. in singulis ętatibus non cessauit vocare. Itaque multi sunt vocati, videamus quanti electi. Quod enim ab Adam primo homine vsque ad Noe per decursum 2000. annorum (quo tempore haud dubium numerosissima hominum multitudo fuerat, eo quod homines officio generationis, operam dederunt, cooperante ad hoc naturali vigore terræ nascentium fertilitate, & hominum vtriusque sexus decore, ac delicata pulchritudine) damnationi fuerunt obnoxii, quis numerare poterit? Nam de tota posteritate Cain primi filii Adæ nullus saluatus legitur. Quoniam etsi scriptura expresse non dicat omnes damnatos, tamen plura prodit signa perditionis, saluationis verò nulla. Nam dominus nominauit filios Seth, filios Dei. filios verò Chain, filios hominum, vt habetur Gen. 6. Prohibuit quoque commixtionem eorum, vt ibidem satis ex textu elicitur. Quid enim sibi voluit illa differentia, simul & prohibitio, nisi quia illi fuere filii Dei per vnius Dei cultũ, illi filii hominũ, non Dei, per recessum à Deo per cultum idolatriæ, propter eandem enim causam prohibuit commixtionem filiorum Israel cum filiabus Chananæorum.

Nullus de posteritate Cain saluatus est

Naturalem verò vigorem probat lõga hominum ætas, quia nullus legitur ante diluuium habuisse minus. 900 annis, duobis exceptis. Malaleel, qui habuit. 895. an. & Lamech patre Noe, q habuit ætatis annos. 777 Gen. 5. Secundũ signum reprobationis stirpis Cain, quia totam illam propaginem in diluuio certum est periisse. De stirpe deniq; Seth filii Adę vsque ad Noe paucissimos scriptura testatur innocentiam vitæ conseruasse, & verũ Deum coluisse. Enoch quidem filius Iared pater Mathusalem certum est, quia placuit domino. De Enos quoque filio Seth dicit scriptura, quia cępit inuocare nomen domini Gen. 4. Alii testimonium scripturæ nõ habent. Sed de reprobis dicitur Gen. 6. quod multa malitia hominum erat in terra, & cuncta cogitatio cordis erat intenta ad malum. Omnis quippe caro corrupit viam suam super terram, imò inter tot millia, quæ diluuio perierunt, inuentæ sunt tantum octo animæ iustę Noe. s. cum tribus filiis suis, & vxoribus eorundem. In cęteris præualuit vitium incontinentiæ, vt habere expresse

sè Gen.6.& idolatriæ,vt tangitur Act. Ait enim ibi Paulus. Dimisit omnes gẽtes ingredi vias suas, idolatriæ.s.vt ibi patet. Adeo denique auersi fuerunt à Deo,vt toto tempore, quo arcam Noe struxit, centum.s.annis, vt facto Noe auisarentur, nec vnus legitur ad pænitentiam conuersus. Denique in secunda ætate vel à Noe vsque ad Abraam, quo fluxerunt mille anni,vel paulo plus paucos electos legimus. Nam & Cham reprobum,& maledictum testatur scriptura Gen.9.Et licet præsumendum sit: quod superstite Noe, & filiis eius, in quibus fuit recens memoriadiluuii per mansisse eos in cultu vnius veri Dei,tamen certum est posteritatem statim in idolatriam corruisse. Familia nanque Cham Ægyptum, & terram Chanaam cum gentibus septem possidet, quæ super cæteros idolatras in cultura idolorum insaniit,propter quod postea à facie filiorum Israel interiit. A familia denique Iaphet diuisæ sunt insulæ gentium in generationibus suis. Gen. 10. quos idolatras fuisse plena est scriptura.Denique cognationem Sem, de quo Abraam descendit, similiter idolatrasse ex eo manifestum est,quoniam & ipse pater Thare, & frater eius.s. Abrææ Nachor in Vrchaldęorum Idola coluisse creditur, propter quod Abraam de cognatione sua,& domo patris sui egredi iussus est, sicut tangunt expositores Gen.10.Apud Labam quoque nepotem Nachor inuenta sunt Idola, vt habetur Gen. 3. In hac etiam ætate peccatores (quorum princeps erat Nemroth)ædificare cęperunt turrim, & ciuitatem Babel &c.Gen. 11. Vt Deo potenter resisterent, & diluuio absorberi non possent. Contra quem tamen non esse consilium, in labiorum confusione ostẽdit. Sed qui iram Dei effugere maluerit,desistat peccare,& habebit Deum non punitorem, sed defensorem.Ecce quanta raritas electorum,& peccatorum multitudo. In hac secunda ętate huius mũdi Melchisedech rex Salem commendatur,quia sacerdos Dei altissimi.Ge.14. qnoniam ex omnibus tunc viuentibus solus Abraam electus est cum Loth, & vxoribus, ac familia eorum, ad verum vnius Dei cultum,cæteris puto in infidelitate, & idolatria remanentibus. Quapropter verè dictũ est à domino. Multi vocati, pauci verò electi.

Ex oĩ ętate multi vocati pauci electi.

Videmus nunc & de cæteris ætatibus. Vocato nanque ex omni natione quæ sub cęlo fuit,solis Abraam,&Loth cum suis vxoribus, & familia qnasi penè totus mundus iterum, atq; iterum sub lege naturæ à Deo declinauerat, tam beneficia Dei, quam pęnas paruipendebat. Voluit suam notitiam clarius, atque voluntatem notificare ipsi Abraam, quod solum dignum inuenit seipsum multiplici angelorũ alloquio manifestauit, promissa fidelia de seminis sui multiplicatione,de singulari assistentia,ac defensione,ac benedicto semine ex eo nascituro, in quo benedicẽdæ essent omnes tribus terræ, adiecit, vt patet Gen.12.Legem quoque circuncisionis addidit, vt signo certo electi sui ab aliis gentibus secernerentur.Propter quæ creuit electorum numerus in semine Abrææ. Nam de cæteris gentibus quid præsumendum sit, satis docet Sodomitarũ interitus,inter quos Loth iustus procedente tempore habitabat, qui solus in tota illa lata, & delicata prouincia iustus habebatur. Nam expresse pollicitus fuerat dominus, quod si inter omnes illos peccatores populos decem iusti reperti fuissent,quia toti iustæ prouinciæ propter decem iustos parceret, vt habetur Gen.18.cap. Multiplicabatur vehementer semen patriarcharum Deo dilectissimorum, sed non secundum seminis multitudinem creuit numerus electorum. Nam Hismael cum cęteris quinque filiis Abrãę, quos Cethura sibi genuit, vt habetur Gene. 25. cum suis generationibus ad idolatriam creduntur declinasse. Propter quod etiam Sara videns Hismaelem cum Isaac ludentem.i. secundum expositores ad idolatriam prouocantẽ: matrem eius Agar cum eo eiici præcepit Gen.21.Esau denique filius Isaac cũ sua posteritate declinauerat à cultu

vnius

vnius veri Dei. Nam vt vxores Chananęas idolatras contra patris imperium duxerat Gen. 28. Quamuis de genere Esau quosdam vnius veri Dei cultores scriptura commemorat, videlicet Iob totius patientiæ exemplar, & amicos suos. Aliorum mentionem scriptura nõ facit, quamuis plures esse poterant, pauci tamen admodum respectu electorũ. Filij autem Iacob, & sua posteritas in cultu quidem vnius veri Dei permanserunt vsque ad vituli adorationem in deserto, & reuocati vsque ad initiationem Belphegor Nume. 25. & iterum conuersi sunt vsque ad diuisionem regni Iudæ, & Israel. Sed quantis criminibus se polluerunt quis narrare sufficit? Nam & ipsi filii Iacob mundi non fuerunt, vt patet in interemptione fraudulenta Emor, & Sichem, & depopulatione vrbis Salem. Ge. 34. Salem. i. Sichē fędatione thori paterni per Ruben, & venditione innocentis fratris Ioseph, pro eo quod accusauit eos crimine pessimo. Gene. 37. Quid denique in Ægypto vsque ad Moysem? Quid sub Moyse, per quem dominus legem dedit, & cęrimonias, vt vel sic suo alligaret cultui, portenta, & mirabilia ostendit in Ægypto, & in deserto? Quid tempore Iosue, & iudicum, regum & ducum, quo generaliter idolatriam renouarunt, licet etiam cum hoc dominum coluerũt. Ideo dixit Helias, Quid claudicatis in duas partes 3. Regum. 18. Quid deniq; Machabæorum tempore vsque ad Cristum egerint, quantum dominum offenderint, plagæ satis, quibus pro peccatis correpti sunt, indicant, quas recitare per singula nimis prolixum foret. Nam in deserto prostrati sunt omnes de Ægypto exeuntes viris duobus exceptis Iosue, & Caleph, quorum numerus à 20. annis, & supra qui poterant ad bella ꝓcedere describitur. Numeri 1. 603550. præter tribũ Leui, quæ tunc numerata non fuit, cuius tamẽ numerus eo. ca. 3. describitur. 22000. Declinauerant eñ à domino in deserto. In primo anno vsque. s. ad tempus exploratorum venientium de terra promissionis decem vicibus, vt testatur dominus Nume. 14. quotiens verò postea per 40. annos, longũ esset recitare.

Denique quia peccata multiplicauerunt præsertim idolatriæ, & prophætas non audierunt quinimo occiderũt, redactus est numerus admodicam multitudinem, quæ etiam tota 10. tribuum multitudo translata est per Salmanasar regẽ in Assyrios, vt habetur, 4. Reg. 17. vbi dicitur quod in cunctis vrbibus, castris, vinculis, immo custodum turribus ædificauerunt excelsa, statuas, & lucos, pro idolatria exercenda, in qua permanserunt à tempore Hieroboam vsq; ad eorum dispersionem. Propter simile peccatum regnum Iuda captiuitati Babylonicæ est subactum. De omnibus regibus Israel, & Iuda per annos. 472. tres solum. s. Dauid, Iosias, Ezechias, leguntur domino placuisse, & ei vera fide adhęsisse. Hinc Esa. 1. Omne caput languidum, & omne cor merens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, ostendendo generalitatem peccantium, vide Lyram in hoc passu. Consecuti denique misericordiam, & liberationem à captiuitate Babylonica, reliquis perpetuo in Assyria desertis, statim declinauerunt, & processu temporis peccata inualuerunt, ita vt paucissimi Matathias, & sibi adhærentes Deo adhæserint. Reliqui omnes ad peccata pessima & ritus gentium (vt Machabæorum tradit historia) declinauerunt, vnde infra triduum in Hierusalem interfecti sunt. 80000. vincti. 40000 & non minus venundati. Mach. 5. Et postquam per Machabæos iterum aliqualiter restituti sunt, declinauerunt cito, atque in peccatis obdurati sunt, donec paucissimis ad Christum dominum conuersis, omnes reliqui in infidelitate perdurantes, pęnitus excæcati, atque à Deo derelicti, in longissimam illam captiuitatem detrusi per Titum, & Vespasianum in hodiernum diem perdurantem. Hinc dominus eis improperatur Mat. 23. Hierusalem Hierusalem, quę occidis prophætas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quotiens volui con-

con-

congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

Cõiectura ex superioribus quid de cęteris gentibus æstimandũ sit.

Ex his deniq; perspicuũ, quid de cęteris vniuersis gentibus æstimandũ est Si .n.hi, qui legẽ Dei scriptam acceperant qui prophetas audierant, & mira Dei opera oculis visibiliter intuebantur, qui beneficia innumerabilia consecuti sunt, sed & pœnas grauissimas post transgressionem sentiebant, quotidianis denique admonitionibus ad obedientiam Dei inducti fuerant, nihilominus à via veritatis aberrabant, ingressi latam viam, quæ ducit ad perditionem, quantò magis gentiles innumerabiliter plures per totum multiplicati mundum, vna tribu Iudæorum in vna mundi parte.s. terra promissionis habitante, qui nihil horum assecuti sunt? qui tamen propter hoc non excusati sunt, quoniam vt dicit apostolus Ro. 1. quia cum cognouissent Deũ videlicet ex creaturis per lumen naturalis rationis, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Et sequuntur horrenda peccata, quę consequéter excęcati suis demeritis ĩciderũt

Ecce charissimi videtis nõ sine cordis amaritudine, quantũ creator omnium Deus, in quinq; milibus ducentis annis à creatione .s. mũdi vsq; ad Christi aduentũ, à sua creatura, à qua glorificari debuit, offensus est. Quãta ẽt multitudo eorũ, qui ad Dei imaginẽ creati fuerant, & ad æternã beatitudinẽ possidẽdã, ꝑp spõtanea sua peccata ĩ barathrũ damnationis perpetuę sunt dilapsi, quã pauci, quoq; horũ cõparatione euaserunt ad vitam. Ex quo etiam hoc interlucet, quod nec lex naturæ nec lex scripta sufficiebat, nisi gratia homini indebita subueniret. Nihil enim lex ad perfectum adduxit Heb. 7. Docti quoque sumus, vt nemo suis meritis ascriberet suã saluationẽ, quodq; sola suamisericordia venit dñs gratis nos saluare qui nullius est debitor, quẽ (vt Aug. ait) non merita nostra, sed magis peccata nostra de cælis aduocarunt, quibus aliter remediari non congruebat, nisi veniret ipse, qui propria virtute peccatũ, & mortem vinceret, plenus gratia, & veritate, de cuius plenitudine omnes accipem⁹ grãm ꝑ grã, vt dicitur Io. 1. vt sic grã eius à corruptione peccati liberati, hæredes sim⁹ secũdũ spẽ vitæ ęternæ. Ti. 3. Sed & cũ magno cordis tremore cõsyderãd⁹ est inflexibilis rigor diuinæ iustitiæ, atq; pauenda inscrutabilis diuinorũ iudiciorũ abyssus, qui tã tã populi multitudinẽ passus est dãnationẽ intrare ꝑpetuã, quorũ plurimis se, suãq; voluntatẽ ꝑ legẽ scriptã non manifestauit. Quibus verò legẽ dedit, puta Hebræorũ populo, eã legem, quæ peccatũ ostendit, sed à peccato nõ liberauit, quia gratiã, ꝑ quã peccata vitare possum⁹, nõ cõtulit, sicut diffusè probat apostolus ad Ro. Attẽdẽdũ deniq; quantũ apud Deũ abominabilis est iniquitas, & peccatũ, qm̃ nõ De⁹ volẽs iniquitatẽ ipse est. Cui similiter odio sunt impius, & impietas eius. Sap. 14. Hinc nulli peccãti licuit vnquã impunè peccare, nec licebit, quãuis qñq; peccata dissimulat ꝑꝑ penitẽtiã, quę longanimitas peccatoribus erit sine dubio ĩ pœnã dicẽte apostolo Rom. 2. An diuitias bonitatis patiẽtiæ, & lõganimitatis ei⁹ contẽnis? Ignoras, qm̃ benignitas Dei ad pęnitẽtiã te adducit, secũdũ duritiã aũt tuã, & impenitens cor thesaurizas tibi irã in die irę & reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddet vnicuiq; secundũ opera eius. Cauendum deniũ nobis summopere est, cautiusq; viuendum, ne & nos in id ipsum incredulitatis incidamus exemplum. Si enim dãnat, quibus non ita voluntatẽ per legẽ scriptã aut legem gratiæ declarauit, quantò seuerius nos puniet, si priscorum peccata imitamur, ante quorũ oculos Christus crucifixus est, quibus sine intermissiõe lex grãe, veritas euãgelica, Moyses, ꝑphetę, & apostoli, ĩnumeri ecclesię doctores loquũtur Loquunẽ quoq; vniuersadñi præcedentia & ꝑsentia miracula sãctorũ passiones, & exẽpla? Si perinde na-

naturalibus ramis non pepercit (ait apostolus Rom. 11.) time, ne & ibi non parcat. Vide bonitatem, & seueritatem Dei in eos quidem, qui ceciderunt seueritatem, in te autẽ bonitatem, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris.

An inter christianos hoc Thema habeat veritatẽ.

Restat nunc videre an inter nos, qui christiani dicimur thema habeat veritatem. Ad hoc enim totus sermo currit. Si enim olim adhuc viuentibus apostolis in principio nascentis ecclesiæ, dum aduc in augmento fuit charitas Dei &c. Beatus Ioannes dixit. Totus mundus in maligno positus est. 1. Io. 5. Quid de nobis sentiendum, in quos (vt Paulus ait 1. Cor. 10.) fines seculi deuenerunt? De his enim ait dominus Matt. 24. Quia abundauit iniquitas, refrigescit charitas multorum. Et apostolus. 2. Timo. 3. Hoc scito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erũt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, voluptatum amatores magis quam Dei. Habentes quidem speciem pietatis, sed virtutem eius abnegantes &c. Quæ vitia quantum nunc dominantur in vniuerso mundo, quis exprimere sufficit? De hoc enim Henricus de Hassia ita ait. Si linguis hominum loquar, & angelorum, abusiones habitantium in hac regione caliginis non potero recensere. Quis nanq; cleri secularis, & regularis deuia à maximo vsque ad minimum enumerabit? In auaritiis, simoniis, superbiis, pompis, luxuriis, negligentiis, inobedientiis, dissolutionibus. Quis principum tyrannides, ambitiones, fastus inutiles, cupiditates, grauamina? Nobilium improbitates, & prædijs, præliis, spolijs, incendijs, iniquis discordiis? Quis iudicum negligentias, & peruersitates in suppressione iustitiæ, peruersione iudicii, acceptione personarum, munerum, donorũ, in sententiarum iustarum dilatione, falsarum prolatione, pauperum, viduarũ, & pupillorum oppressione? Quis denique communis vulgi inobedientias, & peruersas habitudiues, dolos, & fraudes, enumerabit? mercatorum circumuentiones, ciuium seditiones, rusticorum inuidias, mulierum impudicitias, famulorum, ac seruientium insolẽtias? Et hæc quidem in his, quæ contra proximum. Sed quis ea, quæ contra Deum fiunt, cogitare poterit? Cuius amor, & timor non dico, tepuit, sed penitus est extinctus, ita vt velut mortui nec beneficia, nec flagella Dei ad morum correctionem aliquatenus sentiantur. Et si in singula oculos leuauerimus, videbimus, quia omnis caro corrupit viam suam. Et vereor, quod turpius corrupit omnis status christianæ religionis viã suam, quam olim tempore Noe, quando terra absorpta fuit generali diluuio vt à flagitiis pessimis mundaretur. Qđ fortè & modo accideret, nisi iurasset dominus Noe aquis diluuii se de cætero non perditurum omnem carnem. Vultis audire, quid de hoc sentiat magnum illud orientalis ecclesiæ lumen, qui propter doctrinæ suæ soliditatem, & appreciationem Chrysostomus. i. os aureũ nominatur. Ait enim lib. 1. de cordis cõpunc. circa principium. Lugendum est, & verè lugendum præsentis vitę tempus, in quo tantam malorum labem, tãta videmus quotidie vitia cumulari. Sic enim omnia confusa, sic sunt cuncta resoluta, vt virtutis ne vestigium vsquam videas. Nequitiæ verò, & luxuriæ repleta cuncta conspicias. Et quod est infelicius, Vurgentium nos malorum nec sensũ capimus, nec aliis præbemus. Sed sumus velut corpus extrinsecus quidem indumentis adornatum, intrinsecus verò tabe pessimi languoris absorptum. Tale etiam cõtingit nobis, quod illis solet contingere, qui vel frenesim patiuntur, vel mente capti sunt, à quibus cum multa turpia, vel periculosa vel dicantur, vel etiam gerantur, nec pudoris tamen aliquid, nec pænitudinis capiunt, quin imo magnifici sibi, & sapientiores sanis videntur, & sapientibus. Ita & nos cum omnia, quę sanitati contraria sunt, gerimus, nec

hoc ipsum quidem, quod deest sanitas, nouimus. Ac enim si fortè in corpore parũ aliquid morbi pulsauerit, statim & medicos adhibemus, & pecuniam profundimus,&omni obseruantia,quę competunt gerimus, nec prius cessatur,quam quæ molesta sunt, mitigentur. Anima verò cum quotidie vulneretur; cum per singula lanietur, vratur, præcipitetur,&modis omnibus pereat, nec parua quidem nos pro ea cura sollicitat.

Cur corporis maioré curam, quã animę habeamus

Sed huius causa est,quod omnes pariter morbus obtinuit, & tanquam si accidat multis sub vno morbo langué tibus, præsto esse neminem sanum, certum est, quod omnes pariter corrũpat,& assumat incuria, dum nemo est, qui vel opportuna præbeat, vel importuna,prohibeat. Ita & in nobis, dum nemo sanus est,dum omnes languem⁹, alii maiore, alii minore ex parte, nemo est,qui curet, omnes enim indigent cura. Etenim si quis extrinsecus vndecũque adesset,ac præceptorum Christi,& nostrę conuersationis confusionem, ac perturbationem videret, nescio si alios magis vllos quam nos inimicos esse, & contrarios præceptorum Christi iudicaret. Et quasi qui studium quoddam habuerimus contrarium in omnibus gerere,quam ille mandauit. Hæc ille. Videamus dilectissimi si non ita est, ex eis,quę his diebus luctui propter miserias,& culpæ,& pęne, quas ex primorum parentum peccato incidimus, deputauit,in obscęna gaudia omnes turpissimè resoluimur, & quasi frenetici omni pudore postposito, etiam bestiis, & dæmonibus habitu, & peius moribus conformamur. Obliuiscitur modo monialis, professionis velũ, monachus cappã, clericus coronam, vir sexum,fęmina faceciam, virgo verecundiam. Et vtinam his diebus confusio hæc finem haberet, & non turpius in sacratissimum quadragesimæ tempus sicut assolet,continuaretur. Audiamus &dulcissimum spiritussancti organum beatum Bern. Abbatem,quid de statu nostro lamentetur. Nam in sermone de conuersione beati Pauli ita inquit. Videbatur iam cessasse persecutionis tempus,sed vt palam factum est, nunquam deest persecutio christiano, sed nec Christo. Et nunc quod grauius est, Christũ persequuntur, qui ab eo christiani dicuntur. Amici tui Deus, & proximi aduersum te appropinquauerunt, & steterunt. Coniurasse videtur contra te vniuersitas populi christiani,a minimo vsque ad maximum, à planta pedis vsque ad verticem non est sanitas in eo vlla. Si hæc sancti viri lamentabantur temporibus suis, dum adhuc argentea erat hominum cõuersatio,ne dicam aurea respectu ferreæ nostræ ætatis. Quid dicerent,quantum flerent, si nostras abusiones peruersissimas præuidissent?

Per figuras osténditur veritas Tematis; multi sunt vocati,&c.

Ecce puto iam non auribus audistis tantum, nec tantum oculis videtis, sed etiam manibus palpatis, quam pauci, & propè nulli nostris temporibus in via arcta ad vitam,quam Christus mõstrauit exemplo, prædicauit verbo,ambulant. Et quãti, immo penè omnes in via lata ad perditionem, quam diabolus suggessit,&mundus,caroq; propria allicit, nedum ambulant, sed impetu conantur Si ad idem declarandum adhuc figuras requiris,arcam Noe in vndis diluuii, quæ huius ecclesiæ figuram tenet, attende. Hæc (vt Gregorius in Homilia tricesima octaua super Euangelia. Et decima sexta super Ezechielem, ait) inferius vbi quadrupedia, & bestias continebat ampla, superius vbi homines,angusta fuit. Longitudo siquidem trecentorum cubitorum, & latitudo,60.cubitorum,& altitudo.30.cubitorum,ad vnum cubitum consummatur. Si ecclesia in carnalibus, & bestialibus,quos inse tolerat,ampla est,sinum laxat, sed vbi spirituales continet, ibi propter eorum paucitaté angustatur. Tantò vtique magis,quantò spiritualiores, quia quantò sanctiores quique sunt,tantò pauciores,ita vt tandem ad vnum cubitum colligitur .i. Christum dominum, qui solus homo in hominibus sine alterius comparatione natus

est

ſanctus. Ad idem deſeruit exitus populi Iſrael de Ægypto per deſertum in terram promiſſionis, qui ſecundum omnes figura eſt exeuntium de tenebris peccatorum per deſertum huius vitæ in terram viuentium nobis omnibus promiſſam, vt patet per apoſtolum ad litteram. 1. Cor. 10. vbi loquitur ad litteram de his, quæ contigerunt in deſerto, dicens. Omnia in figura contigerunt illis, ſcripta ſunt autem ad noſtram correptionem. Conſtat autem per paucos eorum terram promiſſionis intraſſe. De quo Orige. ſuper lib. Numerorum ait. Timendum eſt Chriſtianis, ne eo numero intrent in regnum cœlorum, quo filii Iſrael in terrã ꝓmiſſionis ſunt ingreſſi. de 625550. qui exierunt de Ægypto duo terram ꝓmiſſionis tantummodo intrauerunt. Accipe & de his, quæ natura producit exempla. Nam in tritura areæ ita grana in horreum reponenda ſub ſtipulis, & palea latent, vt penè nihil eorum reſpectu videantur. De ſpinis roſæ paucæ aculei oriuntur multi. Sed & arbor fructus bonos paucos producit, flores plures, folia verò ſine numero. Et vniuerſaliter ita videtur, vt ea, quæ proſunt, perfecta, nobilia pauca, plurima verò imperfecta, inutilia, ignobilia. Vna tantum ſpecies rationalium, plurimę beſtialium. Populares deniq; plurimi pauciores nobiles, principes pauci, vnus tãtum monarcha, imperator, vel papa. Ita ſapienter ambulantes in lege domini pauci. Stultorum verò infinitus eſt numerus Eccl. 1.

DOMINICA IN SEXAGESIMA Sermo. I. in ordine. XXI.

De actibus meritoriis, & quæ requirantur.

SEMEN cecidit in terram bonã, & ortum, fecit fructum centuplum Luc. 8.

Naſciturus fructus, ſemen prerequirit, & terram non quamcunq;, ſed fęcundã. Neq; enim ſine ſemine ager fructificat pinguiſſimus, nec fęcundat agrum quẽlibet ſemen proiectum. Actus namq; actiuarum (vt ait Ariſt. 2. de anima) sũt in patiente prædiſpoſito. Ita & nos cũ in dominica proxima vocati ſumus ad vineam domini vt fructuoſa opera producamus, fructuoſa inquam non temporaliter, ſed præmii indeficientis meritoria, vtrunque in nobis oportt eſſe, ſemen. ſ. à Deo proiectum, quod eſt gratia, & terram, arbitrium. ſ. liberum bene diſpoſitum. Nec enim ſufficientes ſumus ex nobis, aut noſtris naturalibus meritoriè operari, vt Pelagiana hæreſis mentitur, dicente domino per Oſeę 13. Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum Cui conſonat illud Mat. 19. Saluari, apud hominem eſt impoſſibile, apud Deum autem omnia ſunt poſſibilia. Hinc ad Rom. 9. apoſtolus ait. Regnum Dei non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerẽtis. Inconcuſſe ergo, & indubitanter teneamus, ait magiſter lib. 2. diſt. 28. Liberum arbitrium ſine gratia præueniẽte, & adiuuante non ſufficere ad ſalutem, & iuſtitiam obtinendam. Neq; .n. gratia ſinẽ nobis ſufficit ad merendũ, dicente magiſtro diſt. 27. lib. 2. Nullum meritum eſt in homine, quod nõ ſit per liberum arbitrium ex parte. De quo etiam Chryſ. lib. 1. de compunc. cor. ita ait. Gratia Dei nihil requirit à nobis ſed ipſa eſt, quæ facit quemque perfectum, cur non ex omnibus, cum infunditur in omnes, ſiunt perfecti? non eſt enim perſonarum acceptor Deus. Sed quoniam non ſolum gratia Dei hoc agit, ſequitur, quod & nos, quod in noſtris viribus eſt, expleamus. Idcirco venit quidem ad vnumquemq; gratia Dei ſed apud eos, qui dignè explent ea, quę in eis ſunt, permanent. Ab his verò, qui minus dignè agunt diſcedit cito. Ad eos autem, qui nec initium faciunt cõuerti ad dominum, omnino nec venit. Ex hoc duę elici poſſunt doctrinę. Prima. Non debemus gloriari in bonis operibus, vel factis tanquam de noſtris, nec ea prædicare vt noſtra, ſed dicere cum propheta. Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Secun-

cunda doctrina. Non debemus cessare quantum in nobis est agere, vt gratiam consequamur, nec peccata nostra in Deum blasphemando retorquere, quærentes excusationes in peccatis, & dicentes. Si tantã mihi gratiam contulisset, quantam s. Petro, Laurentio &c. facerem quod ipsi fecerunt. Nec attendũt tales, quoniam gratiam, quã habuerunt per inertiã perdiderunt, nec qđ ea quæ in sua habent potestate, nondum expleuerunt, Tertia autem ista per nihil ita colitur, sicut per verbum Dei, quo eruditur mens humana ad Dei cognitionem bonorum, malorumq; discretionẽ per quæ homo initium sumit suæ conuersionis ad Deum, & disponitur ad primam gratiæ susceptionem, si adult⁹ fuerit, quam tamen in paruulis dispositionem supplet virtus sacramenti. Voluntatem quoque iam gratificatã, quæ bona terra est, a lolio, & zizania, quæ inimicus homo superseminat, idest variis tentationibus defendit, secundum illud Prouer. 30 Verbum Dei ignitus clypeus omnibus sperantibus in se. Ipsam deniq; ut pluuia, & ros cęli ad germinandum excitat, & fructus multiplicandum. Ideo Moyses locuturus verba Dei orat Deut. 32. Cõcrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros, eloquiũ meum, quasi imber super herbã, & quasi stillæ super gramina, quapropter & ipsum semen fœcundum rectè dicitur, Semen vtique illud, quod cadens in terram bonam, facit fructum centuplum. quæ fuere verba pro themate assumpta Pro quorum intellectu præmittetur euangelium. Aue. Cum turba plurima conueniret &c.

Terra nostra cordis sit susceptiua seminis verbi Dei.

In hoc euangelio in summa duo proponũtur. s. seminis larga eiectio, & eiusdem varia receptio. Licet enim semen dici possit gratia Dei, tamen in proposito secundum expositionem domini semen verbum Dei est. Quod rectè semẽ dicitur, nam in ipso principium est totius spiritualis vitæ, & fructus beatitudinis æternę. Fundamentum quoq;, & substantia rerum sperandarum, quod est fides ad Heb. 11. Hæc enim non ęst nisi per auditum verbi Dei, quod prædicatores administrant. Manifestum est ergo verbum Dei totius spiritualis vitæ fore principium in eo, quod per ipsum habetur actualis fides, per quam habentur & cætera. Et hoc expresè ad Roma. 10. tangit apostolus, Fides ex auditu est, auditus autem per verbum Dei Et iterum, Omnis, qui inuocat nomen domini, saluus erit quomodo autem inuocabunt, in quem non crediderunt? quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo audient sine prædicante? Qui seminat hoc semen Christus est, qui idcirco exiit de cęlo, vt semen hoc cęleste in agris cordium nostrorũ seminaret. Hinc Matth. 13. Qui seminat bonum semen, filius hominis est. Et licet in seminis sui sparsione prędicatorum vtatur ministerio, sicut cophinis quibusdam, vt ait Augustinus. Ipse tamen solos seminator verus dici potest, quoniam ipse est, qui per suos prædicatores loquitur, quibus dat os, & sapientiam. Luc. 21. Hinc apostolus 2. Corinth. 5. Legatione fungimur pro Christo tanquam Deo per nos exhortante. Et hoc est, quod ait glo. super illo, Nisi dominus ædificauerit domum &c. Domus populus Dei est, hãc domũ dñs ædificat, sine quo interius operante frustra laborant prædicatores foris loquentes tanquã ministri ędificationis, & custodes ędificatorum. Tantum de primo.

Qui audiũt verbum Dei sunt in quadruplici differentia quidam vię comparatur.

Sunt autem auditores verbi Dei, & qui illud semen suscipiunt, in quadruplici differentia. Primi sunt ad modũ viæ, & sunt homines, qui habent carnales mentes, & quorum corda sunt totaliter data mundanis rebus. Sicut enim via communis est, & patet omnibus transeuntibus, sic corda talium communia sunt, & patent omnibus vanis, aut carnalibus, atque mundanis cogitationibus, & affectionibus, quibus continuè teruntur, & conculcantur, vt fiant dura ad omnia bona. Ideo sicut semen malum cadens super viam, non profundatur in ea, sic tales cum verbũ Dei audiũt, non radicat in eorum cor

F di

dibus, quia propter eorum carnalitatẽ, & immunditiam cogitationum,& malitiam affectionum, animus eorum nihil ad Dei verbum afficitur, ideo non conantur illud intelligere, aut memoriter retinere, nec per hoc mouentur ad compunctionem cordis, aut ad aliquid tentandum de salute sua Vnde Beda. Sunt quidam, qui verbum Dei, quod audiunt nulla fide, nullo intellectu, nulla saltem tentandę vtilitatis occasione percipiunt, de quibus dicit, qui circa viã. Semen verbi, quod in talium cordibus seminatũ est, dęmones quasi semen viæ tritæ, subito auferunt à memoria eorum, per immissiones malarum cogitationum,& affectionum, Vnde Greg. 19. moral. Maligni spiritus humanas mentes obsidentes, dum ipsis cogitationes noxias ingerunt, verbum vitæ à memoria euellunt. Et hoc voluit dominus cum exponendo parabolam dixit, Qui autem secus viam, hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & colligit verbum de corde eorum. Item sicut semen cadens super viam, conculcatur pedibus transeuntium, sic secundum Eusebium aliqui, cum audiunt verbũ Dei, permittunt postea in eis illud conculcari per fallaces seductores, qui eis dicunt, Non est res tam durè intelligenda, Deus est misericors &c.

Quidã sunt ad modum petrę. Alii habent se per modum petrę. Sicut .n. semen proiectum supra petram figit quidem radices, sed breues, & crescit aliquantulum, sed propter tenuitatem calami, & defectum humoris superueniente calore solis citò arescit, & nunquam peruenit ad fructum. Sic aliqui verbum Dei cum desyderio audiunt,& cognoscunt eius vtilitatem, & in eo delectantur intantum, quod etiam eius auditione corde compunguntur pro peccatis,& concipiunt multi propositũ bonum, cum autem venerit æstus tentationum, tunc quia non habuerunt firmam voluntatem ad bonum, sed debilem nec habent humorẽ deuotionis & gratiæ, ideò non est in eis firmatũ hoc propositũ, quare tentatione fatigati à bono proposito recedunt, & bene inchoata derelinquunt, nec ad fructum perseuerantiæ perducunt. Hoc voluit dominus, cũ dixit, Nã quod supra petram, hi sunt, qui cũ audierũt, cũ gaudio susceperunt verbum,& hi radices non habent, quia ad tẽpus credũt, & in tpe tentationis recedunt. De illis ponit exemplum Greg. in homil. hodierna, dicens, Multi nanq; cum verba contra auaritiam audiunt, eandẽ auaritiam detestãtur, rerũ omniũ contemptũ laudant, sed vt animus viderit, quod concupiscit, obliuiscitur, quod laudabat. Multi cum verbũ Dei cõtra luxuriã audiunt, pollutiones carnis non solũ perpetrare non appetunt, sed etiã perpetratas erubescunt, mox autem, vt carnis species eorum oculis apparet, sic mens ad desyderium rapitur, ac si adhuc nihil sit ab ea contra eadem desyderia deliberatum. Et glo. dicit, Multi aduenientes disputationem contra auaritiam, vel luxuriam, dicunt seculi contemptores, vel etiam castos beatos esse, sed vbi species concupiscibiles eorum obtutibus præsentantur, mox ab eis recedit, quicquid boni conceperunt, & hoc ideo, qa radices non habent. Tentatione enim probatur, an verbum Dei radices fixerit, sicut impetu ventorum apparet, si arbor sit bene radicata.

Alii habent se per modũ spineti. Tertii habent se per modũ spineti, sicut .n. semẽ proiectũ in densum spinetum, figit quidẽ radicẽ, & germinat herbam,& crescit aliquando in calamum; sed ex densitate spinarũ deprimitur, & suffocatur, & fructificat ad modicum. Sicut aliqui verbum Dei audiunt cum desyderio, & in eo delectantur, vt in priori membro, sed diuitiæ, & amor earum ad sollicitudines seu curæ, quas diuitiæ seu amor earũ causant,& voluptates, quæ ex diuitiis frequenter sequuntur, semen verbi Dei deprimunt, & suffocant in cordibus eorũ, vt nõ fructificet in bonas cogitationes, bona desyderia,& opera spiritualia. Suffocant quidẽ secundũ Greg. quia importunis suis cogitationibus guttur mentis strangulãt, & dũ bonũ desyderium ad cor intrare non sinunt, quasi aditum flatus

vitalis vetant. Hoc voluit dominus, cũ dixit. Quod auté in spinis cecidit, hi sunt, qui cũ audiunt, euntes. s. à loco ꝓdicationis, suffocantur à sollicitudinibus, diuitiis, & voluptatibus vitæ, & nõ referunt fructum. De istis membris ambobus simul Beda dicit, Sunt, qui auditi verbi & vtilitaté probant, & desyderium gustant, sed ne ad hoc, quod probant, perueniant, alios huius vitæ aduersa terrendo, alios prospera blandiédo retrahunt, & retardant. De primis dicitur, qui super petrã. De secundo, q in spinis. De tribus prædictis dicit Crysost. vt in breui plura cõpræhendam. Hi quidé tanquã negligentes audite, hi tã quam delicati, & debiles, hi verò tanquã serui facti voluptatis, & rerũ mundi, à bono desistunt. Bonus etiam est ordo viæ, petræ, & spinarum. Opus est enim primò memoriæ, & cautelæ, deinde fortitudinis consequenter contéptus præsentium. Diceret aliquis. Quis fatuus agricola semen proiiceret in viam, vel supra petram, aut inter spinas? Sic prædicator insipienter facere videtur, si ꝓdicaret indocibilibus, & indispositis, quales hic significantur. Nõ. n. sunt margaritæ proiiciendæ ante porcos. Respõdetur dupliciter. Primò ꝙ non dicitur hic, qđ seminãs proiiciat aliud secus viam &c. sed dicitur, semen cecidit, aliud secus viam &c. Sic prædicator intendit prædicare, non ineptis, sed ipse facit, quod in se est prædicando. Etsi verbũ recipitur sic, vel sic, illud est ex parte auditoris. Alio modo dicitur secundum Chrys. quod increpandus esset agricola, qui supra sensibiles spinas, vel petrã vel viam seminaret, non. n. est possibile petram terram fieri, nec viam nõ esse viam, aut spinas non esse spinas. In rationalibus hominibus verò secus est. Possibile est. n. petram conuerti in terram pinguem, & viam non conculcari, & spinas dissipari. Et ideo non est inutile prædicare etiam malis, vt fiant boni.

Cur prædicatores indispositis prędicãt

Quarti habent se per modum terræ bonæ cultæ, & mundatæ à spinis, tribulis, & aliis nociuis, & quod corda talium sunt culta exercitiis virtuosis, & mundata perturbationibus sollicitudinum, & immundarum cogitationum, ac malarum affectionum, & ab amore mundanorum. Sicut ergo semen proiectum in talem terram bonam figit radices, & germinat herbam, crescit, & fructificat in abundantia, sic semen verbi Dei in tale cor cum gaudio susceptum, figitur in eo, & memoriter retinetur, & germinat bona desyderia, & propositum firmum, quod etiam in prosperis & in aduersis retinet, & producit vsque ad fructum bonarum operationum, & retributionis ęternæ.

Et nota, quod illos, qui sunt significati per terram bonam, & in quibus semen verbi Dei abundanter fructificat, oportet habere conditiones oppositas prædictis, quæ significantur per viam, petram, & spinas. Oportet enim illos memoriter retinere verbum susceptum, & cautè custodire ne dæmones per malas immissiones tollant de cordibus eorum, aliter eis non prodesset, sicut nec cibus reiectus. Vnde Gregor. in homil. hodierna, Verba Dei, quæ aure percipitis, mente retinete, est enim sermo Dei cibus. Sicut cibus stomaco Languente reiicitur, sic quando sermo auditus in ventre memoriæ nõ retinetur.

Sed quisquis alimenta non tenet, profectò de eius vita desperatur. Eternæ igitur mortis periculum formidate si cibum sanctæ exhortationis accipitis, sed verba vitæ & alimenta iustitiæ in memoria non tenetis. Oportet igitur memoriter tenere verbum Dei, Et hoc est contrarium illis, qui secus viã, vbi venit diabolus, & tollit verbũ Dei. Secundò oportet illos esse firmatos in patientia, vt scilicet aduersa lætanter sustineant, aut cum tam moderata iustitia, vt propter ea nec malè faciant, nec ab vno cuius propositũ ex Dei verbo conceperunt, desistant, & hoc est contrarium de illos, qui supra petram. qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Sicut enim calamus, qui exurgit de semine supra petram, tenuis est malè radi-

catus propter quod ab æstu solis citò exuritur, & arescit. Sic propositum bonum, quod ex verbo Dei concipitur in corde non disposito per patientiam, debile est, & infirmum, etiam superueniente aliqua tentatione, aut aduersitate citò euanescit. Tertiò oportet eos habere contemptum præsentium, & hoc est contra illos, qui in spinis, in quibus amor præsentium, & sollicitudines suffocant verbum. De illis igitur intellexit dominus, cum dixit, Quod autem in terram bonam, hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent in memoria, & fructum afferunt in patientia &c. Oportet igitur in nobis esse cautelam, & memoriam contra primos, quia negligentes, & vagi. Fortitudinem, & deuotionem contra secundos, quia debiles aridi. Contemptum mundi, & sollicitudinis contra tertios, quia mundanarum rerum serui.

Modica vel nulla spes salutis corũ qui verbum Dei omnino non audiunt.

Sed si negligentes verbi auditores à domino arguuntur, quid quæso de illis sperandum est, qui verbum Dei omnino non audiunt, qui vt ait apostolus secundo ad Timoth. quarto à veritate auditum auertunt, ad fabulas autem conuertuntur, qui scilicet festos dies in mundi vanitatibus deducunt, quid de eis sentiendum, nisi quod Christus Ioann. octauo, ait, Qui ex Deo est, verba Dei audit, ideo vos non auditis, quia ex Deo non estis? Certè modica, vel nulla spes est de eorum salute, vt Gregor. ait, quoniam per se non faciunt, nec in libris legunt, nec in sermonibus erudiuntur, quid agendum sit, quid vè fugiendum, quomodo ergo vel bonum norunt facere, vel quæque pessima declinare.

Nec tales prædicatorem spernunt, sed seminatorem, qui est dominus, vt dictum est dicente eodem domino Ezech. tertio. Nolunt audire te, qui nolunt andire me. Nonne ipsi sunt, qui opere dicunt prędicatori, sicut olim populus ille duræ ceruicis Moysi. Recede à nobis, vt seruiamus Ægyptiis Exod. decimoquarto. Immo domino dicunt, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Iob vigesimoprimo. Et iterum, Quis est omnipotens, vt seruiamus ei, & quid nobis prodest, si orauerimus eum? Et statim præmittitur, Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Sed audiant, quid dominus comminatur Matth. decimo. Quicunque non audierint sermones vestros (loquitur ad apostolos, quos misit ad prædicandum) Amen dico vobis, quia tolerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicii. Formidabiles denique eis pęnas comminatur Hiere. sexto, quibus verba Dei facta sunt opprobrium, vt audire non possint. Quare charissimi & si non Deum, diuinum tamen iudiciũ formidantes, de cætero cum diligentia audiamus verbum Dei, & custodiamus illud, non vt pęnas perpetuas, sed fructum centuplum consequamur. Pręstante do. &c.

DOMINICA IN Sexagesima Sermo I. in ordine. XXII.

EXIIT qui seminat seminare semen suum. Luc. 8.

{Conducti sumus ad operandum in agro ecclesiæ dominica præcedenti.

Semẽ q̃ in agro lib. arb. seminare debemus est verbũ Dei.

Adest seminis ministrator, seminis vtique boni, afferentis in terra bona fructum tricesimum, sexagesimum, vel centesimum. Sunt autem tria, quæ in agro materiali seminis fructum suspendunt, via, scilicet petrę, & spinæ. Ita in agro spirituali animæ nostræ, si clausus fuerit, si eiecti lapides, si eradicatę spinæ, semen fidei, quod est per verbũ Dei, domino dante dat incrementũ infusæ desuper charitatis. Quid .n. semẽ salutis nisi fides, quæ sperandarum substãtia ẽ rerũ. He. 11. Sic semẽ supbia

est

est fructus excrescentis. Quia vero dominus id semen interpretari dignatus ē verbū Dei, ideò est quia p verbū Dei fides in nobis generatur. Rom. 10 Fides ex auditu &c. Verbū ergo Dei semen dicitur ratione fide, quā in nobis generat, sine qua inutilis est, & fructificat nihil. Incrementū autē charitas intelligitur, vel gratia, quam sol⁹ Deus dare potest, sicut ait apostolus. 1. Cor. 3. Deus autem incrementū dat. Opus verò charitatis, & virtus operis, fructus intelligitur præsens. Præmium verò beatitudinis, futurus, vtrunq; tangit apostolus Gala. 5. Fructus aūt spiritus, pax benignitas. Impediunt autē charitatis infusionem suggestiones diabolicæ dum eis consentitur. Duritia peccatorum, quæ gratiæ (volēte dño) cōtrariat, atq; sollicitudo tēporaliū in ipsis finē constituēs Contra quæ custodimus vineam ne sit corruptoribus peruia, si nō omni spiritui credámus. Si probauerimus an spiritus ex Deo. 1. Ioan. 4. Sollicitudinem moderamur, si primum regnum Dei q̄rimus, & iustitiam eius, vt cętera nobis adiiciantur Mat. 6. Lapides eiicimus, si de peccatis pęnitentiā agentes, ipsa per confessionem, & sacramentalē absolutionē repellimus. Vt ergo agrum cordis nostri diuino semini pparemus, verbum Dei intenta cordis auditione audire curemus, quia exijt qui seminat &c. Pro gratia Aue.

In isto euangelio duo nobis proponuntur .s. seminis larga eiectio, & eiusdem varia receptio. Semen nanq; exponente domino, vt sup. sermone præcedenti vsq; ad illud apostoli. Vnde apostolus 2. Cor. 5. Nec solum per bonos, sed etiam malos prædicatores veritatem populo annunciantes ipse loquar, sicut per Iudam, qui cum aliis missus ē. Matt. 10. & Balaam Num. 24. Item de Caipha habetur Ioan. 11. quod à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit. Spiritu autem sancto reuelante non sibiipsis, sed nobis ministrabant prophetæ 1. Pet. 1. Ex qbus sequitur q̄ sibiipsis valde sunt periculosi, multūq; culpabiles, qui verbū Dei audire negligunt, in excusationem quandoq; prædicatoris vitā malam allegantes. Hi nāq; cū semē vitæ reiiciūt, se fructu perpetuo priuant, nec ei seruire valent pro vita acquirenda, cuius seruitia qualia esse debent, audire contēnunt, quos ignorantia non excusat, sed accusat, quia ignorans ignorabitur 1. Cor. 14. Stultus valde iudicaretur, qui donariis magnis à principe per ignobilem missis propter nuncii vilitatem se priuaret, ita in proposito. Grauem deniq; incidunt culpam, quia non prædicatorem, sed dominum, cuius veritas denunciatur, spernunt ipso dicente: Qui vos spernit, me spernit. Luc. 10. Quamdiu nanq; in loco prælationis constituti veritatem sine errore prædicant, audiendi sunt, licet in vita minimè sint sequendi, quod apertè dominus docet Matt. 23. cum dicit: Super cathedram Moysi sedebunt scribæ, & pharisæi, omnia quæcunq; dixerint vobis, facite, secundum opera autem illorum nolite facere. Ipsi denique mali prædicatores licet pro vitę suæ malitia amplius ferientur quam si non prædicarent, pro quantò indignè verbum Dei ministrāt, iuxta illud psal. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? Et sequitur: Arguam te: & statuam cō tra faciem tuam. psal. 49. Non tamen ideo prædicatio spernenda, sed magis in hoc Deo amplius obligamur, qui etiam nobis gratiam verbi non subtrahit, sed ne nos errare permittat, etiam per indignos ministrat, in hoc suæ dignitati nostram vtilitatem anteponēs. Sumus tamen frequenter nosipsi in causa, quorum peccata merentur, vt indignis præpositis gubernemur. Hinc Iob 34. dicitur. Propter peccata populi Deus regnare facit hypocritā. Quapropter non iudicemus, sed magis eis condolentes nostris peccatis imputemus ne quacunque accepta occasione verbum Dei, quod in omnē terram largiter sparsit dominus, à nobis quomodolibet repellamus.

Variam deinde recipientium distinguit dñs qualitatem, quos quadrupli-

ci differentia distinguit sub figura.s.viç petræ spinarum,& terræ bonę. Primi tres inutiliter audiunt, quia primi secundum Chris.quasi negligentes, & va gi,secundi quasi debiles, & aridi, tertii quasi voluptatis, & mundanarum rerũ serui à bono desistunt, quarti verò auditores, quia contra prædicta se muniunt debita cautela, & memoria con tra primos,fortitudine,& deuotione cõ tra secundos,contemptu mundi,& sollicitudinis contra tertios,ideo tenaciter verbum Dei recipiunt, & fructum boni odoris afferunt in præsenti, per quem consequentur præmium centuplum in futuro. Sunt ẽt quidam omni bus istis deteriores,qui nec aure cordis (vt Greg.ait)nec corporis,verbum Dei dignantur audire sed magis delectantur in fabulis, & vanis sermonibus, de quibus 2.ad Tit.4. A veritate, inquit, apostolus,auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur, quia dies festos totaliter in vanitatibus,ratiocinijs placitis mercantiis deducunt, de quorum salute non multum est sperandũ, sicut nec infirmi medicinam non volẽtis. Timendum valde est de illis,ne forte ex Deo non sint,dicente domino Io. 8.Qui ex Deo est, verba Dei audit,propterea vos non auditis,quia ex Deo nõ estis. Quare omni diligentia curemus verbum Dei attentè,& vtiliter suscipere, vt centuplũ eius fructum consequi mereamur. Tantum de primo.

Quibus seminibus anima nostra steri lescit.

Semẽ cecidit in terram bonam &c. Vt terram nostram bene disponamus ad duplicis seminis, verbi s. & gratiæ, vtilem susceptionem,congruit scire, q. bus ipsa sterilescit, vt s.c. diligentius ad horum eradicationem laboremus, secundum illud Boetii lib. 3.metro.1. Qui serere ingenuum volet agrum, Li berat arua prius fruticibus Falce, rubos, filicemq; resecat. Quamuis autẽ omnia peccata agrum nostræ animæ, à fructificatione impediant, per morta le tamen peccatũ pęnitus fit sterilis, & infęcundus,quod vt magis detestemur, & caueamus,videndum est,quanta nobis damna infert vnum mortale peccatum. Colliguntur autem in compendio quadraginta septem horribilia damna. Sed fauendo breuitati sufficiat hic qua tuor numerare. Primò nanq; peccatum mortale tollit gratiam, & charitatem, sine qua nemo placet Deo, vt dictũ est in introductione,altissimus odio habet peccatores.Ecc.13. & ita neque gratos, neq; charos Per hoc autem, quod homo perdit gratiam, per peccatum separatur à Deo,cui per gratiam fuit coniunctus,secundum illud Esa.59.Peccata vestra diuiserunt inter vos, & Deũ vestrum.Spiritus enim sanctus non solum gratiam dat ad se cõuersis, sed primum donat seipsum,secundũ illud Ro. 5.Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum,qui datus est nobis. Hunc ergo aufert peccatũ,ne sanctificatiuè inhabitet.Separat & à cõ munione sanctorum,& ecclesię, vt merita per charitatẽ cõmunia peccatorẽ non contingant. Non.n.potest mẽbrũ mortuũ capere influxum corporis viuẽ tis.Coniungit autem diabolo,& obligat peccatorẽ debito mortis ęternæ. Duæ siquidem sunt ciuitates secundum Au. in de ciui.Dei lib.14.cap.28.cælestis,& Babylonica, præter quas alia non est. Vnde,qui eijcitur de cęlesti Hierusalẽ, fit ciuis Babylonis,cui præsidet diabolus. Quod verò sit debitor mortis, habetur ad Ro.6. Stipẽdia peccati mors.

Secundo mortificat animam.

Secundũ dãnũ est,quoniam mortificat animã,& omnia opera eius. Primũ patet per illud psal.14.Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Et ex præmissis planè sequitur, quod cum gratia auferat spiritũ sanctũ animã viuificantẽ. Secundũ patet per illud Sap. 4.Impii si videantur fęlices, eradicabũ tur tamen, & fructus eorum inutiles. Cuius ratio assignatur, quia vita secunda vniuersaliter præsupponit vitã primã 2.de anima. Cũ ergo peccatũ aufert primã vitã animę,per quã anima viuit spiritaliter in esse supernaturali,& gratuito,sequitur,quod tollat vitam secũdã.i.operationem meritoriã. Vnde patet, quod quamdiu homo peccato mor tali est obnoxius, omnia opera sua bo-

na moraliter, puta ieiunia, orationes, elemosynæ, ita sunt mortua, vt quantũ cunq; postea resurgat a peccato, etiam finaliter saluandus, nihil pro his æternæ beatitudinis, nullum gloriæ gradũ reportaturus sit, nõ plus, q̃ si talia non egisset. Exempligratia. Si homo triginta annis in mortali peccato viuit, & in 31. anno conuertitur per pænitentiam gratiamq; acquirit, in qua eodem anno moritur, ille homo præmiabitur in cœlo secundũ gratiã, quã habet, & opera sola in 31. anno facta, & non secundum opera quantumcunq; in 30. annis operata, etiam si 30. ecclesias 30. hospitalia fundasset, si continuis 30. annis, quibus in peccato fuit mortali, ieiunio, & disciplinis suũ corpus acerrimè castigasset. Dura videretur hæc sententia, & incredibilis, si non aperto scripturæ testimonio probaretur. Audiamus itaq; Paulũ 1. Cor. 13. dicentẽ, Si linguis angelorũ loquar, & hominũ, charitatẽ autẽ non habeamus, factus sum &c. Si prophætiam habuero, & mysteria nouerim, & omnem scientiam, & fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem &c. nihil sum. Etsi in cibos pauperum tradidero omnes facultates meas, & corpus meum, ita, vt ardeam, nihil mihi prodest. Hæc ille. Non tamen ideo peccatores cessare debent à bonis operibus, quoniam licet non æterno præmio retribuentur, tamen condign: ab eo, qui nec minimũ bonũ relinquit irremuneratũ.

Tertiò mortificat omnia opera bona.

Tertiũ damnũ quod affert vnũ mortale, est, quia mortificat omnia opera bona, & meritoria prius ex charitate elicita, secundum illud Eccle. 10. Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Cum enim peccatum mortale secundũ præmissa ponat hominem extra statũ gratiæ in statum damnationis, in quo si moritur perpetuò cruciabitur, sequitur, quod opera bona, quę fecerit ex charitate, nunquam prẽmiabuntur æterna gloria, & per consequens mortificantur. Et hoc expresse per Ezech. 18. dominus clamat, Si inquit, iustus, auerterit se à iustitia sua, & fecerit iniq tatem, nunquid viuet? Omnes iustitię eius, quas fecit, non recordabuntur. Verum inter hæc opera, & priora talis est differentia, quoniam per pænitentiam mortificata reuiuiscunt, sed non opera mortua. i. extra charitatem facta Manet enim semper in peccatore ius quæsitum ad præmium condignum accipiẽdum cessante impedimento, quod si nõ cessabit, nunquam recipiet mercedem.

Quarto disponit & inclinat ad vtiliora peccata.

Quartum est, quoniam disponit, & ad vtiliora peccata, secundũ illud Grego. 27. moral. Peccatum quod per pænitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Videmus quidem experimentaliter; quam facile peccata iterant, qui innocentiam perdidere. Huius autem gemina ratio dari potest, quoniam peccata quandam habent inter se connexionem, sicut etiam vitutes, licet non tantam. Vnde adulter magis dispositus est ad homicidia) vt Dauid odia furta, superbiam &c. & sic de aliis. Secunda quia actus relinquit post se habitum, vel saltem gradum eius ad similem actum inclinantem, vt dicitur 2. Eth. Ex actibus frequentatis &c. Ideò valde cauendum est ab iteratione peccatorum, quia difficile ab eis resipiscitur propter vitiosum habitum. Hinc dicitur Hierony. 13. Si mutare potest Æthiops pellẽ suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cũ didiceritis malum. Malum didicit, qui longo consuetudinis exercitio mala cumulauit. Quod valde attendendum est ab his qui diebus suæ valetudinis frui volunt in peccatis, præsumentes conuerti tandem in senio, quibus si dimittere peccata nunc est difficile, quantò difficilius erit dimittere ea iam longa consuetudine quasi versa in naturam? Et vt paucis singula concludam. Sicut omnia sanctis in bona, ita omnia peccatoribus conuertentur in mala. Eccl. 39. Quare tanta damna vitantes, peccatorum mortalium vepres à nostro agro eradicantes, satagamus agrum animæ nostræ virtutibus colere, vt susceptum domini verbum fructum faciat centuplum. Tantum de secundo. Audistis, quomodo terra nostra peccato

mortali redditur sterilis, in fęcunda. Videndum nunc esset, per quid fęcundetur vt fiat terra bona, in qua semen proiectum fructificet centuplum, sed temporis breuitas iubet alteri sermoni reseruare.

DOMINICA IN QVINquagesima Sermo I. in ordine. XXIII.

QVI prębant, increpabant eum, vt taceret. Luc. 18.

Lamentabile damnum, & terribile omnibus salutis suę cupidis plãgendo nobis commemorat sancta mater ecclesia his diebus, casum. s. primorum parentum, qui ita in propagine inualuit, vt licet omnes homines, ad imaginem Dei facti sint, vt æternam adipiscantur salutem (secundum illud 1. ad Timo. 2. Qui vult omnes homines saluandos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire.) Pauci tamen ex plurimis eam adipiscuntur. Certissimũq; ac verissimũ experitur illud. Mat 7 Lata est porta, & spaciosa via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam, quam angusta porta, & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci, qui inueniunt eam. Neque hoc ad multitudinẽ infidelium, & paucitatem credentium referendum dumtaxat putemus, sed de credentibus, qui christiani dicuntur, verissimum esse facile perpendi potest. Cũ enim nemo saluari possit, nisi qui rectè ambulat secundum veritatem euangelij. Non enim omnis, qui dicit, domine, domine (ait veritas) intrabit in regnum cęlorum, sed qui audit verba hæc. s. euangelica, & facit ea, vbi supra. Mat. 7. Manifestum quoque sit paucos esse christianorum, qui sic ambulant, dubium esse non potest paucos ꝑuehi ad salutem. Paucitatem autem sic ambulantium lamentatur Chrys. li. 1. de compunc. cor. ita dicens, Si quis extrinsecus vndecunque adesset, ac præceptorum Christi, & nostrę conuersationis confusionem, ac perturbationẽ videret nescio, si alios magis vllos, quã nos inimicos esse, & contrarios præceptorum Christi iudicaret, & quasi studium quoddam habuerimus contra in omnibus gerere, quę ille mandauit. Et beatus Bern. sermone de conuersione sancti Pauli, Videbatur, inquit, iam cessasse persecutionis tempus, sed vt palã factum est, nunquam deest christiano persecutio, sed nec Christo. Et sequitur, Coniurasse videtur aduersus te vniuersitas populi christiani. Christum persequuntur, qui ab eo christiani dicuntur, à minimo vsque ad maximum, à planta pedis vsque ad verticem non est sanitas in eo vlla, Hæc ille. Hoc memoriæ nostræ ecclesia intulit, dum in euangelio dominicæ in septuagesima nos tremendam hanc vocem audire facit. Multi sunt vocati, pauci verò electi. similiter idipsum in euagelio dominicæ sexagesime designat, dum seminis verbi Dei (sine quo fructum beatitudinis nemo consequitur) tantum quartã partem fructificare, tribus partibus in via, terra petrosa, & inter spinas receptis pereuntibus denotauit, Hoc etiam euangelium hodieruum designat dum vnum ad viam salutis tendentem, & vt illuminari mereretur voce magna clamantem multitudo non extraneorum, sed Christo adhærentium impediuit. Nam qui præibant, increpabant eum vt taceret. De quo pro gratia Aue ma.

In illuminatione cęci paucitas saluandorum prę ponitur.

Primò recitabitur euangelium cum summaria declaratione. Secundo elicitur doctrina cum exhortatione.

Conuersio nostra quõ incipiat & progrediatur.

In euangelio præter miraculum ad literam factum paucitas christianorum salutem consequentium allegoricè designatur, conuersionisq; eorundem principium, & progressus. Primum in eo, quod inter multos vnus duntaxat verũ lumen petiit, & hunc in sua petitione prætereuntium multitudo suis increpationibus perturbauit. Et qui fuerunt præcedentes euntem Christum? Vtiq; christiani, sed nomine tantum, non opere, & veritate. Nam nisi verbo Christũ faterentur, non illi adhærerent, non cũ illo ambularent. Si opere illũ confiterẽtur,

tur,& veritate,iā nō illū præcederent, sed imitādo sequerētur. Præcedūt nāq; ducē,q illius ducatu contēti nō sunt,ip si sibi semitā qua ambulēt, quærūt,qui sua volūtate nō illius pceptis dirigun-tur,ac regulis. Nā q sequit iter suū,ac passus præcessoris sui gressibus modera tur,qui verò præcedit,ipse sibi ambulā di regula est. Itaq; Christū præcedere intelliguntur, qui suā dño præferūt vo luntatē,primò sibi, deinde illi moliun-tur peruerso ordine complacere. Contra quos Sapiens. Eccl.2.ait, Oculi sapientis in capite eius,stultus autem in tenebris ambulat. Quæ exponens beatus Grego.ho.2.super Ezech.ait, Tunc in capite oculos habemus,cum viam re demptoris nostri, qui est caput omniū nostrum tacita cogitatione conspici-mus, & omnis nostra intentio in eius se imitatione erigit,ne si vias lucis aspi cere oculus mentis neglexerit, statim clausus in erroris tenebras cadat. Ab il lis ergo,qui luce in Christum præcedūt impediri solet,qui corde ad dominum, & opere pro sua illuminatione clamat. De quo clamore beatus Aug. serm.18. de verbis euange.ita ait, Apertè dico, Timeo enim & Iesum transeuntem, & manentē,& ideo tacere non possum Bo nos christianos verè studiosos,volentes facere prçcepta Dei, quæ in euangelio scripta sunt, christiani mali, & tepidi prohibent. Turba etiam, quç cum domino est, prohibet clamantes.i bene operantes, ne perseuerando sanentur. Et qūo prohibentur?verbis,&operibus. Nam siquis incipit contemnere mūdū spernere cū suis voluptatibus seculum, dispergere sua,& dare pauperibus.Hoc enim est clamare ad Christum,ne fortè ad idem Aug.dicit,simus strepentes,vocibus,& muti moribus. Qui inquā sic voce, & opere ad Christum clamant, omnes sui cognati, amici, vicini, affines,qui diligunt seculum contradicūt, dicentes. Quid insanis?Nimius es,ista dementia est? Nunquid alii non sunt christiani? Ista stultitia est &c. Nec solis vocibus comprimunt bonos christianos mali,sed & malis operibus,& exē-plis, quorum malè viuentium multitudo est innumerabilis,sicut scriptum est Stultorum infinitus est numerus.Eccle. 1 Ecce quomodo vno conuerso non solum plurimi conuertuntur, sed etiam hunc ne conuertatur, & viuat totis nituntur conatibus impedire.

Peccator se cōuertens ad Christū quid faciat.

Sed quid faciet cçcus pro sua illuminatione addñm clamans.i.peccator cōuerti desyderās? Nā oīs peccator cçcus, quia oīs malus ignorās 3.Eth.Certè clamet,dicit Aug. Nō deficiat,neq; ducatur quasi autoritate turbarum, nec eos qui priores christiani sunt malè viuentes,& bonis operibus inuidentes imitetur. Non dicat,qūo viuunt illi tā multi, sic viuam & ego,memor scripturæ, Ne sequaris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio populorum acquiescas sententiæ, vt à verò deuies. Exo.23. Sed constanter perseueret clamando (etiam in turbas increpantes,insultantes,reuocantes)ad dñm, quousque perueniat clamor eius ad Iesum. Nam qui perseuerauerit,ait Aug. non attendens turbas prohibentes, neque magnipendēs, quod videntur cum Christo ambulare.i.quod christiani sunt, si plus amauerit lucē, quā Christus daturus est, q̃ timuerit strepitū prohibentē,nullo mō sepabit,sed stabit Iesus,&exaudiet illū

Quid autem primum patet quis in initio suç conuersionis, sua petitione cæcus ille ostēdit, q non aurū sed lucē quærit, paruipendit extra lucem aliquid quærere. Quoniam & si habere cçcus quodlibet potest, sine luce tamen non potest videre, quod habet. Imitemur ergo eum fratres ait Gregor. in homil. quem & corpore audiuimus, & mente saluatum. Non falsas diuitias, non terrena dona,non fugitiuos honores à domino, sed lucem petamus.Nec lucem illam, quæ loco clauditur, quæ cū tempore finitur, quæ noctiū interruptiōe variat, quæ à nobis cōiter cum peccatoribus cernitur. Sed quæramus lucem iustitiæ, quatenus oculis mentis videre possimus,& cognoscere, & semp videre,quç iusta sunt,& placita deo. Iustitia.n.via est, qua venitur ad illam

con

lucem, quam cum solis angelis videre possumus, quam nec initium inhoat, nec finis angustat. In die enim vltionis, quo electi assumentur ad hanc lucem, reprobi in æternas mortis tenebras retrudentur. Non proderunt diuitiæ, sed iustitia liberabit à morte Prouerb. 11. Apertis autem oculis cordis, ac cognito lumine iustitiæ, iam proficiscendum est facto, & opere imitando & sequendo Christum. Sic enim de ceco dicitur: Confestim vidit, & sequebatur eum. Quo? Haud dubium quin ascendentem in Hierusalem. Qua via? tribulationis. Nam & dominus ascendit vt pro nobis traderetur ad illudendum &c. quicquid ex homine suscepit Sic & in nobis crucifigatur homo vetus, homo carnalis, genitus ex carne parentis, vt viuat in nobis, quod natum est ex Deo per gratiam regenerationis sicut dicit apostolus: Semper mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu in corpore nostro manifestetur. 2. ad Corint. 4. Et tantum de mysticatione euangelij.

Propter paucitatem electorum nunquã tãquam, securi de nostra ꝓsumam⁹ salutem.

Ex his quo ad secundum principale hanc doctrinam notemus. Quia enim multiplici testimonio audiuim⁹ reproborum multitudinem, electorum paucitatem, nunquam de nostra salute quasi securi præsumamus, sed semper tremuli timeamus, ne à paucis electis separati, tandẽ cũ turbe multitudine peamus. Nequaquam nobis sufficiat in presenti tẽpore inter fideles, & inter christianos numerari. Nam ouile sanctæ ecclesię hædos cum agnis recipit. Sed attestante euangelio cum iudex venerit bonos à malis separabit, sicut pastor segregat oues ab hedis. Matt. 25 Quomodo enim qui non timet, saluabitur? Nam secundum Boe. 2. de consol. prof. 4. Perexile bonum est quod equo animo feratur amissum. Qui ergo in tãtis vitæ præsentis periculis beatitudinem non pertimescit amittere, nõ hãc præciosam, sed vilem autumat Et qui vilem æstimat, non pro illa perseuerater laborat, sollicitè cauendo peccata, & operando bona. In timore autem domini declinatur à malo. Prouerb. 16. quia qui Deum timet nihil negligit. Eccl. 7. Cuius rationem beatus Berna. serm. 14. de diuersis assignat. Quoniã contra negligentiam (ait) timor exurgit. Nimirum ipse est, quo concutitur anima omnia discutit, ducitur consciẽtia, excutitur sopor lętalis, incurritur sollicitudo. Hic principium est donorum spiritus, quia initium vnde oritur salus, sicut per Esa. dicitur: A timore tuo concepimus & peperimus salutem eiusdem 26 & Eccle. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore. Et merito: Qui enim verbi Dei credulus non timeat, & toto corde contremiscat, dũ veritatis testimonio (cui falsum subesse impossibile est) audit, numerosiorẽ fidelium partem æternis exponendam suppliciis? Et ecclesiam Dei (sicut arcam Noe) in ea parte vbi iustos continet, augustam esse, in ea verò parte, vbi animales habet, & bestiales latam. Quis per aquam nauigaturus, in qua frequenter etiamsi vt in paucioribus periclitantur nauigantes, aut per nemora latronibus obsessa, siue etiam ad bellum, in quo plurimos casuros æstimat iturus, non totis visceribus concutitur atq; pauore, & timore contremiscit? Et ecce in hoc mari magno, & spacioso huius seculi nauigamus, in quo euadunt pauci, plurimi absorbentur. Sed & viam, qua ambulamus, obsidet multitudo latronum, ipsi dęmones nos spoliare gratuitis, vulnerare in naturalibus, & tandem omnes abripere laborantes. Teste nanque domino Iob. 40. Absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam q; influat Iordanis in os eius. Quæ exponens Greg. homil. 26 Antiquus inquit, hostis humani generis fluuium absorbuit, quia à mundi origine vsq; ad redemptoris aduentum vix paucis electis euadentibus, in ventrem suæ malitiæ genus humanum traxit. Nec miratur quia pro magno non habet q; infideles rapit, sed habet fiduciam q; fluat Iordanis in os eius, quia postquam infideles cunctos ab origine

mundi

mundi rapuit,adhuc se posse etiam baptizatos suscipere præsumit. Nam ore pestiferæ persuasionis quotidie deuorat, in quibus à confessione fidei vita reprobat, & discordat. Deniq; bellum continuum gerimus contra mundum, carnem,& spirituales nequitias,inimicos fortissimos, alios inuisibiles, alios domesticos,qui plurimum vincũt, quia non fatigantur, raro vincuntur. In tantis ergo periculis constituti, quis ratione fretus non timebit ? Nam si iustus vix saluabitur,impius, & peccator vbi parebit? ait Petrus 1. Pet.4.

Timor animedus, sed non desperatus & torpor excutiẽd⁹.

Nos ergo charissimi torporem omnẽ, & negligentiam excutiamus,assumentes timorem,non quidem desperatum, quoniam etsi saluari apud homines nõ modo difficile sed impossibile est, sed apud dominum omnia possibilia sunt. Matt. 19. Timorem ergo nostrum spes sustentet ne defluat in desperationem, & spem timor deprimat, ne euanescat in præsumptionem,vtrunq; spes, & timor nos a somno, & torpore negligentiæ excitet,ne inertia pereamus.Recordamini q̃ non dormientibus , neq; fatuis,non inertibus,aut pigris,sed vigilanter laborantibus, legitimè certantibus,corona regni debetur Regnum .n. cęlorũ vim patitur,& violenti rapiunt illud,ait veritas Matth 11 Et pręco veritatis:Nemo coronabitur nisi qui legitimè certauerit 2 Timot 2.Quomodo pleni peccatis saluari præsumimus sine labore,cum ille, qui peccatum non fecit,non sine maximo labore , & pęnitẽtia in gloriam introiuit,vt tangit Gre. in homil.Itaq; excitati à somno peccati, & negligentiæ. Primum cum ceco nostro ad dominum transeuntes vt ad agenda illuminemur,clamemus.Deinde illuminati in bonis proficiendo illũ fortiter sequamur. Nihil nos terreant, qui illum præcedunt.Nos sequamur quatenus suo ductu ad gaudia venire mereamur æterna.

Amen.

DOMINICA IN QVINquagesima. Sermo. II. in ordine . XXIIII.

VIDIT, & sequebatur illum. Lucę 18.

De humani generis exceca-tione ꝑ peccatũ.

In hoc tempore luctus, quo mater ecclesia plangit flebilem hominis ex casu Adæ conditionem, non modo flere debemus filii cum flẽte matre,sed & vt miseriam,quam incidi⁹ valeamus euadere , & ad amissa venire gaudia,laborare.Eiectus nanque homo de voluptatis loco, gratuitis spoliatus in naturalibus vulneratus, adhuc qualicunq; desyderio naturali ad amissam beatitudinem tendit.Alioquin quomodo in omnibus , quæ prosequitur , bonum aliquod appeteret,vt dicitur 1. Ethic. Sed cęcus iuxta viam sedet.Cęcus vtputa nesciens, & ignorans vbi verum bonum quod appetit inueniat.Iuxta viam sedet, quia falsis & transitorijs adhæret delectationibus,quæ non sunt via ad illud verum summum,& delectabile bonum,sed deuia quædam.De quo Boet 3.de conso.prosa.2.Est inquit mẽtibus hominum v eri boni naturaliter inserta cupiditas , sed ad falsa deuius error abducit. & prosa.3.Ad verum bonum naturalis ducit intentio, & ab eo multiplex error abducit , immo excecat,quia teste Aug. sermone 18. de verbis euangelii,cupiditas, auaritia,iniquitas,concupiscentia secularis (glosa Cupiditas voluptatis,auaritia rei inutilis,iniquitas opprimentis potentiæ,cõcupiscentia secularis superbiæ) turbat claudit, excecat oculum cordis , & tamen hæc sunt,quibus homines ceci tã quam bonis adhęrent , sed misericors dominus, dum pro huius ceci illuminatione,atq; deiecti erectione placuit appropinquare Hiericho per infirmæ,ac mortalis carnis nostræ assumptione,vt vult Greg. in homil.Hiericho enim,q̃ Luna interpreratur , defectum nostræ mortalitatis designat.Dũ ergo in carnẽ venit,qui via,veritas est, & vita. Ioan. 14 quia vita,hominem sedentem ad se desy

desyderandum erexit, quia veritas, cecũ illuminauit, quia via errantem reuocauit, atq; perueniendi ad vitam, quã perdidit, ducatum certissimum sibi dedit. Beneficio itaq; Iesu appropinquantis Hiericho, homo prius cecus sedẽs, & errans surrexit, vidit, & sequebatur illum. Declarabitur ex euangelio quasi in summa, & breuiter latens ibi mysterium.

Creato homine perfecto, & sano positoq; in paradiso delitiarum, dedit dominus præcepta sano, ne medico indigeret, præceptum vtiq; suaue, & facilis obedientiæ. Siquidem vt per obedientiæ bonum Deo adhæreret, vnam interdixit arborem, sed alias non subtraxit, facilis obedientia, in paradiso cõstituto, in media opulentia, medijsque delitijs, concessis omnibus, ab vnius tãtum arboris fructibus abstinere. Sed ecce dum peruersè voluit imitari Deum, dum propria voluit potestate vti, vt nullo sibi dominante, fieret sicut Deus (quia Deo vtique nullus dominatur) præceptum rumpere delectauit, vt dicit Aug. serm. 34. de verbis euangelij: Sicq; malè elatus, malè præsumens, futurus mortuus recedendo à via iustitię soluit præceptum, excussit à ceruice disciplinæ iugum, habenas non vescendi in libidine, sed exaltandi animositate dirupit. Hæc August. Sanus ergo præcepta contempsit, & experimento sensit in quantam sui perniciem præceptũ illud contempsit. Ecce & nos ab illo nati, & in illo mortui sumus. In illo (sicut apostolus dicit) omnes peccauimus, ægrotare cepimus, laboramus in lecto, infirmati sumus, sed non desperemus. Quia enim ad medicum venire nõ poteramus, ipse ad nos venire dignatus ẽ. Appropinquauit medic⁹ Hiericho vbi nos iacebamus, sed nunquid vt ibi maneret in infirmitate, in defectu? Absit. Appropinquauit Hiericho, vt inde ascenderet Hierusalem sanato ægroto sedente, immo iacente ceco homine. s. vt dictum est infirmato, secumq; eueheret hominem, quem sanarat. Hierusalẽ dico, non illam inimicorum obsidione vallatam, & tandem euictam, & prostratam, sed Hierusalem supernam vrbem fortitudinis Syon, ciuitatem benedictionis, habitaculum pacis, locum totius abundantiæ, & suauitatis. Lauda (inquit propterea) Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem, adipe frumenti satiat te. Non itaq, contempsit saucium contẽptus a sano, non destitit dare alia præcepta languenti (qui prima custodire noluit) ne langueret. Præcepta magis laboriosa, calicem amarum, calicem tentationum calicem tribulationum, angustiarum, passionum, quib⁹ abundat hæc vita, hunc nisi biberit, sanari non poterit. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei, inquit, apostolus Act. 14. Et 2. ad Tim. 3. Omnes inquit, qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patientur. Hæc est via ducens de Hiericho mutabilitatis in Hierusalem æternæ stabilitatis & quietis.

Dedit dñs pcepta hõi sano, ne medico indigeret.

Et ne fortè languidus dicat medico non fero, non bibo, prius bibit medicus sanus, vt bibere nõ dubitaret ægrotus. Ecce inquit, ascendimus Hierosolymam, & filius hominis (quod ex homine temporali natiuitate assumpsit, non quod natiuitate æterna ex patre Deo sine initio fuit, hoc quidem quicquid ex homine est) tradetur gentibus illudetur, flagellabitur &c. Præcessit medicus, necesse est sequatur ægrotus. Ipse deniq; dicit: Qui mihi ministrat, me sequatur. Ioan. 12. Crucifigatur, & in nobis filius hominis, homo vetus, homo carnalis, genit⁹ ex carne peccati primi parẽtis, vt viuat in nobis, quod natũ est ex Deo per gratiam regenerationis: sicut dicit apostolus 2. Cor. 4. Semper mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu in corpore nostro manifestetur. Voluit aliquando peruersè imitari dominum adhuc in paradiso manens homo, & cecidit factus mortalis descendit dominus, hominem suscepit, præcessit,

Medicus noster ipse pri⁹ medicinam bibit q̃ eã ægroto porregeret.

sit,vt habeat homo, in quo suum creatorem rectè imitetur,& resurgat futurus immortalis.Omnia amara ille ptulit,vt nihil nos refugiam?. Quid enim amarum est in illo, quē medicus nobis dedit,poculo (ait Aug.ser. 18. de verbis euangelii) quod ille non biberit?Si contumeliam prior audiuit cum dęmones expelleret, dęmonium habes, & q̄ in Beelzebub eiicit dęmonia. Si dolores amari sunt, ligatus, flagellatus, crucifixus est. Si mors amara est,etiam mortuus est. Si genus mortis exhorrescit infirmitas, nihil illo tempore fuit crudelius, quam mors crucis. Non enim frustra commendans eius obedientiam,apostolus addidit dicens:Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quid ergo homo pro se pati debet (dicit Grego. in homil) si tanta Deus pro hominibus pertulit? Quid non gustabit infirmus,si tā amara pro infirmo bibit medicus sanus?

Cur hoc euangelium in hac dominica legatur.

Hanc domini passionem, & mortem, principium hodierni euangelii, commemorat, quod idcirco in hac dominica legi ecclesia instituit, vt huius meditatione in nobis ardescat diuini amoris ignis, qui inundans vanitates, & excessus, quæ super modum,& ratione his diebus bestialiter superexcrescunt,temperet,absorbeat,& consumat Siquidem penitus irrationabile est q̄ hoc tempore,quo nos ad instantē Quadragesimam dignè agendam præparare & accingere debemus,quod purgandis mentibus salubriter institutum est,tanta carnis lubricitate, ebrietatum,& comesationum superfluitate, morum lasciuia, & inhonestate, variis transformationibus gentilium errore introductis, & vniuersis nos turpitudinibus polluimus, vt ad eas diluendas multæ quadragesimæ non sufficerent. Volens lauare corpus sordentibus se spoliat vestibus iturus ad Balnea. Purgaturi mētem à pristinis toto anno contractis sordibus, nouis nos squaloribus, ac peccatorum sarcinis oneramus. Et quid dilectissimi prodesset, si vniuersa his diebus consumeretis, omnia deuoraretis, omni vos turpitudine fędaretis. Nunquid per hæc famem, aut carnis concupiscentiam extinguere poteritis? Reuera hæc gaudia (si tamen gaudia, & non verius insania dici debeant) in puncto cessabunt, atque extrema eorum luctus occupabit,paupertas, & infirmitas. Et vtinam cessaret hæc abusio his diebus, & non etiam in ipsis sacris diebus continuaretur.

De festu & vtilitate ieiunii.

Rogo itaq;,& per viscera Iesu Christi vos exhortor,quatenus saltem ab illa diabolica abusione caueatis, quam doli artifex in multis introduxit locis vt totius Quadragesimæ fructum tollat, ne etiam in proxima quarta feria, quæ caput ieiunii vocatur, & est nouis comesationibus ieiunium soluatis. Ac dum capita vestra Deo humiliāda sunt ac cinere conspergenda, tunc maiori insania choreis, & turpittudinibus sordeatis. Noluit ille quod sicut capite læso nihil sanum remanet,in corpore,ita soluto ieiunio in hac quarta feria, quæ caput ieiunii dicitur, tota censetur Quadragesima violata, vt habetur conse. distin. Non oportet. & c. non licet.

Et beatus Maximus in sermone,qui incipit: Ante dies deuotionis ait Qui constitutum numerum vna die manducando præterit,nō vt vnius diei violator excusatur, sed vt totius quadragesimæ transgressor arguitur.Deniq; si quem rerum paupertas, corporis infirmitas, aut laboris necessitas à seruanda ieiunii abstinentia die altero forsitan in toto, vel in parte excusaret.Quid excusationis prætendere poterit in districti iudicis examine, qui pro sola lasciuia,immo pro contemptu ecclesiasticæ ordinationis temerè recusat ieiunare? Non ille velut cecus illuminatus Christum sequitur, integros 40. dies non abstinens, sed illuminatus fide suum illuminatorem contemnit, & factus propriæ salutis immemor contradicit. Vos ergo non sic, sed abhorrete vana, refugite falsa,

declinate turpia, rescindite superflua, temperate excessiua, diuino vos amore armantes, omnia mundi oblectamenta vincite, ad horum dierum exordium sobrii, ac deuoti venite. Ecce iam cœlesti doctrina illuminati, Christum illuminatorem sequamini per istos sacros dies salubri abstinentia carnem castigantes, animam pęnitentia reformate, vt ad carnes paschalis agni manducandas, sancti, & immaculati peruenire (Christi duce gratia) valeatis. Qui cum patre, & spiritu sancto viuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

DOMINICA INVOCAuit. Sermo I. in ordine. XXV.

De fructu & vtilitate ieiunii.

DVCTVS est Iesus in desertum. Mat 4.

Magna mororis causa est expulsio hominis de paradiso vitæ, de loco opulentissimo delitiarum, in desertum huius mundi, locum horroris, & vastæ solitudinis, locum deniq; laboris mortalitatis, paupertatis, maledictionis & totius afflictionis. Sic quippe dictũ est Adæ, iam de paradiso propter transgressionis culpam, cum tota sua posteritate expellendo. Maledicta terra in opere suo. In labore comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas, & tribulos germinabit tibi. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Gen. 3. Quis nisi mentis inops non doleret tam graui, perpetuoq; relegatus exilio? Sed desperationis null⁹ manet locus, dum ad idem exilium magnus mittitur medicus, liberator potens. Magna itaq; nobis consolatio, & amplectendum gaudium, quia ductus est Iesus in desertũ non trusus, non relegatus, sed sua sponte, quia amoris spiritu ductus. Venit saluator, vbi iacebat infirmus peccator. Venit in desertum, qui continet cęlũ, quod nisi continendo impleret, nõ modo in desertum, sed penitus rediret in nihilum. Stupenda dignatio, gaudium angelorum ducitur mansurum cum bestiis in desertum. Stupenda quidem, sed homini necessaria exulanti. Quia nanq; vt dicit Ambro. super Lu. in paradiso homo sine duce iter amisit acceptum, quemadmodum de deserto sine duce iter repetere posset amissum, vbi tentationes plurimæ ad virtutem, conatus difficilis, & lapsus facilis ad errorem. Multi quoq laquei quocunq; progreditur in deserto hoc, præsenti scilicet seculo, laquei ex corpore, laquei ex deserti falsa specie, laquei ex serpentina diaboli suasione. Quem igitur apponeret ducem (ait Ambro.) contra tot illecebras seculi, contra tot versutias diaboli, cum sciret nobis primo cõtra carnem, & sanguinem, deinde contra potestates, & rectores mundi tenebrarum horum, aduersus spiritalia nequitiæ, quę sunt in cęlestibus esse luctãdum? Angelũ apponeret, & ipse lapsus est. Descendit in terras Seraphin in medium populi immunda labia habentis & vnius tantũ prophetæ apposito ad labia carbone mundauit. Alius dux requirendus erat quem sequeremur omnes. Sed quis tantus esset dux, qui prodesset omnibus, nisi ille, qui supra omnes est? Quis me supra mundum constitueret nisi qui maior est mundo? Quis tantus esset dux, qui masculum, & fęminam, Iudæum, & Græcũ, Barbarum, & Scytham, seruum, & liberũ, vno regere posset ductu, nisi solus, qui est omnia in omnibus Iesus Christus? Vt ergo totus Adam reduceretur de deserti exilio in paradisum, dux magnus dominus Iesus de cęlo veniens, ductus est in desertum. De quibus pro gratia &c. Aue Maria &c.

Necessarius Xpi aduent⁹ in desertum.

Ductus est Iesus in desertum. Pulchrè in hac dominica proponitur nobis ingressus Domini Iesu in desertũ. Est nanq; hęc dominica prima, & caput quadragesimæ temporis illius deuotissimi, quod christianæ militiæ specialiter deputatum est. In quo omnes Christifideles spem vitæ habentes quasi

noui

In Christo ieiunante in deserto nobis ꝓponitur exemplũ pugnę.

noui tyrones pugnare debent contra vitia, omnia expellendo, atq; vetere deposito homine cum suis actibus nouam vitam, quæ est in Christo, inchoare. Est & ingressus ille videlicet in desertum primꝰ ducis nostri actus, quo post longum. 30. annorum silentium a ccepto baptismate, iam se mundo manifestaturus, consummationem operis, ꝙ sibi dedit pater idest nostræ reductionis per veritatis prædicationem, miraculorum operationem, ac nostri solutionem debiti inchoauit. Ait enim Lucas. Iesu baptizato, & oranre apertum est cęlum, & descendit spiritussanctus corporali specie, sicut columba in ipsum & vox de cęlo facta est: Tu es filiꝰ meꝰ dilectus in te complacuit mihi. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta. Quomodo incipiens? sequitur. Plenus spiritu sancto, regressus à Iordane, & agebatur in spiritu in deserto diebus quadraginta. Nobis ergo de deserto ad paradisum tendentibus ostenditur actionum suarum primitiis, quibus itineribus reditùm inchoemus. Nunc enim in deserto Christus hominẽ instruit, informat, exercet vtiq; incipientem, quem vbi videt robustiorem, per sata, & fructuosa traducit, & tandem in paradiso constituit. Sic enim discipulos suos (ait Ambr.) in agro culto, & fructuoso collocauerat, dum per sata transeuntes Sabbato euellebant spicas Matth. 12. Tandem in paradiso constituit passionis tempore dum egressus trans torrentem Cedron in hortum introiuit ipse cum discipulis suis. Agrũ deserto, & fęcundo agro hortum constat esse potiorem. Deniq; pendens in cruce, latroni dixit: Hodie mecum eris in paradiso Lu. 23.

Sed quia nunc incipimus in initio Quadragesimæ, videamus quid egit dominus incipiens post baptisma, vt eius vestigia imitãtes etiam ibi incipiamꝰ. Clarè autem nobis euangelista describit acta per Christum, ita dicens: Tunc idest statim post baptismum. vt habet Matthæus: Ductus est Iesus in desertũ à spiritu &c. vsq; in finem. Ecce ostendit dominus quid baptizato, & ad Deũ conuerso expectandum, quid agendũ, quid cauendum. Expectanda est tentatio, vacandum est ieiunio, cauenda seculi immunda conuersatio, ideò baptizatus Christus statim relinquens turbas seculi, desertum introiuit, ieiunauit, tentatorem admisit. De quo Chrys. homil. 13. super Matt. Quia omuia ad nos erudiendos facienda sibi, & patienda susceperat, in heremo quoq; se patitur abduci, & cum diabolo inire certamen, vt vnusquisq; cum fuerit baptizatus, si post baptisma maioribus tentationibus vrgeatur non turbetur, quasi insperatum aliquid sibi obuiarit. Et sequitur. Propterea & dominus ieiunauit, non quia hoc indigeret ipse, sed vt nos doceret, quibus ante baptisma peccatum dominatio ventris intulerat, ꝙ post baptisma non delitiis, atq; temulentiæ non mensæ æpulis onustæ, sed ieiunio animi debemus intendere. Et quoniam ad ieiunium quadraginta dierum, exemplo domini præceptum ecclesiæ nos astringit, cui (prohdolor) non iam occulte, sed publicè ac palam à cõpluribus contrariatur. Ideò ceteris dimissis, de ieiunio quasi nunc magis necessario sermonem continuaturus, ad alliciendum ad ipsum fideles. Primò quam laudabile est ieiunium, & quam fructuosum. Secundò ostendam breuiter, quibus vt tale sit debet esse circumstantiis circumseptum.

Duodecim vtilitates ieiunii.

Quamuis autem ad inducendum vniuersos fideles ad hoc sacrum quadragesimale ieiunium, hoc solum sufficere deberet ꝙ est præceptum, & ita eius transgressio mortifera, quo maius dici nihil potest. Nescio tamen quo pacto quandoq; infirmorum animos mouet, quod minus, est & quod maioris ẽ ponderis, pertransitur. Ideò fructus ieiunii salutaris attendite, si fortè ex his moueamini ad pręcepti obseruantiam, quos etiam ignis gehennæ non deterret. Possunt autem colligi ex scripturis, & sanctorum doctrinis duodecim ieiunii vtilitates siue fructus. Quoniã confert corpori sanitatem, menti tribuit

buit

buit libertatem, commissa extinguit peccata, vitia prohibet futura, disponit ad virtutes, armat contra diaboli tentationes, mentem ad deum eleuat, orationi fiduciā præstat excitat sitim Dei, conformat Christo duci, cęlestia pandit arcana, meretur præmia sempiterna. Hi duodecim fructus ligni vitæ, quos restituit ieiunium, quoniam eos abstulit ligni vetiti edulium. Confert itaq; primò ieiunium corpori sanitaté per gulæ superfluitatem sauciato, sicut ait Hierony. in epistola ad Iouinianū: Legimus inquit quosdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, pro scriptione bonorum ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos conualuisse, caruerunt enim sollicitudine dispensandæ domus, & epularū largitate, quæ & corpus frangūt, & animum. Et Alanus in de arte prædicandi cap. 36. Ieiunium inquit, ad medicinam corporis, & animæ valet. Conseruat enim corpus à morbo, & animam à peccato. Cum hac medicina cęlesti prophetica naturalis concordat. Donat secundò libertatem. Nisi enim caro dometur ieiunio insolescit, & menti dominando, eam sibi subiicit. Idcirco vt mentis libertatem seruaret, ait apostolus 1. Cor. 9. Castigo corpus meū, & in seruitutem redigo. Deniq; multis oportet seruire, qui corpori suo seruit, quoniam cum natura minimis contentetur 2. de consol. prosa. 5. nihil gastrimargiæ satis esse potest. Ab innumeris ergo securis liberat, qui repulsa gula moderato ieiunio vtitur. Ad quod hortatur dominus Luc. 21. Videte ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ. Liberat quoque ab inquietissimo delitiarum appetitu, sicut Leo ait in sermone de quadragesima. Vtilis quidem continentia, quæ parco assueta victu delitiarum cohibet appetitum. Extinguit ieiunium tertiò peccata tanquam opus satisfactionis pcipuum. De quo beatus Bern. serm. de quadragesima, qui incipit: Quia ieiunii. Fratres inquit, pro eo, ꝙ ab ipsis quoq; licitis abstinemus, ea nobis quæ prius commisimus, illicita condonantur. Quid verò est condonari commissa, nisi ieiunio breui, ieiunia redimi sempiterna. Gehennam quoq; meruimus, vbi nullus vnquam cibus est, consolatio nulla, terminus nullus, vbi guttam aquæ diues postulat, & accipere nō meretur. Bonum est ergo, & salutare ieiunium, quo redimuntur æterna supplicia, dum redimuntur hoc modo peccata. Sic Niniuitæ triduano ieiunio peccatorum suorum veniam meruere. Ionæ. 3. Ad hoc quoque dominus ipse in deserto ieiunauit, vt peccatum edacitatis Adæ in paradiso compensaret. De quo beat⁹ Ambrosius super Lucam dicit: In deserto esurit vt cibus primi hominis, quem præuaricando gustauerat, ieiunio domini solueretur. Nostro periculo Adam scientiæ boni, & mali famem soluit. Nostro emolimento tamē iste suscepit. Hinc ad ieiunia hortatur nos dominus per prophetam: Conuertimini ait, ad me in toto corde vestro in ieiunio, in planctu, & fletu Ioelis. 2.

Prohibet quartò ieiunium futura vitia, & peccata, de quo in præfatione dicitur: Qui corporali ieiunio vitia comprimis. Caro nanq; concupiscit aduersus spiritum, vt ait apostolus ad Gal. 5. Et ideò vt ait: Bernar serm. de triplici modo orationis: Ipsi gestamus laqueū nostrum nobiscum, vbiq; proprium circumferimus inimicum carnem hanc, loquor de peccato natam, in peccato nutritam, corruptam nimis ipsa origine, multò amplius praua consuetudine vitiatam. Hinc est ꝙ tam acriter aduersus spiritum concupiscit caro, ꝙ assiduè murmurat, & impatiens est disciplinæ, ꝙ illicita suggerit, ꝙ nec rationi obtemperat, nec inhibetur vllo timore. Hæc autem caro quantò fortior est & pasta delicatius, tanto lasciuior est, & plus rebellans, pluresq; motus illicitos excitat contrarios rationi, sicut scriptum est: Qui nutrit seruum suum delicatè, sentiet eū contumacem Prouerb. 29. Hanc ergo castigat ieiunium, & macerat vt minus sit fortis, sicq; minus

Ieiunii ꝓhibet futura vitia.

nus insurgat, nec tam fortiter inclinet ad peccata maximè carni (Luxuriat rarò non bene pasta caro) Infirmata quoq; carne spiritus fortificetur, sicut ait apostolus: Cum infirmor, tunc potens sum. 2. Cor. 12. Disponit hominē quintò ad virtutum acquisitionem Tanto nanq; homo ad virtutes est aptior, quantò à ratione recta voluntas minus retrahitur. Minus autem illum retrahit caro dum fuerit castigata ieiunio. Quia ergo ieiunium remouendo prohibens idest tenendo carnem, facit voluntatem consentire rationi, in quo consensu radicatur omnis virtus, ideò ieiunium dicitur virtutum omnium fundamentū sicut ait Hiero. ad Demetriadē virginem: Ieiunium non solū perfecta virtus est, sed ceterarū virtutum fundamentum, & sanctificatio, & pudicitia, & prudentia, sine qua nemo videbit Deum. Et de hoc ait Aug. sermone quodam de ieiunio. Ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subiicit, cor facit contritum, & humiliatum, libidinum ardores extinguit, charitatis lumen accendit. Item Leo ser. de ieiunio decimi mensis ait: Semper virtuti ieiunium cibus fuit. De abstinentia prodeunt castæ cogitationes, rationabiles voluntates, salubria consilia. Per voluntarias afflictiones caro concupiscentijs moritur, & virtutibus spiritus innouatur. Armat sextò contra diaboli tentationes. Hinc. Chryso. homil. 13. in Matth. Ieiunia inquit aduersus diabolum arma sunt maxima. Ideò magister noster Christus volens congredi cum hoste, vt nos ad victoriam institueret, prius ieiunio quadraginta dierum corpus suum sanctissimum macerabat vt facto doceret, armis ieiunii maximè preualere posse inimico. Ieiunio nanq; maximum, & acutissimum pungendi nos gladium auferimus, qui est propria caro nostra. Nam secundum Chrys. super Matth. nec diabolus, nec mundus possunt efficacius inclinare appetitum, quam mediante lasciuia sensualitatis. Et beatus Bern. ser. quo sup. de oratione: Carne nostra

Armat contra diaboli tentationes.

vtitur ad impugnādos nos callidissim' serpens. Hic est, qui desyderia carni instigat, concupiscentiæ ignem naturalē quodammodo venenatis suggestionib' inflat, illicitos motus inflammat, peccati occasiones parat, & mille nocendi, artibus corda hominum tentat. Hic est, qui manus nostras proprio cingulo alligat, & vt dicitur baculo nostro nos cedit, vt caro, quæ data est nobis in adiutorium, in ruinam nobis, & in laqueum fiat. Hæc ergo caro nostra dū discreto ieiunio in seruitutem spiritus redigatur, iam ne diabolo subseruiat, cōhibetur. Hinc Isid. libr. 2. de summo bo. cap. 44. Ieiunia inquit, fortia tela sunt aduersus tentamenta dæmoniorum, citò enim per abstinentiam deuincuntur. Vnde etiam saluator noster eorū incursus ieiunio, & oratione præmonet superare dicens. Hoc genus in nullo eiicitur, nisi per orationem & ieiunium Mat. 9. Immundi enim spiritus ibi se magis mittunt, vbi plus viderint escam, & potum.

Septimò mentem ad Deum eleuat. Sicut enim maximè obuiat animam, & obtundit plenus venter, & crapula (vt vult Hieron. respons. 3. contra Iouinianum) ita ieiunia purificant, ac quietant ad spiritualia contemplanda. Nihil enim tantum subtiliat ingenium hominis, & sensum clarificat sicut ieiunium ritè obseruatum. Quietato siquidem animo à passionibus, & in ordinatis motibus, potest se ratio ad superna, & spiritualia eleuare. Et de hoc Isido. 2. de summo bono c. 42. Græci dixerūt ex crasso ventre subtilem sensum gigni non posse. Sed & ieiunium à Deo meretur intelligentię sensum, propter quod de tribus pueris à carnibus, & vino ieiunantibus, contentis solum aqua, & leguminibus scribitur Dan. 1. Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia.

Octauo orationem perficit. Nam teste Bernar. serm. de quadragesima, qui incipit: Quia ieiunium. Ieiunium orationi deuotionem, & fiduciam donat, & gratiā promeretur orādi, & orōnem

roborat. Et Isid. lib. de summo bo. ca. vltim. Facilius per ieiunium oratio penetrat cęlum. Ideoque Daniel oraturus pro populo, prius in ieiunio, facco, & cinere se castigabat. eiusdē 9. Quod & omnes deuotè orantes frequenter fecisse legimus.

Excitat sitim Dei psa.

Nono excitat sitim Dei, sicut vbi hoc docet Isid. Sancti inquit, quamdiu in huius seculi vita habitant, desyderio superni roris corpus suum aridum portant. Vnde & psalm. Sitiuit inquit, in te anima mea quam multipliciter tibi caro mea. Caro enim tunc Deum sitit, quando per ieiunium abstinet, & arescit. Propter hoc de ieiunio gloriatur apostolus 2. Cor. 11. In fame inquit & sitis, in ieiuniis multis. Nam cui adhuc sapit caro, desipit spiritus, & animalis homo non sapit ea quæ sunt spiritus Dei. 1. Cor. 2. Sic homo spiritualis per ieiunium factus (quia caro arescit) Deum summum spiritum sitit Decimò conformat duci nostro Christo, qui ad hoc ieiunauit pro nobis, vt nos ad ieiunandum traheret, & doceret. De quo Bern. sermo. de ieiunio, qui incipit: Hodiernum loquitur, ostendens q per ieiunium cohæremus capiti nostro Christo, & per hoc ad ipsum hortatur. Commune inquit, hoc ieiunium Christi omnibus christianis. Quid ni caput suum membra sequantur? Si bona suscepim ab hoc capite, mala autem quare non sustineamus? An respuere tristia volumus, & communicare iucundis? Si ita est, indignos nos huius capitis participatione probamus. Et sequitur: Fęlix membrum quod huic adhæserit per omnia capiti, & sequitur illud, quocunque ierit, alio quin si fortè abscindi, separariq; contigerit, priuetur statim, necesse est, etiam spiritu vitæ. Quæcunq; enim capiti portio non cohæret vnde etiam sensus, aut vita? Sed nunquid talis manet sine capite? Attende quod sequitur: Abscisus inquit, à corpore saluatoris, sathanæ miser incorporabor.

Conformat nos duci nostro.

Cęlestia pandit arcana.

Vndecimo celestia pandit arcana. Nam propter illud Danieli dedit dominus intelligentiam omnium visionum, & somniorum. Dan. 1. De quo Esa. vbi supra. Per ieiunium ait occulta mysteriorum cęlestium reuelantur, diuinique sacramenti arcana panduntur. Sic nanq; Daniel angelo reuelante mysteriorum sacramenta cognoscere meruit. Hæc enim virtus, & angelorum manifestationes, & eorum annunciationes ostendit. Sic quoq; Moyses auditurus verba Dei, legemq; recepturus diuinam. Primò quadragesimo dierum continuè præparatus est ieiunio, vt habetur Exodi. 24.

Duodecimò præmia meretur sempiterna, sicut & quodlibet opus bonum ex charitate factum. Illud autē eo magis, quo etiam præceptum, & quo naturæ magis contrarium, propter quod cū fortiori necesse est fieri conatu voluntatis secundum gratiæ inclinationem, & cui magis præmium correspondet. Sic enim Lazarus pauper, & mendicus ob famis inediam patienter latam, in sinu Abraæ consolatur, negata diuiti epuloni gutta aquæ. Lucæ 16. Sic Helias prius ieiunauit, & ita vitæ suæ longæuitatem acquisiuit, significans ieiunio acquiri posse vitam summam sine fine. Cuius mentionem bea. Bernard. facit sermon. 3. de 40. ita dicens: Quanto feruore est amplectendum, quod Helias ille commendat, igneo curru raptus in cęlum? Ecce enim quam multa millia à diebus illis generalis inuasit mortis conditio. Helias tamen vsque huc conseruante domino manus eius euasit. Cum ergo tot nobis fructus parit ieiunium etiam voluntarium, hoc est ab ecclesia non præceptum, quam rationabile est, & debitum pro tantis fructib consequendis freqūeter ieiunare? Cum enim recta ratio iudicat propter alias speciales causas, vtputa corporis sanitatem, aut aliqua alia corporalia expeditius exequenda, cibum parcius sumēdum esse, quantò magis propter tot bona spiritualia acquirenda, ac mala cauenda, ieiunare suadet ratio recta etiā dum non concurrit præceptum. Quod si additur, nihil iam omnino est, quo à ieiunio excusemur.

Non ieiunans quasi inermis ad bellū procedit.

Nunc ergo charissimi quicunq; hoc sacro tempore cupimus ad Deum conuerti, vitiis reluctari, virtutibus studere, à ieiunio necesse est nos incipere. Nam qui sine corporis abstinentia expugnare vitia satagit, quasi inermis ad bellum procedit. Sed nullus bellator fortis, arma (licet ponderent, licet grauent, molestiamque inferant) proiicit, ita nec ieiunium pugil spiritalis. Certi denique simus quod si nondum corporis gulam vincere sufficimus, inutiliter ad cętera expugnanda vitia laboramus, sicut beatus Grego. 30. moral. docet. Nullus inquit, palmam spiritalis certaminis appræhendit, qui non in semetipso prius per afflictam ventris cō cupiscentiam carnis incentiua deuicerit. Neque enim ad conflictum spiritualis agonis assurgitur, si non prius inter nosmetipsos hostis positus, gulæ scilicet appetitus edomatur. Quia si non ea, quæ nobis sunt viciniora, prosternimus, nimirum inaniter ad ea, quę longè sunt, impugnanda transimus. Incassum namque contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra ipsa vrbis menia ciuis insidians habetur. Hæc Greg.

Ad idem loquitur Cas. lib. quinto de institutione monachorum. Pudor quoque est fortibus crapulari contra mandatum ecclesiæ, dum minus robusti ieiunant, sicut dicit Ambro. sermo. de 40. Quamuis abstineat quis cęteris diebus, quamuis ciborum dulcia alimenta non sumat, non tamen illius fertur acceptum ieiunium, qui non diebus 40. ieiunat. Pudet dicere, senes & aniculæ 40. faciunt, diuites, & iuuenesque non faciunt. Pudor est omnibus Christi seruis domino suo debitoribus, non ieiunare pro suis, dum dominum suum, cui debent, pro se credunt ieiuniis afflictum. Qualis enim (ait Bernard. sermo. 3. de 40.) ille est christianus, qui minus deuotè ieiunium suscipit, quod ei tradidit ipse Christus? Denique tantò nobis deuotius imitandum est Christi ieiunantis exemplum, quantò certius est propter nos eum ieiunasse, non propter seipsum. Quia si in opere salutis nostræ ei collaborare pigebit, in quo deinceps nos coadiutores exhibebimus illi? Et ad quid magnum est si ieiunet cum Christo, qui sessurus est ad mensam patris cum Christo? Non est magnum si compatitur mēbrū, cū quo glorificandū est. Felix mēbrum, quod huic adhæserit per omnia capita, & sequitur illud, quocunque ierit. Ita sequamur eum ieiunantem in deserto, vt sequi mereamur illum de deserto huius seculi, nos ad sua regna perennia deducentem. Præstante eodē domino nostro. &c.

DOMINICA INVOCAVIT Sermo. II. in ordine. XXVI.

ECCE nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis 2. Cor. 6. & in epistola.

Nouit sancta mater ecclesia, nouit & spiritussanctus, qui ecclesiam quam sanctificat regit, & gubernat, fragilitatis nostræ mutabilitatē, ac pugnæ semper nobis imminentis instantiam quo fit, vt vix sit, immo omnino non sit, qui non aliquando saltem veniali peccato succumbat. Hinc Leo in sermone cuius principium est: Prædicaturus vobis ait: Dum per varias actiones vitæ huius sollicitudo distenditur, necesse est de mundano puluere etiam religiosa corda sordescere. Propter quod & beatus Ioannes euangelista compulsus est confiteri, & dicere. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est 1. Ioann, primo. Ideò salubriter reparandæ mentis puritati prouidit, quadragesimale tempus cuius initium hodie celebramus instituens, quo aliorum temporum negligentias, & culpas redimamus, ac contra hostis tentamenta, cui prius cessimus, bellum innouemus, qui perditam victoriæ coronàm, viri-

Qūo ieiunium, quadragesimale institutū est cōtra peccata quotidiana.

lius pugnando, ac triumphando recuperemus. Reuera ergo tempus hoc tempus acceptabile, & dies isti, dies sunt salutis. Acceptabile inquam, quo oratio peccatoris pro peccatorum venia ad dominum suspirantis citius exauditur. Adiuuante nimirum huiusmodi peccatores vniuersali ecclesia in orationibus, ac officijs publicis, diebus singulis huius quadragesimæ coaptatis. Dies quoq; salutis, & propter nostræ reparationis sacramentum, quod operatus est dominus salutem in medio terræ nunc specialius commemoratum, & propter generalem totius orbis exercitum, quo nunc cõtra inimicũ saluator congreditur, vt dicit Ber. ser. 6. de 40. & subdit: Beati, qui sub tali duce strenuè militarunt, salutem certius consecuturi, quæ non in ieiunia perpetua deficit, sed perducit ad dulces paschales epulas, gaudia, & alleluia æternum, nullo vnquam termino finiendum. Surgendum igitur nobis est, nec tantæ gratiæ tempus negligendum, sed & iuxta ecclesiæ exhortationem emendandum in melius, q̃ ignoranter, immo verò q̃ scienter, q̃ malitiosè peccauimus. Ne subito præoccupati, quæramus spacium pęnitentiæ, & inuenire non possimus. Sufficiat totius nos anni tẽpore dñm offendisse, in peccatis obdormisse, saltem nunc surgamus conuersi ad dominum, vt nos illuminet Christus. Quia reuera, qui tantò fultus ecclesiæ præsidio nunc non exurgit, qui vitia cum suo autore tanto vallatus compugnantium exercitu, modo non vincit, quando solus conuertetur? quando solus triumphabit? Vnde desperationi proximus censetur, qui hoc tempore acceptabili, non vt acceptetur, laborat, qui in diebus salutis salutem negligens, suiipsius damnationẽ operatur. Ideò manet nos apostolus, & ecclesia ad pęnitentiæ luctum. Ecce enim nunc tempus acceptabile &c. Pro gratia Aue Maria. Primò recitabitur euangelium. Secũdò ex ipso ostenditur quemadmodum dominus sua victoriosa cum diabolo congressione docuit, quid primò conuerti volentibus veniat faciendum, cessare .s. à peccato, & quo modo quis dicitur cessare à peccato?

Primum ergo, quod requiritur ad cõuersionis initium, & ad pęnitentiam salubrem, & efficacẽ, est cessatio à peccatis. Et hanc necesse est præcedere pęnitentiam. Ita inquam, necesse est vt impossibile sit manẽtem in peccatis pęnitere. Cum peccata nomino, mortalia intelligite. Impossibile est enim de loco moueri per medium ad terminũ, nisi primò dimittatur terminus, vel locus, à quo. Pęnitentia tanquam spacium est vel medium, per quod moueri necessarium est longè positos à Deo vt appropinquent. Magister distinct. 14. libr. 4. Longè autem consistimus, ac separamur à Deo per peccatum, sicut ait Esa. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. Ideò peccator quiescens in peccato, si voluerit per pęnitentiã ad dñm appropinquare, necesse habet primò locum suæ malę quietis dimittere, alioquin manẽs in peccato nõ appropinquat, nec pęnitẽtiæ tanquã spacio, neq; Deo tanquã termino quãuis & ipsa penitentia terminus dici posset, qa remissionis grãm iustificantẽ includit, ad quã pčtõr tẽdit. Ideò ait Amb. super epistolam ad Cor. Hęc vera pęnitẽtia est, cessare à peccatis. Propterea cũ pęnitentia sit, vel includat displicentiã peccati tanquã offẽsæ Dei, consequens est vt pęnitenti oẽ peccatum displiceat, eo q̃ quodlibet est Dei offensiuum. Impossibile est enim displicentiam ferri in aliquid sub certa ratione, quin feratur in quodlibet, in quo agnoscitur talis rõ. Ideò cuicunq; displicet aliquid præcisẽ, quia offensiuũ Dei, illi (stante hac displicentia) displicet quicquid nouerit Deo aduersari, & ita quodlibet peccatũ saltẽ cognitum esse tale. Et ita si adhuc aliquod pčm̃ placet, quamuis Dei offensiuum nullũ sub hac ratione displicet. Et hoc est, q̃ tangit Gregor. 4. moral. Quos adhuc noxia delectant, falsum est, quod cernitur, quia perpetrata alia deplorant. Et Aug. in de vera, & falsa pęnitentia: Si pœnitentiam agis, pęnitet te. Si

Primum ad pęnitentiam requisitũ est cessatio à peccatis.

pęnitet

pęnitet te,cur facis, quæ male fecisti? Si adhuc facis,non es certè pænitens. Et Innocen. papa secundus. Falsam pænitentiam esse cõstat,cum sic agitur de vno,vt non discedatur ab alio.

Iterum pænitentia est Dei placatiua,secundum illud Ezech.18. Si impius egerit pænitentiam ab omnibus peccatis suis,omnium iniquitatum eius non recordabor. Sicut e regione peccatum quodlibet facit Deum peccatori offensum,& inimicum, sicut scriptum est similiter,odio sunt Deo impius,& impietas eius.Sap.14.Sed impossibile est Deũ esse placatum eidem simul,& inimicũ, ideo impossibile est manentem in peccatis pęnitentiam agere. Et hoc osten dit August:in de vera, & falsa pænitentia,ita dicens, Scio dominum inimicũ fore omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen reseruat, de alio recipiet veniam?Hostis enim Dei est, dum offendit perseueranter. Et de hoc Isido. lib. 2.sent.cap.16. Irrisor est (inquit)& nõ pænitens,quo adhuc agit, quod pęnitet.Nec videtur Deum poscere subditus,sed sub sannare superbus.Ecce non solum in peccatis manens non pęnitet sed & dum hanc agere simulat; grauius peccat,quoniam Dei irrisor,&subsannator constituitur. Ideo necesse est prius relinquere peccata, vt per pænitentiam misericordiam consequamur. Hinc Esa 55.Derelinquat impius viam suam,& reuertatur ad dominum,& miserebitur ei. Derelinquat per cessationem a peccatis,& reuertatur per pęnitentiam, & sic consequetur misericordiam.Hæc ideo latius ratione, & scripturis fundare volui, quoniam multos videmus ad pænitentiæ sacramentum conuolare, qui tamen peccata non deserunt, putantes se sola confessione mũdari,quod erroneum est.Oportet ergo, qui per pænitẹntiam Deo reconciliari desyderat primò ab omni peccato cessare, & ad hoc primò summopere conari,& dum cessatũ est, de commissis per pęnitentiam veniam præstolari.

Et hoc est, quod dominus in euangelio hodierno facto simul, & verbo nos voluit erudire.Ait.n.euangeliũ, Ductus ẽ Iesus &c.Quid.n.est q̧ dominus acturus pro nobis ieiunium quadraginta dierum,& noctium,(quod ieiunium ad pęnitentiam pertinet tanquã pęna satisfactoria ꝑ peccatis) ductus est a spiritusancto in desertũ?Nunquid manẽs in populo ieiunare non potuit? siquidẽ crebrò eius ieiunia frequenter in euangelio designantur. Nunquid cibi præsentia ad ieiunii solutionẽ illiciti potuit, q & in panes lapides transmutare,ac multa in deserto millia diuina potuit virtute cibare? & per hoc in suæ semper potestatis pręsentia cibos,quos voluit,habuit,& ex eis potuit manducare? Aut nunquid vanam gloriam ex ieiunio timuit,qui diuinis miraculis claruit, in quem peccatũ cadere non potuit? Non hoc timuit, sed exemplum nobis dedit, suo nos facto erudiuit, qđ peccatorem volentem agere pænitentiã recedere oportet animo à seculo,sicut ipse abscesit corpore.Quodque sicut Isido. ait vbi supra qui præterita vult plangere, & actionibus secularibꝰ incubare,iste mũdationẽ nõ habet, qa adhuc agit, quæ pænitendo deflere posscit.Actiones seculares, intellige actiones peccatum implicantes.

Denique audistis, quibus responsis dominus in prima sui congressione tentatori sathane respondit, quibus omnes insipientes, atq; anhelantes ad obtinendũ hęreditatẽ Dei cultoribus ꝓmissam,qđ in primis agant, informat.Hoc .s.quod dictũ est, quod primũ cessent à peccatis.Quod.n.suggerenti ieiunii solutionem respondit, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.Quid aliud fuit dicere, quam cupienti viuere vita, quę non labitur,nec deficit,quærenda est vita,ac nutrienda per verbum Dei.Quare?quia scriptum est, Iustus ex fide viuit.Abacuc 2. & Galat.3. Fides autem ex auditu, auditus autem per verbum Dei.Ro.10.Et quid est,quod fides verbi Dei nobis commendat, nisi quod iniqui.i.qui talia agunt, qualia enumerat Apost.1.Cor.6.Item ad Gal.5.s.idola-

Quidest quid docuit nos Christus per responsa,q̃ dedit diabolo.

træ, adulteri, fornicarii, fures, auari, ebriosi, maledici, contentiosi, & similes, regnum Dei non possidebunt, quia stipendia peccati mors, gratia autem vita æterna Roma. 6. quæ quia pecca to mortali contrariatur, perdita verò per pęnitentiam acquiritur, pęnitentiam agere nemo potest nisi à peccato recedat, desinatque peccare. Hocipsum expressius docuit dominus per secundũ responsum, quo sollicitantem ad elationem diabolum confutauit. Scriptũ est, inquit: Non tentabis dominum Deum tuum. Deum tentat, qui cum habeat, quod secundum humanam possibilitatem faciat, ad aliquem effectum consequendum, id omittit, & solum effectum à solo Deo expectat, quasi experimentum accipiens de Dei virtute: Sicut qui à solo Deo expectat vina, & blada, non plantans, neque seminans &cet.

Verè pęnitẽs primum à peccatis cessat.

Cum ergo ad beatitudinis acquisitionem nos sibi dominus collaborare voluit, nec rationis vsum habentibus solam suam gratiã sufficere, sicut apostolus ait: Dei adiutores sumus. 1. Cor. 3. collaborare inquam, per mandatorũ obseruantiam, declinare à malo, & facere bonum, sicut ait: Si vis ingredi ad vitam, serua mandata. Matth. 19. Et Augusti. Qui creauit te sine te, non te iustificabit sine te. Ideò culpabiliter Deum tentant, qui æternam beatitudinem sine suo labore, & cooperatione non declinantes à peccatis, à solo Deo expectant, quęadmodum plerique dicentes illud apostoli 2. Timo. 2. Nouit dominus qui sunt eius nec præsciẽtia sua fallitur, ideoque siue sic, siue aliter agam, id consequar, ad quod prædestinauit, non ardentes, quod fidem non prædestinat sine mediis ad finem 1. Timot. 2. Quod ergo dicit: Non tentabis dominum Deum tuum, hoc est dictu non expectabis vanus à solo Deo beatitudinem, sed quod tuum est, facies Nostrum autem est per arbitrii libertatem cessare ab opere peccati, & ita deponere obicem susceptionis gratiæ, seu obicem susceptionem gratiæ (qua saluamur) prohibentem, sicut nostrũ est deponere obicem fęnestram claudentem, vt solis splendore domus illuminetur. Sic per tertiam responsionem, qua aduersarium per auaritiam ad idolatriam prouocantem turpiter confusum repulit, dicens: dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, idipsum apertissimè demonstrauit. Seruit nanque, qui domino suo suam voluntatem subiicit. Hæc autem soli Deo subiicienda est simpliciter, & nulli creaturæ non habenti vicem Dei. Sed per hanc omnibus actibus nostris dominari debemus ad continuandum, vel cessandum secundum imperium domini. Et quis hoc agit? nisi qui ab omni peccato cessat. Nam qui adhuc peccat, non Deo sed peccato seruit, sicut scriptum est Ioan. octauo. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, qui verò non peccat, verè liber est, nulli, enim seruit nisi ei soli, cuius agi frenis, & obtemperare iustitiæ summa libertas est, quia & ei seruire, regnare est. Ecce in eo, quod docuit dominus soli Deo esse seruiendum, docuit ab omni peccato fore cessandum. Sic ergo dominus in prima sua congressione, qua aduersus Sathanam triumphauit, quid primò conuerti volentibus faciendum est, facto, & verbo vt auditum est, declarauit.

Sed dicis fortè, credo dictis, sed quis est, qui dum pęnitet, peccare non cessat? Non enim potest continuare peccatum dum confitetur. Ad minus enim ipso confessionis actu peccatum intercipitur, etiamsi postea repetatur. Exempli causa: Nemo dum confitetur, inebriatur, fornicatur, periurat &c. nisi fortè confitendo mentiretur. Ad huius replicæ solutionem, & ad declarandum quemadmodum a peccatis cessandum est, aduertere expedit, quemadmodum peccatum permanet, siue continuatur. Pro cuius declaratione consyderandum est quod secundum Magistrum lib. secundo distinct. 42. de peccato contingit loqui quantum ad maculam reatum, vel offensam. Alio modo

Qũo dicitur aliquis à peccato cessat.

do quantum ad peccati actum. Nam per actum peccati anima incidit obligationem ad pęnam æternam, secundum ordinationem diuinam, qua statutum est quod mortale peccatū morte æterna puniri debet, secundum illud Etich. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et Iacob. 1. Peccatum cum consummatum fuerit, generat, mortem, ad Roma. sexto Stipendia peccati mors, vt supra allegatum est Hæc obligatio facit animam debitricem pęnæ æternæ, dicitur reatus. Et quia hęc ordinatio est ex diuina voluntate sic peccatum vindictæ, dicitur offensa Dei, quia per ipsum Deus quasi iratus vel offensus prouocatur ad vindictam. Et quia animæ disconueniens, hęc eius ordinatio ad pœnam dicitur macula, vt declarat Scotus distinctio. 14. libr. 4. quest. 1.

Differentia reat᷒ macula, & offēsa

Et quia anima post peccatum, siue peccati actum tam exteriorem, quam interiorem adhuc manet debitrix pęnæ, donec Deus remittit pęnam, & hæc remissio regulariter fit per pœnitentiam, vt dicit Magister distinctio. 18. quarti capitu. vltimo. Ideò sic loquendo de peccato, peccatum manet vsque ad gratiæ infusionem qua debitum huiusmodi remittitur, quia vsque tunc quis dicitur peccator, etiam licet actu nihil agat opere, aut voluntate. Et hoc modo non loquimur de peccato cum probauimus à peccato cessare oportere prius, quam agatur pęnitentia, quia non nisi in pęnitentia peccatum tollitur quantum ad reatum.

Secundò modo loquimur de peccato quantum ad actum illum commissum, vel obmissum, quo anima obligatur pęnæ æternæ, manetque obligata etiam transeunte actu. Et hic actus est duplex, scilicet interior elicitus à voluntate, & interior, vel exterior ab eadem mediante elicito imperatus. Actus elicitus est actus immanens voluntati scilicet velle, aut nolle. Sed actus imperatus est actus, quem voluntas vult fieri in potentia cogitiua, motiua, vel operis executiua. Et actus imperatus nunquam est meritorius, vel demeritorius, vitiosus, vel virtuosus, nisi quatenus dependet ab interiori elicito, vt probari posset ex virtutis diffinitione. secundo. Ethico. Hinc dominus ait. Matth. decimo quinto. Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quæ de corde exeunt, ea coinquinant hominem. Cor pro voluntate ponitur, quæ est principalis inter animæ potentias, sicut cor membrorum principale. Et ideò actus, vel opus exterius tamdiu manet peccatum, quamdiu imperatur, siue dependet ab actu interiori voluntatis vitioso, quo cessante, cessat opus imperatum esse peccatum etiamsi opus non cessat. Vnde idem opus exterius potest primo esse peccatum, & postea esse non peccatum, immo virtuosum propter mutationem voluntatis quo ad actum elicitum. Vt siquis ex desperatione se de alta rupe præcipitaret, casus ille primò esset peccatum, etsi in medio præcipitii conuersus duceretur pœnitentia, & nollet præcipitium, quamuis reuocare se non posset, postquam esset nolitum, iam desineret esse peccatum. Et si acceptaret pœnam præcipitii iam factam sibi necessariam, tanquam satisfactoriam pro peccato propter Deum, iam inciperet casus præcipitii esse meritorius. Hæc latius declarantur per doctores in variis passibus. Ex illo sequitur quod tunc cessat quis à peccato operis; cum cessat à vitiosa voluntate mentis.

Sed pro clariori dictorum intelligentia adiiciendum quod duplices sunt actus exteriores à voluntate procedentes (Siquidem de simpliciter inuoluntariis nihil ad propositum, quia tales secundum philosophum. tertio Ethico. & Augustinum de vera religione neque laudabiles sunt, nec vituperabiles nec virtuosi, nec vitiosi. Vnde Paschasio iudici dixit beata Lucia. Si me inuitam feceris corrumpi, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Secus de inuoluntariis non simpliciter, sed ex conditione) Actus itaque voluntarii exteriores

Dupli-- ces sunt actus ex teriores

riores duplices sunt. Quidam qui bene fieri non possunt, qui secundum philosophum. secundo Ethico. capitu. 7. mox nominata, conuoluta sunt cum malitia, quales sunt actus lege prohibiti, sicut adulterium, furtum, homicidium, blasphemiæ, falsa testimonia, & similia. Hæc bene fieri non possunt, etiam propter quemcunque finem, aut quocunque moderamine circumstantiarum stante lege, sed simpliciter quādocunque fiunt, peccatum sunt. Et dicit philosophus, & latius prosequitur magister lib. 2. distinctio. quadragesim. capit. 3.
De quibus apostolus loquens damnat dicentes: Faciamus mala vt eueniant bona. A talibus aliter cessari non potest, nisi cessando ab actu, quia manente actu lege prohibito, semper manet transgressio, & inobedientia legis, quę integrat rationem peccati, vt patet ex diffinitione peccati tam Augustini, quam Ambrosij, quas recitat Magister lib. secundo distinctio. 37. capitu. 1. Alii sunt actus, qui possunt fieri quandoque bene, quandoque male, propter diuersas in tentationes finis, & circumstantias. Sicut aliquis studet, vt diuitias acquirat euangelizando. Item laborare pro temporalibus copiis, possunt bene fieri propter victum necessarium ad Deo seruiendum, aut pauperum subuentionem. Malè propter vanam gloriam, propter voluptates illicitas, propter vindictam faciendam &c. Sic victus pauperi tribui potest propter Deum, & propter vanam gloriam. In talibus dum peccatur cessandum est à peccato, non per omissionem operis, sed correctionem intentionis, qua directa opus erit meritorium, quod sub intētione distorta fuerat criminosum. Hęc de actibus exterioribus, & non difformiter intelligendum est de interioribus imperatis.

Actus verò elicitus interior (in quo est primò peccatum secundum Augustinum in de libero arbitrio) intelligitur manere tripliciter scilicet formaliter, siue actualiter virtualiter & habitualiter, conformiter ad ea, quæ dicit Scotus libro. 4. distinctio. 6. questio. sexta de in tentatione. Formaliter manet quamdiu in voluntate stat, velle respectu peccati præsentis, aut complacentia respectu præteriti, aut propositum faciendi respectu futuri. Habitualiter manet quamdiu manet habitus inclinans ad peccatum ex actibus elicitis generatus. Virtualiter manet, quamdiu ex eo tanquam ex radice, vel principio ordinato ad alios actus, operationes aliæ procedunt gratia exempli. Aliquis deliberauit velle aliquem occidere, & ad hoc præparat arma, conducit satellites, suffodit parietem &c. quæ omnia procedunt virtute primæ intentionis, quia si quæritur, cur præparat arma. Si verè respondet, fatebitur, propter velle occidere, & ita intelligitur manere virtualiter, quamdiu aliquis actus ex eius virtute procedens continuatur.

Quō cō tingit cessare ab actu interiori peccati, multipliciter.

Per hoc dicuntur tria. Primum ad agendum veram de peccatis pœnitentiam non exigitur cessatio habitualis actus interioris criminosi. Potest nanque manere inclinatio habitualis ad peccati actum, etiam peccato per pœnitentiam remisso. Nam inclinatio ista vitiosa non deletur nisi per virtutis habitum contrarium, aut per longam, cessationem ab actu eius generatiuo. Sicut etiam non per vnum actum regulariter, sed per multorum frequentationem talis habitus secundum philosophum generatur. Sed in quolibet die vel momento potest de pectō pęnitere secundum illud Ezech. 33. Impietas impii non nocebit ei in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua, ideò pœnitentia non præexigit desitionem habitus vitiosi. Nam & illos permanere in nouiter conuersis experientia docet, qui sentiunt se etiam post couersionem ad actus prioribus similes inclinari.

Secundum cessatio actus criminosi interioris eliciti secundum quod actu, & formaliter est in voluntate, prærequiritur quidem ad agendum pœnitentiam

tiam

tiam, sed non sufficit. Secundum pate bit ex sequenti propositione. Primum patet, quia in tali actu consistit principaliter peccatum, quo manente pęnitentia vt dictum est, agi nō potest. Nec sufficit quod volens pœnitere cesset tantum velle actum peccati, vt nunc præsentem, sed oportet cessare complacentiam respectu præteriti, & propositum respectu futuri. De præterito quidem complacentiam illam necesse est cessare, quæ est actus voluntatis liberè elicitus, quæ nihil aliud est, quam velle actum peccati commisisse, quia & ipsa mortalis est. Secus de complacentia voluntatis, quæ statim sequitur apprehensionem obiecti per memoriam præueniens rationis deliberationem, quia hæc habet rationem delectationis surreptitiæ, vel primi motus, quæ non est peccatum, aut tantum veniale.

De quo Agustinus li. 1. de sermone domini in monte, distinctio. vigesimoquarta. secundi. Sic cessare necesse est propositum de futuro, quod nihil aliud est, quam actum peccati velle committere pro futuro. Hoc enim stante iam peccatur, siquidem voluntas pro facto reputatur. Nam qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est in corde suo. Matth. quinto. Oportet ergo pęnitere volentem nec velle peccare, nec velle peccasse, nec velle peccatum iri.

Tertium necessarium est volenti pœnitere cessare à peccati actu interiori, vt manet virtualiter, ita quod non solum suspendendus est actus interior elicitus, vt formaliter actu inhærens, sed oportet ab omni actu, vel effectu cessare, in quo eius virtus saluatur, ita quod nihil agendum est, vel obseruandum virtute illius actus eliciti, vt in priori exemplo. Non solum cessandum est ab eo, quod est velle interficere, sed & à præparatione armorum, conductione sattellitum &c. inquantum ex hac volitione procedunt, patet: Nam sicut in omnibus actibus, in quibus virtualiter manet actus voluntatis interior meritorius, meremur, vt de volente ire ad Sanctum Iacobum declarat Scotus. Ita & actibus, in quibus virtualiter manet actus voluntatis demeritorius, demeremur, per topicam. Sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito.

Curramus pro certiori intelligentia per aliqua peccatorum genera. Voluisti, per superbiam præferri aliis te melioribus, vel dignoribus. Idcirco ad tui ostentationem varium, & vanum procurasti ornatum nutristi comam, crispasti capillos, vestes inaniter perforasti, calceos, & sandalia rostrasti, faciem adulterino colore fucasti, & similibus vanitatibus ad nihil aliud ordinabilibus, teipsum magis deformas, quam ornas. Pęnitere vis, conteri, confiteri. Non sufficit iam cessare ab actu volendi, præferri dignioribus, nisi omnes has vanitates abiicias in quibus virtus eius saluatur. Exemplaris ostēsio præmissorū.

Ex quo patet magna fatuitas, & insania eorum, qui ad confessionem procedentes cum talibus laruis cōfitentur se peccasse, per superbiam in capillis, rostris &c. & hæc ipsa actu gerunt, nec deponunt, verè irrisores Dei non pęnitentes, immo (quod insanius est) sic laruati ad eucharistię procedunt sacramentū. Patet nihilominus in aduertentia, & negligentia confessorum tales absoluentium, qui magis remittendi fuerant, & informandi, vt deposito superbiæ fastu, humili redirent habitu tunc audiendi, & secundum eorum qualitatem aasoluendi.

Verum si vestis aliqua, aut aliud ex superba intentione assumptum, alia intentione emendatiore deferri posset, corrigenda foret intentio, non vestis proiicienda. Nolo tamen dicere, quod non secundum statuum varios gradus vnum cōdecet, quod ab alio nō nisi vanè assumi possit. Concupisti vxorem, filiam, ancillam proximi, & ideo paras munera, vt allicias, occurris, saltas, complecteris, oscularis, Non sufficit non concupiscere, nisi ab his, quę per concupiscentiā secuta sunt, cura-



raueris abstinere. Scandalizasti plurimos per peccata in publicum deducta. Si pænitere vis, non sufficit cessare à peccato, per quod scandalum venit, si à specie mala, quæ inde secuta est (à qua apostolus abstinere præcipit 1. Thesal 5.) non abstinens, verbi causa, Publicum factum est, quia adulterasti, vis abstinere à coitu, sed adulteram non deseris colloquio, & similibus suspitionem generantibus. Aut quod peius est, concubinam in domo nutris, vnde proximum grauiter scandalizans, non penites, quia præter hoc, quod adulterium virtualiter continuas, per scandalum, quod non deponis, continuo peccato mortali detineris, maximè si persona es altioris status (quæ vt Isido. lib. 3. sententiarum, cap. 51. ait) vitam subditorum facilè exemplis suis vel ędificant, vel subuertunt. Nam cum talis ruit in vitiis, citò viam ostendit erroris. Vtinam semper illud memoraretur euangelicum, Qui scandalizauerit vnum ex pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et iterum, Væ illi, per quem scādalum venit. Reuera expediret taliter scandalizanti, vt demersus in profundū maris cum paucioribus peccatis damnaretur, quam sine intermissione scandalizando sibi pęnas intolerabiles, & perpetuas cumularet. Ideo nisi concubinam talem de habitatione eieceris, saltem voto citius eiiciendam, & facto pęnitentiam agere non potes, nec àquocunque peccato absolui, quia non modo concubitus, sed cohabitatio cum scandalo proximi mortale peccatum est, quod non deseris. Et pręsertim in clericis, quibus hæc cohabitatio multipliciter prohibetur. Suo modo de aliis mediis scandalizantibus intelligendū, quod necesse est ea relinquere, per quæ scandalizarunt, quicunque voluerint pęnitęre. Sic quicunque statum, vel officium habet, quod sine peccato exerceri non potest. dist. 6. lib 4. sicut Grego. ait recognoscat se veram pænitentiam agere non posse, nisi negocium relinquat, vel officium deserat. Attendant hoc qui iudæis de sola vsura viuentibus famulantur, domos locant &c. quæ statui suo non congruunt, duces cęci, iudices indocti, & ad officium, cui se ingesserunt, nō idonei. Itaq; qui per odiū vel auaritiam alium in persona, fama, rebus damnificant, vel bona alterius iniustè detinent, etsi odium mentis in actu desyderant, & diuitiarum concupiscentiam iniustam, nisi tamen damna restituant (quia manet odium, & auaritia virtualiter in eo, quod restituenda detinent) pęnitere non possunt. Verum de restitutione alibi vidēdum. Vt ergo tempus illud acceptabile dignè peragamus, studeamus à peccato cessare &c.

DOMINICA REMIniscere Sermo I. in ordine. XXVII.

MVLIER Chananæa à finibus illis egressa clamauit. Miserere mei fili Dauid, filia mea a dęmonio vexatur Mat. 15.

Tempore nunc currenti sanctæ matris ecclesiæ euangelia coaptantur. Ingressi sumus pridem penitentiæ tempus, laborem pęnitentiæ vtcunque suscepimus, verè itaq; pęnitentiæ formā quam imitemur, in euangelio dominus nobis proponit in eo, quod nobis præfertur exemplar mulieris Chananeę de finibus Tyri, & Sidonis egressę, ꝓ filiæ suæ male à dęmonio vexatæ liberatione fideliter, humiliter, & patienter Dei misericordiam exorantis & dicentis. Miserere mei domine fili Dauid, filia mea malè à dęmonio vexatur. Rogatura siquidem dominum, occurrit citius, facit, quod suum est, ciuitates gentiliū, & fines eorundem dimittit. Quo verè pęnitentiæ initium nobis ostendit, & à peccatis cessando, & à peccatorum occasionibus recedendo, quia non solum de Tyro, & Sidone, quæ peccata sonant, Tyrus enim tribulatio interpretatur, vel angustia. Sidon commotio iniquitatis. Mulier Chananæa verę penitentię forma est.

tis. Iniquorum autem infinibilis est tristitia, & angustia. Sap. 5. Turbabuntur timore horribili &c. præangustia gemẽtes. Sed etiam exit de finibus habitationum. i. de occasionibus peccatorum. Per fines itur in ciuitates, per occasiones venitur in peccata. Si fortè ait aliquis. Quid mihi de euagelii facto, quod transit, non habeo ego filiam à dęmone vexatam. Sed ait Rabanus, quia quisquis habet conscientiam alicuius peccati sorde pollutam, filiam habet à dæmone vexatam. Et si quis (secundum Chrysost. bona de genere, quæ gessit peccatorum sorde fædauit, filiam habet immundi spiritus furiis agitatam. Videamus ita que, si tales simus, an non. Si non gratias agamus domino. Sin autem, studeamus sequi hanc mulierem, exeuntes cũ ea fines Tyri, & Sidonis, clamando, Miserere mei &c. Pro gratia Aue Maria.

Verè pœnitentẽ oportet fugere occasiones peccatorum.

Audistis dominica præcedenti, quia veram pœnitentiam requirit cessatio à peccatis, & fuga occasionis. Deprimo dictum est. De secundo nunc dicendum. De quo &c. vsque in finem De quo hoc conclusiuè tenendum, qui pænitentiam efficacem aggredi satagit, cessans à peccatis, etiam eorum occasiones vitare curabit. Hoc in natura legimus, in figuris speculamur, & in scripturis docemur. Natura sicut Boetius 3. de consol. metro. 1. ait. Qui serere ingenuum volet agrum, liberat arua prius frutici bus. Falce rubos, filicemq; resecat, vt no ua fruge grauis ceres eat. Quæ sunt spinosæ frutices, & rubi, nisi peccatorum occasiones faci. animam per peccata ad quæ trahunt, vulnerantes? Hinc Lu. 8 dum de spinis semen vitæ suffocanti bus dominus loquitur, per spinas significari mundi huius sollicitudines, & diuitias, quæ peccatorum plurimam occasionem præbent, dignatus est declarare. Has ergo ab agro cordis eliminare oportet, vt per pęnitentiam ad vitæ fructum valeat coaptari. Hinc per Hiero. clamat dominus. Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. eiusdem 4. Quomodo pænitentiam agere potest de commissis dolendo, & à peccandi proposito verè, non fictè recedere, qui occasionem, per quam lapsum se nouit volens tenet, non abiicit, neq; fugit? Si prius cecidit in via lubrica, quomodo nisi stolidissimè in eadem via ex lapsu infirmior factus, ac temulẽtus stare præsumit? Hinc Aug. de singularitate clericorum. Aduersa est confidentia, quæ periculis vitam suam pro certo commendat, & lubrica spes, quæ inter fomenta peccati saluari se sperat. Etsi secundum Apostolum 1. Cor. 10. stantem attendere oportet, ne cadat, quomodo qui cecidit, parui pendere potest causas sui lapsus? Bruta animalia, quæ fugiunt ea, ex quibus lęsionem senserunt, nec facilè ad eadem compelli possunt, doceant hominem occasiones peccatorum declinare. Denique nemo secum patitur furem, traditorem, aut fraudulentum, ac corporis, aut rerũ suarum in sidiatorem. Et quomodo non proiicit à se, per quæ animam suã iam plangit interemptam?

Per figuras docemur occasiones fugere peccati.

Hoc ipsum in figuris speculamur. Nam in huius figuram præcepit dominus filiis Israel in terram promissionis ituris, ne cum habitatoribus terræ illius fædus inirent. Addens. Ne habitẽt in terra tua, ne fortè peccare te faciant si seruieris diis eorum, quod certè erit in scandalum. Exod. 23. & cap. 34. Caue, inquit, ne vnquam cum habitatoribus terrę illius iungas amicitias. Quid aliud hæc intimat figura, qua omnes in terimere iubet idolatras, mares, & fęminas, fortes, & imbecilles, nisi quod omnes occasiones peccatorum blandę, & acres, nec tantum quæ fortes videntur ad impellendum ad crimen, sed etiam quæ apparent debiles abiiciãtur ab eis qui terram promissionis incolere cupierunt. Hic scriptum est. Qui minima negligit, paulatim decidit.

Deniq; has declinare scriptura pręcipit vtriusque testamenti. Nam Eccle. 3 dicitur. Qui amat periculum, peribit in illo. Hinc illa communis regula magistrorum, quod mortaliter peccat, qſ quis discrimini peccati mortalis se cõmittit, quod facere dubium non est eũ

qui

qui occasiones eorum vitare negligit. Hinc totiens præcipitur discessus ab impio, ac consulitur conuersatio cum bonis, quia peccatorum conuersatio occasio est secum conuersantibus similiter peccandi. Hinc est illud, Discede ab impio,& deficient mala abs te Eccl. 7. Et illud Prouerb. 22. Non sis amicus homini iracundo, nec ambules cum viro furioso, ne fortè discas semitas eius. Item Eccl. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicat superbo, inducet superbiam, & similia multa, quæ lõgum esset annotare. Hinc dominus falsos prophetas cauere Mat. 7. & à phariseorum fermento attendere docuit. Sed & Petrum passionem domino dissuadente repulit. Mat. 26. Vade inquit, post me Sathanas, scandalum es mihi. Nunquid poterat dominus ab aliquo scandalizari, aut ad peccatum illici? Absit hæc blasphemia in filium Dei. Sed hoc exemplo nos scandala fugere docuit, quæ sunt occasiones peccatorum. Apostolus den iq; vt ab omni fratre inordinatè ambulante nos subtrahamus, denunciat 2. Thess. 3. Et homines nouissimorum temporum superbos, elatos, cupidos &c. deuitare præcipit 2. Timoth. 3. Et iugum ducere cũ infidelibus prohibet, rationem superaddens 2. Cor. 6. Quæ enim inquit, participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas lucis ad tenebras? Quę autem conuentio Christi ad Belial? Aut quę pars fidelium cũ infidelibus? Quis aut consensus templo Dei cum Idolis? Et ita reuera nulla esse poterit coniunctio pænitentię cum occasionibus peccatorum, cum illa ad iustitiam, istæ ad iniquitatem perducant. Illa ingerat lucem, istæ tenebras. Illa Christo conciliat, istæ Belial subdant. Illa sit fideliũ, istæ induratorum. Templum domini illa purget, istæ idolis locum præparẽt Plena est scriptura auisamentis, quibus instruimur peccatorum occasiones declinare. Quorum plurima in libello de clericorum singularitate colligit Augustinus, inter cætera ita inquiens. Qui fretus est conuersari cum scandalo, sine causa non dicit, pacatus volo esse cum diabolo, contra apostolum dicentem. Nolite locum dare diabolo. Scandalum autem offendiculum est, siue peccati occasio. Vnde pro certo implanator. i. seductor proprius suam animam decipit qui non canendo contraria noxiis rebus semetipsũ m semetipse conmiserit. Ille autem tutius sibi consulit, qui circa malos sẽper infidus, species quascunque noxias extimescit. Difficile nanq; venenum quis bibet, & viuet? Verendũ est dormienti in ripa, ne cadat. Cui alludit Isido. lib. 2. soliloqui. Tolle inquit occasionem peccandi, aufer materiam delinquendi. Corpore semotus, ab intẽtione peccandi discedis. Circa serpentem autem positus non eris diu illæsus. Ante ignem consistens & si ferrens sis, aliquando dissolueris, proximus periculo, diu tutus non eris. Sæpe occasio peccandi voluntatem fecit. Sæpe quos voluntas non potuit, assiduitas superauit. Restat ergo, vt qui à peccatis perfectè conuerti voluerit ad dominum, nedum à malo, sed etiam ab omni se mali specie abstineat, secundum apostolum 1. Thess. 5. & cum muliere Chananæa nedum de ciuitate .i. peccato ipso exeat, sed & de finibns, hoc est occasionibus peccatorum, dicens cum prophæta. Declinate à me maligni, id est malè ignientes, vel igniti, quia amodo scrutabor mandata Dei mei.

Sed dicis forte. Si ita est necessariũ fugere peccatorum occasiones, cum totus mundus plenus laqueis beato Antonio monstratus est. Et beatus Ioannes in prima canonica cap. 2. ait. Omne quod est in mundo, concupiscentia est carnis, oculorum, aut superbia vitæ. Et cap. 5. Mundus totus in maligno positus est, necesse erit exire mundum, vt dignè agatur pęnitentia, & ita seculo alligatis nulla esset salus. Sed nec hoc solum, nam & virtutes ipse, & opera virtutis occasionem nonnunquam præstant superbię. Propter quod beatus Aug. magis timet de superbia in acumine virtutum existentibus, quam iacentibus in sordibus peccatorum, vt patet

Qũo occasiones peccatorum sunt vitandæ.

tet

tet in lib. de sancta virginitate, & ita nec bene agendum foret, vt declinaretur occasio superbię. Ad huius replicæ solutionem aduertendũ, quod multipliciter possunt distingui occasiones peccatorum. Sunt. n. quædã occasiones per se, vt in pluribus, alię ꝑ accidẽs, seu in paucioribus. Occasiones per se dico, quæ ex sua proprietate habent fortiter mouere, & voluntatẽ trahere ad peccatũ, quæ deniq; in pluribus, & pæne in omnibus inducunt ad peccatum, velut ea, quæ excitant vehementẽ delectationem sensus, sicut frequens præsentia, & familiaris conuersatio, attractus, aut cõtrectatio, siue applicatio obiecti delectabilis illiciti ad potentiam. Obiecta nanq; sensui conuenientia habent naturaliter mouere, & delectare sensum, & eo vehementius. quo distinctius apprae henduntur. Voluntas quoq; propter potentiarum colligationem naturaliter condelectatur sensui, & ideo orta vehementi delectatione in sensu difficulter, & vix à consensu abstrahitur voluntas. Per se ergo occasiones peccatorum dico quæcunque ex naturali proprietate vehementem inducunt delectationem, vel etiam dolorem in sensu. Hęc enim facillimè & in pluribus inducunt volũtatem ad consensum deliberatum illicitum, vel fugam, seu diffusum contra iustitiam. Sic incontinentię occasione sunt familiaris ac solitaria conuersatio viri, & mulieris, fixus in alterutrum visus, lasciui gestus, turpia colloquia, intenta cogitatio libidinosa, corporum nudorum contactus, & oscula, & cætera, quæ apud Canonistas inducunt præsumptionem violentam. Suo modo in aliis explicari potest. Occasiones verò per accidens sunt, quæ non ex sua naturali proprietate, sed ex eorum abusu, vel vtentium malitia inductiuæ sunt peccati, & illę non in pluribus saltem fortibus, sed paucioribus præualent, sicut decoctio rufarum lenticularum Iacob fuit occasio fratri suo Esau, vt venderet primogenita. Genes. 27. Doctrina Christi, & miracula fuere perfidis iudæis occasio blasphemiæ, & amor

Quotuplices sũt occasiones peccati per se, & per accidens

Israel, quo diligebat Ioseph, ac visa som nia occasio fuerunt fraterni odii. Genes. 37.

Alia distinctio occasionis peccati.

Iterum potest distingui secundum B. Augu. in de sing. cle. quia sunt quædã opera quæ quinque minus cautis occasionem peccati præstant, quę tamẽ sũt in pręcepto, aut necessaria operanti ad suum victum corporalem & spiritualem. Sunt & alie, ad quæ agenda, nulla impellit necessitas, aut præceptio in se vana, curiosa, & ad rem non pertinentia. In primis necessitas, aut mandatum excusat, quo etiam adiutorium iustè implendi ministratur. Ibi enim locum habet illud apostoli 1. Co. 10. Fidelis Deus, qui nõ patietur vos tentari super id, quod potestis, sed facit etiã cũ tentatione ꝓuentũ, vt sustinere possitis. Et illud Cristi ad suos discipulos in necessitate persecutioni se offerentibus. Dabo vobis os, & sapientiam, cui non possunt resistere, & contradicere omnes aduersarii vestri. Luc. 21. Tales occasiones sunt cõuentus vtriusque sexus in diuinis, in cõfessionibus fęminarum audiendis, in medicinis corporalibus exhibendis. De quibus pulchrè vt supra, loquitur Aug. In quibus debita cautela adhibita, occasiones fugere non oportet. Sunt etiam occasiones quædam quasi per se infirmis, quæ exercitatis materia sunt virtutis, sicut facere opus bonum in publico, aut commendare sua opera, quod infirmis occasio est superbiæ, aut vanæ gloriæ, perfectis verò materia virtutis, vt Paulo, Iob, ideo vtrunque non tamen eisdem præcipitur. Nesciat dextera tua, quid faciat sinistra tua. Et luceat lux vestra, primum dicitur, secundum perfectis. Per hoc responderi potest, quod occasiones per se, & in pluribus quarum vsus nec in præcepto est, nec necessarius, vitandæ sunt maximè infirmis, & minus exercitatis. Reliquas verò & si cautum est vitare, possunt tamen, & quãdoq; debent ex necessitate, ꝓcepto, aut à perfectis cũ debita cautela prudanter contrectatis. Et per hoc patet obiectionũ solutio, q̃ de secũdis, & nõ primis ꝓcedũt. Priores verò ꝓbatio

tiones de primis, non secundis intelligendæ sunt. Hoc tamen obiectiones satis probant, vt quia totus mundus in maligno positus est, cautè in omnibus ambulemus, secundum apostoli sententiam ad Ephes. 5. Videte quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et illud 1. Pet. 5. Sobrii estote, & vigilate in oratione, quoniam aduersarius vester diabolus quasi leo rugiens circuit quęrens, quem deuoret. Tantum de illo. Annecte conclusionem prout placet ad propositum.

DOMINICA REminiscere. Sermo II. in ordine. XXVIII.

DOMINE adiuua me, filia mea male à dęmonio vexatur. Mat. 15

Tempus illud, quod nunc ecclesia peragit, tempus est spiritualis luctaminis, & pænitētiæ salutaris, in quo omnes Christi fideles, qui peccati serui fuerunt, resurgere debent, & ad dominum (exemplo huius mulieris de gentilitate conuersæ, quę sua credulitate mater nostra effecta est, omni semota desperatione, & animi trepidatione) quantotius conuerti. Et ideo sancta mater ecclesia nunc quasi pro omnibus suis filiis pugnans, & orans, præces, & orationes multiplicat, & ingeminat, quatenus suis filiis impetret conuersionem, & in bono iam cepto constantiam fortem.

Tempus huius vitæ est tēpus luctæ cum diabolo.

Cæteris enim temporibus quilibet pro se pugnat, & orat. Nunc veluti communi egressu omnibus fidelibus bellum est cū diabolo. Sed videamus, quibus hæc mulier armis contra tam fortem congreditur. Reliquit omnia, quæ erant diaboli, & mundi in maligno positi. Excusationem nullam prætendit, sed spe forti subleuata, & fide rectè illustrata, charitate denique iam accensa, dominum adiit quam humiliter di. Domine adiuua me &c. Ecce quibus armis pugnauit sola oratione, & remissionis confidētia dimissis iam finibus Tyri, & Sidonis, & omnis diabolicæ conuersationis. Nec ab oratione cessauit, donec misericordia cederet, donec verbum misericordiæ plenum audiret. O mulier magna est fides tua, magna pugnæ constantia, magna orationis instantia, diutius te clamantem non sustineo, misericordiam petis, misericordiam tribuo, omnipotentiam confiteris, magnalia facio, misericordiam vis petitionem supero. Fiat tibi, nedum vt petis verbo, sed sicut vis in animo, inquiens. Domine adiuua me &c. Pro gratia Aue.

Primò recitetur euangelium. Secundò animatio ad pænitentiam veram, seu exhortatio quædam ad imitationē mulieris subiungatur. & Tertiò doctrina quædam, declarans modum imitationis adiicietur. Euangelium habetur. Matt. 15. Mar. 7.

Nostis charissimi aduenisse nobis dies pænitentiæ ad redimenda peccata, & ad saluandas animas. Nec decet christianum qui & si toto tempore anni indebitam corpori curam egit, saltem his diebus, animę (omnibus semotis (salutem non quærere. Emendemus ergo (canit ecclesia) in melius; qđ ignoranter imò scienter, imò nequiter peccauimus. Ne subito præoccupati die mortis, quæramus spacium pęnitentię, & inuenire non possimus. Manet enim peccatores mors secunda, mors reuera pessima, mors tartarea, mors nullo vnquam fine claudenda. Sed iam lachrymis necando crimina, vires euacuemus mortis. Mors nanque illic non reperit, quos hic viuentes amittit. Scribitur in quodā solemni sermone, cuius principium est, Cur fluctuas anima? Et sequitur. Qui se peccato dirimit, iustitiæ iungit, & spiritui vitæ obsequens, mandata custodit, peccata repudians, morti seruire contemnit, vltra iam non moritur, mors nō dominabitur illi, neq; eū tartarus in morte accipiet, sed cælum. Quia si forte dicis, Grandia sunt peccata mea, & immensa scelera, respondet Chrysost. homil. 19. Et quis est sine peccato? Sed ego, inquis, pessimus super omnem hominem, sufficit tibi ad placan-

Animatio ad pęnitentiā veram, cōtra omnem desperationem.

candum Deum, ait ille, Peccare desine & bene fac. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris, inquit prophæta. Esaiæ 43. Recognoscet, quia peccasti, & si agnoueris, initium correctionis factum est tibi. Noli dicere (ait Chrys.) perii quia iam medicum habes satis fortiorem te, & potentiorem, quam infirmitas tua est. Medicum habes, voluntatem tuam si volueris, emendantem, & potentem, & cupientem. Cum enim nō esses, fecit te. Et quia peruersus effectus es, multū magis te emendare poterit, qui te iustificauit, vt cesses. Num factū & nutritum poterit obliuisci? Disce vt Chananæa nostra, quia non obliuiscetur miserere Deus. Non nisi ad oues, quæ perierant domus Israel, se missum asserit, quoniam horum in persona propria ipse apostolus fuit, & tamen gentilem idolatram suscipit. Canibus panem filiorum non esse dandum astruit, & tamen hanc, cui loquitur, nedum micis, sed panis abundantia satiauit. Ait em̄, O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Petiit mulier filiam curari à domino, & non modo curat eam dominus, sed ipsam constituit filię suę medicam. Non dixit, sanetur tibi filia tua, sed fiat tibi sicut vis q.d. secūdum Chrysost. Tu inquit eam cura, esto medica, tibi committo medicamentum vt imponas ei. Fiat tibi sicut vis, voluntas tua curet eam. Non iussit, non imperauit dęmoni vt exiret, sed fiat tibi sicut vis. Voluit enim vt ipsa mater sanaret filiam eius, dæmonemque fugaret. Nec ex auditionis dilatio, aut petentis obiurgatio aliquid diuinæ detrahit misericordiæ, quinimo magnificat magis dum & ipse ad mulieris profectum fuit & constantiæ fidei, ac virtutis eius declaratio manifesta.

Nihil esse irremissibile in peccato probatur exēplis.

Et ne fortè aliquid irremissibile esse in peccato tuo, aut peccatum quasi naturale tibi relinqui non posse existimes Attende, quę nam hęc est, quæ ante à domino noscitur exaudita. Mulier est, & mulier Chananæa. Mulier est secundum naturam illa vetus, (dicit Chry.) arma diaboli, quæ hominem de paradiso expulit, mater peccati, initium iniquitatis, præuaricationis materia. Ipsa illa mulier, & Chananæa gentilis idolatra, propter quod & canis à domino vocata, quia dediti fuere gentiles cultui idolatriæ, sicut canes circa cadauera animalium defunctorum, dicit Lyra. in peccatis infidelitatis suæ nata, & nutricia, legem ignorauit, prophætas non legit, nec miracula vidit, & inde confidenter egreditur peccatorum fines, & dominum imitatur. Mira res (ait Chrysost. Cananæa sequitur, iudæi fugiunt, domestici derelinquunt, alienigena hęret. Non ergo (ait idem) naturalis malignitas est. Liberi quippe arbitrii nos creauit Deus, vt voluntate nostra cum adiutorio Dei, quod volumus, faciamus. Ideo si publicanus es, potes fieri euangelista. Si blasphemus es, potes fieri apostolus. Si latro es, poteris paradisi colonus effici. Si magus es, poteris dominum adorare. Nec vlla malitia est quæ pęnitentia non soluatur. Et ideo tanquam principia malignitatum elegit Christus, vt nemo in finem semetipsum despiciat.

Ecce aperta est nobis ianua vitæ, porta misericordiæ. Ingressa est ante nos Chananæa, sequamur eius vestigia nos inueterati christiani. Quid enim egit? Egressa est (inquit Marcus) de finibus illis Tyri. s. & Sidonis. Bonum salutis principiū. Ita agamus & nos. Egrediamur non modo de Tyro, & Sidone .i. peccatis, sed de finibus Tyri, & Sidis. Egrediuntur multi de peccatis hoc sacro tempore, cum bonis pœnitentiam simulantes, plangunt, filēt confitētur, satisfactionem sibi imponi postulant, & assumunt impositam, atque perficiunt assumptam, sed adhuc intra fines peccatorum commanentes, ipsos non derelinquunt. Vnde & se putantes in viam salutis ingressos, seipsos illaqueant, & defraudant. Exeunt enim de peccatis, & non de finibus peccatorum qui hoc tempore quædam peccata relinqunt, quædam sibi reseruant. Qui denique & si modo à singulis quantum ad exteriorem actum recedunt, in propo

posi

posito tamen sunt post tempus ad eadem reuersuri. Isti quia quædam peccata ad tempus deserunt, à peccatis quidem egrediuntur, sed dum quibusdam peccatis adhuc adhærent, aut tempora peccandi expectant, nondum regnũ peccatorum, regnum tenebrarum euaserunt, intra fines adhuc peccatorum funibus sunt ligati. Contra primos loquitur Aug. in de vera, & falsa pęnitentia cap. 8. Sunt plures, quos pænitet peccasse, sed non omnino, reseruantes sibi quædam, in quibus delectentur, non aduertentes dominum simul surdum, & mutum à dæmonio liberasse. Mat. 12. Per hoc docet nos nunquam nisi de omnibus sanari. Si enim vellet peccata reseruari. habentem septem dæmonia, pficere potuit, vt sanaret sex expulsis, vno retento. Expulit autem septem, vt omnia crimina simul eiicienda doceret. Legionem verò dæmonum complectẽtem 6666. ab alio eiiciens. Mar. 5. nullum reliquit de omnibus, qui liberatum possideret, ostendens, quod etiamsi peccata sunt mille, oportet de omnibus pęnitere. Et sequitur. Secundò enim dominum inimicum esse omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen reseruat, de alio recipit veniam? Sine amore Dei consequitur veniam, sine qua nemo vnquam inuenit gratiam. Hostis enim Dei est, dum offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est ab illo, qui iustus est, & iustitia, dimidiam sperare veniam. Et beatus Grego. homil. 34. Qui sic aliqua deplorat, vt alia committat, adhuc pęnitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest, si peccata luxuriæ quis defleat, & adhuc auaritiæ æstibus anhelat? Aut quid prodest, si iræ culpas iam lugeat, & tamen adhuc inuidiæ facibus tabescat?

Qui èxire dicuntur de finib⁹ peccatorum

De secundis verò ita loquitur Isido. in solilo. Inanis est pœnitentia, quam sequens coinquinat culpa. Nihil enim valet à malis veniam poscere, & mala denuò iterare. Nec prosunt lamenta, si iterantur peccata. Et exponens illud Esaiæ 1. Lauamini, & mundi estote lib. 2. de sum. bono cap. 16. Lauat, & mundus est, qui & præterita plangit, & flenda iterum non admittit. Lauatur, & nõ est mundus, qui plangit, quæ gessit, nec deserit. s. voluntatem, & post lachrymas eadem, quæ fleuerat, repetit. Et beatus Greg. & allegat magister dist. 16. quarti. Miles, vel negociator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non potest, si culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam venit. Vel qui bona alterius iniustè detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere, nisi negotium relinquat, vel officium deserat, odium ex corde dimittat, & bona, quæ iniuste abstulit, restituat. Hæc ille. Tales enim (vt idem ait in pasto. parte 3. cap. 33.) cum acceptam in adiutorium scientiam qua. s. se peccatores cognoscunt, negligunt, hanc contra se in testimonium vertunt, & de lumine scientiæ augent supplicia, quod acceperunt, vt possint deleri peccata. De his ait psal. Descendunt in infernum viuentes. Viui, qui circa illos aguntur, sciũt, & sentiunt. Mortui nil sentire possunt. Mortui ad inferna descenderunt, si mala nesciendo perpetrarunt. Cum verò sciunt mala, & faciunt, ad infernum miseri viuentes, scientesque descendunt.

Hortatione simus Dei irrisores perfectũ pœnitentiam.

Oportet itaq; charissimi, quicunq; post nostram Chananęam pęnitentiæ, ac salutis viam ingressi sumus: Primũ omnium peccatorũ, & fomenta, & opera, in quibus cum recta accusat conscientia, penitus abiiciendo, fines exire, alioquin se sciat initium viæ salutis nondum attigisse. Audi Augustinũ in de vera, & falsa pęnitentia clamantem. Si verè estis pęnitentes, & non irridentes, mutate vitam, reconciliamini Deo. Pęnitentiam agis, genua figis, & rides, subsannas patientiam Dei. Si pœnitentiam agis, pęnitet te. Si non pęnitet te, nec pęnitentiam agis. Si ergo pęnitet, cur facis, quod male fecisti? Si fecisse pęnitet, noli facere Si adhuc facis, nõ es certè pęnitens. Sufficiat tanto tempore errasse, relinquamus

mus fines Tyri, & Sidonis, non simus per falsam pęnitentiam Dei irrisores. Nolite errare (inquit apostolus) Deus non irridetur, quæ enim seminat homo hæc & metet, de carne corruptionem, de spiritu vitam ęternam. Gal.6. Mementote, quia terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & proferens spinas, & tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio est in combustionem. Heb.6. Non spernamus patientiam Dei, & multiplicem eius vocationem, ne fortè de nobis dictum sit illud Prouerb.1. Vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. Despexistis omne cõsilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, cum vobis, quod timebatis, aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando irruerit super vos tribulatio, & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent & non inuenient me, eo quod exosam habuerunt disciplinam, & timorem domini non susceperunt, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerunt vniuersæ correptioni meæ. Comedent igitut fructus viæ suæ, & consiliis suis saturabuntur.

Rem gestam ad idem refert Grego. homil.12. de quodam Crisorio viro nobili valerię prouincię, quæ potest hic recitari ad finem. Quo contra cum adhuc tempus habemus, de finibus peccatorum exeamus exemplo Chananeæ, quatenus ad cæteras eius virtutes, quibus in euangelio commendatur, fidem humilitatem, patientiam, perseuerantiam prouehi mereamur. Præstante domino nostro Iesu Christo cum patre, & spũsancto in secula benedicto. Amẽ.

Quicqd ab vnitate separatur subsistere non potest.

DOMINICA OCVLI
Sermo 1. in ordine.
XXIX.

OMNE regnum in se diuisum desolabitur. Luc.11.

Omne, quod est, tandiu manere, & subsistere asserit Boe.li.3.pros.11. quandiu sit vnum, interire autem, & dissolui, cum vnum esse desierit. Quamuis itaq; in omnibus vnitas commendatur, diuisio culpatur. In humana tamen societate vnitas, & concordia amplius extollitur, & laudatur. Et quidem est societas hominũ secundũ naturã, quæ facit regnũ tẽporale. Est & sociteas spiritualis quæ cõstituit regnũ ecclesiæ, quorũ vtrũq; non nisi cõcordia, ac vnione saluatur, discordia verò dissipatur. Propter quod vtrunq; regnum ab vno, non pluribus principiis capit ortũ. Naturalis enim hominum productio ab vno est principio. s. Adam, de quo Eua. & de vtrisque noscuntur cæteri propagati. Vnde 12. de ciui. Dei. cap.21. ait beatus Aug. Vt hominum vehementius commendaretur ipsius societatis vnitas, vinculumq; concordiæ, nec ipsam quidem fœminam viro copulandam sicut ipsum creare illi placuit, sed ex ipso, vt omnino ex homine vno diffunderet ur genus humanum. Et cap. 22. ait. Huius rei consyderationem hominibus fore profuturam, quod ex vno homine Deus (ad commendandum hominibus, quam ei grata sit etiam in pluribus vnitas) genus instituisset humanum. Ecclesia quoq;, cuius Typũ mulieris formatio gessit, ab vno Christo domino est ędificata. De quo idem Aug.22. de ci. ca. 17. dicit. quod in exordio generis humani de latere viri dormiẽtis costa detracta fęmina fieret, Christũ, & ecclesiã tali facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille viri, mors erat Christi, cuius exanime in cruce pendentis latus lancea perforatum est, atque inde sanguis, & aqua profluxit, quæ sacramenta esse nouimus, quibus ædificatur ecclesia. Hæc ille. Propter quod apostolus ad Roman. duodecimo ait. Multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Primum regnum ligat vnitas naturæ. Secundum vnitas fidei. Vtrumque nutrit concordia voluntatum.

Deuastat autem, & soluit diuisio quantum ad eos, qui ab vnitate se

ſeparant, quemadmodum iudæi a fide patrum per quam Chriſto adhuc futuro iungebantur, diſceſſerunt, Chriſtum dominum multipliciter blaſphemantes. Ideoque eiſdem dominus ſuam deſolationem perpetuam prædixit in verbo thematis. Omne regnum in ſe &c. Pro gratia Aue Ma. Primò euangelium. Secundò euangelii per doctrinas proſecutio. Erat Ieſus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum.

Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Præter regna in introductione commemorata, eſt & aliud regnum particulare cuiuslibet hominis ſingularis tempori plus conueniens, ſecundum illud Hugo. in de regno animæ. Nobile regnum poſſidet, qui cor ſuum poſſidet. Cor non vtique carnale, ſed ſpirituale, animam ſcilicet. Nam omnes nos fecit Chriſtus regnum, & ſacerdotes Deo patri. Apocal. 1. & 5. Huic regno etſi voluntas præſidet in eſſe naturali, longè tamen nobilior rex præſidet in eſſe gratuito, & ſpiritali.

Hic rex eſt ſpiritus ſanctus, De quo propheta. Ipſe reget nos in ſecula. Regit inquam, per gratiam, & iuſtitiam in vitam ęternam. Roma. quinto. Si autem regnum noſtrum ab illo rege diuiditur, haud dubium quin perpetua deſolatione deſolabitur. Diuiditur autem ab hoc rege per mortale peccatum Coniungitur per pęnitentiam. Hæc enim neceſſaria eſt longè poſitis à Deo vt appropinquent, ait Magiſter diſtinctio. decimoquarto lib. 4. Ad quam ſatis vos adhortata eſt eccleſia per euangelicas doctrinas. Nunc metu pęne, nunc ſpe veniæ, nunc diuini amoris dulcedine, ad extremum etiam ſuiipſius dilectione.

In pręſenti verò euangelio quantũ ad nos pertinet, inſtruit quomodo ad ipſam præparemur, quomodo denique ea adepta, à fine eius, ſalutis ſcilicet fructu non fruſtremur. Quatuor enim ad litteram præſens euangelium continet puncta, quæ ſunt Deteſtabilis Iudeorum blaſphemia, Chriſti excuſatio manſueta, damnabilis perfidorum recidiuatio, Mulierculæ laudatio accepta. Ex quibus quatuor elicere poterimus regulas, quibus ſeruatis, noſtra conuerſio redditur fructuoſa.

Quo ad primum narrat euangeliſta deteſtabilem inuidiſſimorum Iudęorum blaſphemiam. Nam cum dominus miſericordiæ ſuæ venas aperuit, ac benigniſſimè in eodem homine triplex ſanitatis beneficium contulit, quoniam dęmonem expulit, cęcum illuminauit, vt Matt. dicit cap. duodecimo, & mutum loqui fecit, vnde & popularis turba in admirationem vtique laudis excitata eſt dicens. Nonne hic eſt filius Dauid, vt dicit Matthęus? Perfidiſſimi phariſæi, & ſcribæ Deo honorem ſubtraxerunt, & alii principi dęmoniorum attribuerunt. Alii hæc ſigna paruipendentes, de cęlo maiora miracula expectabant.

Ex quo nos hanc doctrinam attendamus, Vt quicunque à peccatis liberari deſyderat, ac per pęnitentiam conuerti ad Chriſtum, extrinſecam emendationem non expectet, ſed ſeipſum emẽdare per bonæ voluntatis propoſitum non retardet, quoniam vt Chryſ. ait Homil. trigeſimonono. Qui ſeipſum corrigere, & emendare voluerit quod in ſeipſo eſt, atque in poteſtate eius explere, nullus ei extrinſecus proderit.

Quicunque à peccato liberari deſiderat extrinſecã emendationem non expectet.

Et in lib. primo de compunc. cor. ait. Ad eos, qui nec initium faciunt conuerti ad Deum, gratia omnino nec venit, imò quod magis eſt peruerſis animis exteriora adhibita beneficia officiunt, magiſque indurant. Nunquid gratia domini noſtri coram phariſæorum oculis miſero impenſa, quæ turbis cauſa fuit admirationis, de priuatis eorũ animis occaſio fuit blaſphemiæ? Et quod illis fuit in reſurrectionem, iſtis ceſſit in ruinam ſecundum prophetiam Symeonis. Luc ſecundo. Reuera ſancti propoſiti viris omnia etiam mala, etiam propria commiſſa peccata cooperantur in bonum. Sunt enim eis occaſio maioris dilectionis Dei tanta peccata miſericorditer remittentis

maio

maioris gratitudinis, maioris humilitatis, vt vult glo. magistralis & est Aug. super illud apostoli ad Roma. 8. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur &c. Rectas enim mentes diligit Deus, & sine fuco propositum, ait Chry. vbi supra de compunc. cor. & subdit. Quod in Paulo prospiciens licet alio adhuc itinere videretur incedere, tamen quia proposito recto, & zelo Dei hæc agebat, dicit de eo dominus, quia vas electionis mihi est, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & omni populo Israel Act. 9. Hæc autem testatus est de eo prius, quam gratia ei daretur. Hæc ille. Sic e conuerso vt Eccl. dicitur cap. 39. omnia peccatoribus in mala conuertentur.

Quid enim profuere dure ceruicis populo stupenda beneficia in Ægypto, ac deserto collata? quæ longum esset enarrare. Quid Iudę, quod in numero duodecim vocatus, domini continua præsentia amicitia, ac familiaritate fuit suffultus? Omnia hæc nos docent, quod si mille adhibeas medicinas, mille munimenta conferas, meliorem facere, & emendare non poteris, nisi ipse prius, quod in se est, proponat, & proferat, qui vero recto proposito seipsos dederunt, parua occasione sumpta plurimum profecerunt. Hinc peccatoribus per Hier. 15 ait dominus. Si conuerteris, conuertam te, & stabis ante faciem meam, & Zach. 1. Conuertimini ad me, dicit dominus exercituum, & conuertar ad vos Item Iac. 4. Appropiate Deo, & appropinquabit vobis. Item Eph. 5. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Surge, qui dormis in peccatis torpendo, & exurge à mortuis, ab infidelibus te separando, qui mortui dicuntur. Matth. octauo. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, & illuminabit te Christus per fidē charitate formatam. Hæc Lyra.

Sed fortè hic diceret quis, quoniam non est hominis se emendare, bonum propositum concipere, & se ad Dei gratiam præparare, quia spiritus vadens est homo, & non rediens psal. septuagesimoseptimo. Sed domini est animū præparare. Prouerb. decimosexto. Ipse denique est, qui aufert cor lapideum & dat cor carneum. Ezech. trigesimosexto. Et ex me fructus inuentus est Oseę 14. Neque sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis 2. Corinth. secundo. Multò minus bonum propositum concipere, quod vtique cogitationem præsupponit

Sed ad huius solutionem aduertendū q; olim duæ periculosæ hęreses fuere extremæ, quarum vna, scilicet Pelagiana dixit hominem ex suis naturalibus non concurrente gratia Dei, saluari posse, vt recitat Magister distinct. vigesimaseptima, lib. secundo. Alia negabat arbitrii libertatem, omnia sub necessitate concludendo. Sed his dimissis, dicendum, quod duplex est gratia creatoris. Quædam est gratuita sua voluntas, qua omnia condidit, ac condita gubernat, per quam naturam omnibus dedit. Est & gratia donum creaturæ datū sine meritis. Sic vel quodlibet donum gratia dicitur, secundum illud 1. Cor. quarto. Quid habes, quod non accepisti? Vel specialiter hoc donum, quo hominem reddit sibi gratum, quæ communiter nominatur gratia gratum faciens. Omnis ergo actio humana, & cuiuslibet creaturæ prærequirit generalem Dei influxum, quoniam Deo non cooperante, nullum creatum agens agere potest. Veruntamen præsto est per hanc homini cooperari ad omnem actum suum tam bonum, quam malum. August. 3. de trini. Voluntas Dei est prima, & summa causa omnium. Nihil enim fit, quod non de interiori, atque intelligibili aula summi imperatoris egrediatur. Magist. lib. 1. distinct. 45. Et sine hac gratia omnino nec cogitare, nec viuere, nec esse valemus. Sed gratia gratum faciens prærequiritur operi meritorio, & coexigit voluntatē peccato non infectam, non. n simul stant gratia, & peccatum, verum non prius tpe voluntas à peccato liberatur, quam gratia infundatur, sed per gratiam iustificatur. Oportet tamen, quod non in

Duplex gratia creatoris

ſit voluntati obex.i.propoſitum peccandi. Et hanc paratus eſt Deus infundere cuicunq; deſyderanti, & quod in ſe eſt facienti. Per hoc quod ſine prima gratia generali.ſ. Dei influentia voluntas ſe non poteſt ad quodcunque conuertere, nec aliquid agere ſine ſecunda nihil meritoriè. Poteſt tamen ex naturalibus ſuis, ſecluſa gratia gratum faciẽte, habita peccati conſyderatione, auertere ſe à peccato, concurrente prima gratia, & conuertere ſe ad Deum, licet non meritoriè. Sic autem faciendo diſponit ſe de congruo ad gratiam. Pro omnibus his hæc autoritas Aug. ſufficiat Priuseſt, vt videatur, quam ſint vtiles, & honeſtæ Dei.ſ.iuſtificationes, deinde vt earum deſyderium concupiſcatur. Poſtremò vt perficiente gratia delectet earum operatio. Per hoc patet, quomodo autoritates allegatæ, vel de gratia Dei primo modo dicta intelliguntur, vel ſecundo modo dicta, & operatione meritoria. Quapropter conuerti vltra non differatis, mutate malã voluntatẽ, date locum gratiæ, proponite firmiter vitam emendare. Certifico vos, præſto eſt dominus, & placabilis, dicente Iobele.2. Benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordię, & pręſtabilis ſuper malitia. Illuminabit vos ad ſe, & legem ſuam cogoſcendum, auditum dabit ad verbum eius ſuſcipiendum, linguam reſerabit ad eum dignè laudandum, dæmonem expellet, peccatum remittendo.

Excuſatio Chriſti manſuetiſſima.

Secundò tangitur in euangelio ſaluatoris noſtri excuſatio manſuetiſſima quoniam vt vidit cogitationes eorum malignas, non maledictum pro maledicto reddidit, ſed honorem patris defendens, non ſuum, dignatus eſt blaſphemos rationibus reducere, quos poterat pro blaſphemia perpetuò condemnare. Redarguit autem errorem eorum quatuor rationibus. Prima ſumpta ex dæmonum in malo concordia. Nam regnum diſcordantium deſolatur, quia ſecundum Hiero. Concordia res paruę creſcunt, diſcordia res maximè dilabuntur. Regnum dęmonum non deſolatur, ergo non diſcordant, quare nec alius alium eiicit, ſed magis alius aliũ, vt poſſideat, iuuat, & confortat. Secunda ſumitur ex blaſphemantium ſenſu. Putabant nanq; filios ſuos exorciſtas ſecundũ Bedã, vel apoſtolos, ſecundum Cyrillum, vel vt iſtos, & illos ſecundũ Hiero.eiicere dęmonia virtute diuina, igitur hoc idem de domino ſentire debebant, cum de ſimilibus ſimile eſt iudicium. Tertia ſumitur ex domini potentia. Nam fortem inuitum eiicere nõ poteſt, niſi fortior. Dęmones vniuerſaliter in omnibus dominus eiiciebat, ergo fortior erat diabolo, non ergo in diaboli, ſed ſua poteſtate eiecit. Quarta ſumitur ex operum differentia, nam qui opere, & intentione contrariantur, non cooperantur ſibi. Sic autem eſt de diabolo, & Chriſto, nam voluntate contrariantur. Dicit enim dominus. Qui non eſt mecum, volendo, contra me eſt. Dominus vult omnes homines ſaluos fieri 2.Timo.2. diabolus vult omnes interire. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ. Sap.2. Contrariantur actu, quia qui non colligit mecum (dicit dominus) diſpergit. Ieſus moriturus erat, vt filios, qui diſperſi erant, congregaret. Ioan.11. Diabolus eſt lupus ille, qui rapit, & diſpergit oues. Io.10.

Conuerſi ad dominum per patiẽtiam armemus nos ĩ his quæ nobis aduerſantur.

Ex hac parte hanc doctrinam attendamus, vt conuerſi iam ad dominum per patiẽtiam nos armemus in his, quæ nobis aduerſantur. Poſſetenus verò repugnemus in his, quæ diuino honori contrariantur. Valde enim indigent conuerſi ad Deum patientia, quoniam plus cæteris impugnantur à mundo, cui renunciauerunt, à diabolo, quem expulerunt, à carne, cui conſenſerunt cruciantur. Hæc enim eſt gratia (ait Petrus) ſi propter conſcientiam Dei.i. Deum ſcientem veſtram intentionem ſuſtinet quis triſtitiam patiens iniuſtè. Sed ad conſeruandum Dei honorem zelamus. Sic enim Chriſtus blaſphemiam Dei paſſus non eſt. Cum autem Samaritanus culparetur, Ioann. octauo non reſpondit, ſed nec os ſuum aperuit, cum flagellaretur, coronaretur,

tur, tandem cruci affigeretur, quinnimmo pro crucifixoribus orauit. Sic olim patres patientes in contumeliis sibi illatis zelauerunt pro Deo. Sic Moyses mitissimus qui etiam pro populo deleri petiit de libro vitæ, qui etiam quotiens contra se populus murmurauit, diligentissimè se interposuit, ne ira domini eos consumeret, vt habetur. Numeri 16. et. 17. vigintitria millia occidi pro idolatria commissa. Exod. 32. Sic Phinees zelans pro domino occidit Zambri ducem & Cozbi filiam Sur principis nobilissimi Madianitarum,& in hoc placuit dominum vt auerteret iram suam à populo. Nume. 25. Mathathias zelo regis accensus, idolatriā in altari trucidauit simul & regis nuncium, & factus est ipse & filii eius duces populi. 1. Machabeo. secundo. Sed heu videmus hodie omnia in contrarium versa, cuiuslibet iniuria etiam canis vindicatur, solum vniuersitatis dominum impune licet offendere, quæ Dei sunt nemo percipit corde, maxime quorum interest populum regere. Attendere deberent isti ac cordi inscribere verbum domini: Qui non colligit mecum, dispergit. Non colligit quisquis ad errantis reductionem pro posse non laborat, vnicuique mandauit de proximo. Eccle. decimo septimo. Non colligit, qui peccantes in Deum impunè viuere sinit, quoniam teste Salom. Eccle. octauo. Quia non citò profertur contra malos sententia absque vllo timore filii hominum perpetrant mala. Et secundo. Machab. 6. dicitur: Statim vltionem exhibere peccatoribus, magni beneficii indicium est. Caueant ergo præsidentes, ne cum in subditorum correctione negligentes inueniantur, maximè in his, quæ ad Deum spectant, cum diabolo dispergere, & non cum domino colligere comprobentur: Quod si ita est, vbi manent, qui nedum non colligunt non cohibendo, sed dispergunt etiam mala fieri iubendo, consentiendo, & turpia lucra participando Non sic charissimi, sed attendite super gregem vobis commissum, collaborate ad diuini honoris manutenentiam, & recipietis mercedem in præsenti, & futuro, alioquin regnum vestrum, quod per vestram negligentiam separatur à domino, desolabitur.

Tertiò dominus tangit damnabilem perfidorū recidiuationē qui per legem datam, à dæmonis vexatione & cultum eius liberati, quia legis mandata sunt transgressi, & mente excecati, ideò periculosius postea possessi sunt à diabolo, quam à principio. In quo docemur quod nouiter conuersi per pęnitentiam strenuè bonorum exercitio operum intendant, tantò magis, quantò prius negligentiores fuere, secundum illud Matthei. 3. Facite dignos fructus pęnitentiæ ne si otio torpeant, grauius quam prius in peccata recidiuent. Quartò narrat euangelista professionem diuinę laudis factam à muliere contra iudęorum improperia, cęteris negligentibus dicente: Beatus venter, qui te portauit. Hanc dicunt fuisse Marcellam famulam beatæ Marthæ sororis Lazari. Ex hoc quartam doctrinam recipere debemus vt postquam pęnitentiam agere ceperimus, ac in domini laudibus perseuerare volumus, veteres societates, & omnes peccatorum occasiones vitare debemus, ac cum simplicibus, & deuotis huic mundo despectis conuersari, quoniam cum simplicibus est sermocinatio diuinæ sapientiæ. Prouerb. 3. Et voluntas domini in his qui simpliciter ambulant. Prouerbio. 11. Et Sap. 1 In simplicitate cordis quærite illum. Talium laudes suscipit libenter, quia respicit ad vota humilium.

Damnabilis recidiuatio pfidorū.

Post pęnitentiā malorū societates vitandæ.

DOMINICA OCVLI
Sermo. II. in ordine.
X X X.

SI in digito Dei eiicio dæmonia, profectò venit in vos regnum Dei. Lucæ. 11.

Tēpus illud salutare est, in quo vasa

Dedicãdæ sunt aíæ nostræ Deo, & eripiẽdę diabolo.

eripiẽda sunt diabolo, dedicanda Christo. Dedicantur Christo, cum Christus intromittitur. Eripiuntur a diabolo, cum diabolus expellitur. Ipse enim Christus sanctificat inhabitando. Quæris: Quæ sunt vasa diaboli? Dicimus in illa corda, quæ per mortalia peccata a Deo separata diabolo sunt incorporata. Sicut nanq; bonorũ omnium caput Deus est, ad Eph. 1. & 4. Ita & diabolus omnium iniquorum caput est, secunqum Greg. 3. & 4. Moral. Et ideo quisquis peccando a capite Christo abscondítur, capiti viperę miserè incorporatur. Bern. in ser. de quadragesima. Hoc autem caput membra sua non vt filios, amicos, aut ciues possidet, sed tã quam seuissimus tyrannus velut mancipia funibus peccatorum ad sempiternum interitum secum trahit.

Eiicitur autẽ, dum a peccato cessatur. Sed quandoq; in digito Dei, quandoq; in fraude diaboli.

In fraude diaboli, dum foris ab actu simulatè solum cessatur propter hypocrisim, humanum timorem, aut verecundiam, lucrum temporale, aut volu ptatem carnis, vt pharisæi fecisse dicũtur, teste domino Matt. 23. Et licet se sic eiici simulet Sathan, tamen in veritate plus possidet. Quoniam uidens domum exteriori ornatu scopatam, intus a ueritate vacuam, cum septem nequioribus; id est peccatis grauioribus simul, & multiplicibus possidet.

In digito Dei eiicitur, dum prius tota mentis intentione peccatum fugimus, & sic actu cauemus. Tunc enim per spiritumsanctum peccatum dimittitur, qui est digitus Dei ea similitudine, qua filius dextera patris. Hoc autẽ digito expulso diabolo, profecto venit in nos regnũ Dei, idest Christus in nobis regnans fęliciter, quos prius diabolus possederat crudeliter, secundum verba thematis: Si in digito &c. Pro gratia aue maria.

De duobus regnis Christo & diaboli.

Audistis ex euangelio proposita nobis duo regna, pariter & reges duos, Christum. s. & diabolũ, quæ regna sub duarum nomine ciuitatũ B. Aug. in 14. de ciuita. Dei describit, quæ licet eo teste ab initio fuerint permixta, magna tamen sunt varietate distincta. Vnum quidem bonorum, aliud malorum. Regni vnius populus secundum carnem, alterius secundum spiritum, idest Deum viuit. Illud terrenum, quia in terris finem habet, & initium. Istud cęleste, quia in cęlis est sine fine mansurum. In illo regnat diabolus, sicut scriptum est: Ipse est rex super omnes filios superbię Iob. 41. & dominus ipse Ioan. 12. Nũc princeps huius mundi eiicietur foras. Apostolus quoq; ad Eph. 6. Fratres inquit, non est nobis colluctatio aduersus carnẽ, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus rectores mundi. In altero verò regnat Christus, quia (ut dicit Aug.) fundatum est regnum illud in fide, & spe mortis, & resurrectionis Christi lib. 15. cap. 21. Ipse quoq; est caput omnis principatus, & potestatis, ad Col. 2. & caput ecclesiæ, ad Eph. 1. habens in vestimento suo scriptum, rex regum, & dominus dominantium. Apoca. 19.

Regna hæc contraria sunt contrarietate immediata, ita vt vnius diminutio sit augmentatio alterius. Cum. n. hominum nullus nõ possit esse de altero, dicente domino, qui non est mecum, cõtra me est. Nec idem ad ambos simul pertinere poterit, qa nemo potest duobus dominis seruire. Mat. 6.

Certissimum signum aduentus regni Dei, quo in nobis regnat Christus, est eiectio diaboli. Si tamen eiicitur in digito Dei. Digitus Dei, amor Dei est, aut amoris autor spiritussanctus, sicut in homil. venerabilis Beda ait; Iste digitus, quem confitentur & magi, qui cõtra Moysen & Aaron signa fecerunt, dicentes, digitus Dei est. Exo. 8. quo & tabulæ lapideæ scriptæ sunt in monte Sina. Igitur manus, & brachium Dei filius est, & digitus eius spiritussanctus. Spiritus autem Dei vtriusq; amor est, & nexus, nec datur nobis nisi per donũ amoris, ad Rom. 5. Charitas diffusa est &c. In digito igitur Dei in nobis dæmon eiicitur, dum in nobis amor Dei

plan-

plantat. Hinc Aug.14. de ciui. Dei ca. 28.Fecerũt ciuitates duas,amores duo. Terrenã,amor ſui vſq; ad cõtẽptũ Dei. Cęleſtẽ vero amor Dei vſq; ad cõtẽptũ ſui. Si ergo de tyrannica diaboli poteſtate,ac regno ſuo eripi libuerit, ac regno Dei incorporari, curemus amorẽ Dei vſq; ad noſtri contemptum in nobis plantari,quia dum in digito Dei eiiciuntur dęmonia,profecto venit in nos regnum Dei.

Sed quia non ſufficit ad ſalutem expulſio niſi in digito Dei eijciatur, laborandum nobis eſt, vt ſciamus, ſi ſic eiectus ſit a nobis. Hoc autem eiſdem ſignis probare poſſumus, quibus dominus ſe probauit, non in Beelzebub, ſed in digito Dei eiicere dæmonia. Si ſcilicet regnum animæ noſtræ in ſe diuiſum nõ fuerit. Si filiorum dęmonem expellentium teſtimonium aſtuerit. Si inimici arma, in quibus fidebat,direpta extiterint. Si diſperſa in nobis recolligantur in Chriſto.

Regnum animę noſtrę conſiſtit in rõne, & voluntate.

Regnum animę noſtræ conſiſtit in ratione,& voluntate. Regimur enim libero arbitrio Eccl.15.Dominus ab initio conſtituit hominem &c. In quo regno velut rex voluntas cæteris potentiis imperat. Ratio velut oculus,ſiue cõſiliarius dictat, quæ faeienda ſunt, imperanda,& volenda. Regnum hoc diuiditur: dum voluntas rationi aduerſatur,de quo Mat.5.Eſto conſentiens aduerſario tuo &c. Eſt ſi quidem aliquid in anima,quod omnino errare nequit, nec aliquando deuiare, ſemper rectum, ſemper lucidum, quod etiam in inferno obumbrari non poteſt.Et hoc quicquid ſit dicimus apicem rationis, ſcintillam, vel naturalem inſtinctum ad bonum, ſiue ſynderesim. Eſt enim ſynderesis ſecundum opinionem probabilem potentia intellectiua nata aſſentire naturaliter principiis practicis euidentibus ex terminis dictantibus aliquid faciendum in vniuerſali. Vnde ſynderesis naturaliter aſſentit bono,& diſſentit malo, remurmurat etiam malo, & inſtigat ad bonum.

Remurmurat, dum certè, & euidéter cognoſcit cõtrarium principii practici fieri non debere. Inſtigat, dum aſſentit ad aliquam operationem bonam, dictans eam faciendam. Extingui non poteſt in natura ſua, etiam in dæmonibus, & damnatis, & ſimiliter quantum ad actum immediatum, licet poſſit quantum ad hoc impediri ratione multiplici.

De quo videantur doctores diſt. 39. ſecundi ſententiarum. Hinc dicitur in ethicis. Ratio ſemper deprecatur ad optima.

Aduerſatur ergo vitioſæ voluntati, eamq; arguere, & remordere non ceſſat, dum ipſa ſuo dictamni non conſentit,aut in volito, aut in volendi ratione,ſcilicet aliud volendo, quam ipſa dictat, aut id quidem volendo, quod ratio dictat,ſed aliter volendo, quam dictat. Vt ergo in ceſſatione a peccato conſentiant, non ſufficit voluntatem nolle peccatum, ſed etiam nolle, quia Dei offenſiuum. Nam vtrumq; recta ratio dictat. Non enim ſolum dictat iuſtum eſſe faciendum, ſed etiam quomodo iuſtus facit,id eſt iuſtè 2. Ethico. Cum itaq; in expulſione peccati conſentiunt voluntas, & ratio, ſignum eſt dæmonem fore expulſum in digito Dei.

Secundũ ſignũ eſt puerorũ teſtimoniũ.

Secundum ſignum, ſi habemus teſtimonium puerorum expellentium & ipſi dæmonem. Pueri ſunt ſenſus exteriores, qui velut pueri regimine, & nutrimento indigentes, a parte intellectiua vtrumq; conuenienter recipiunt. Cum & iſti dæmones expellunt occaſiones peccatorum expertes rationis ductu, nec vltra ſe portas mortis conſtituunt, aut fęneſtras, ſicut dicit propheta: Intrauit mors per feneſtras, ſed viſus a vagatione ſe cohibet, vt poſſit dicere cum Iob: Pepigi fædus &c. Auditus a lingua nequam ſe obſerat. Eccl. 28. Sæpi aures tuas ſpinis, & linguam a maledictis & ſic de aliis ſignis. Hoc eſt ſignum expulſionis dæmonis in digito Dei.

Quia ſi poſt cõfeſſionẽ æquè effrenos habemus ſenſus, ſignum eſt expulſionis

in Beelzebub. Quamuis enim peccatum, quo anima moritur, in voluntate principaliter committitur, tamen mors illa ab extrinseco communiter occasionatur, Hinc Iacobus, Vnusquisq; tentatur à sua concupiscentia &c. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatū. Peccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem. Et potest declarari p exemplum magistri de casu primorum parentum, dist. 24. secundi. Hinc Hiere. 1. Ab aquilone venient, & ponet vnusquisque solium suum in introitu portarum Hierusalem, id est vitia per sensus carnis labem animæ ingerunt. Item capit. 9. vt supra. Intrauit mors &c. Custodia ergo sensuum &c. testimonium est puerorum dæmonem expellentium.

Tertium signū est si arma diaboli sunt confracta armis contrariis.

Tertium signum, Si arma diaboli confracta sunt armis spiritus ei contrariis. Arma diaboli vitia sunt. Arma spiritus, virtutes. Ephes. 6. Induite vos armatura Dei &c. lorica iustitię, gladio verbi Dei, scuto fidei &c. Si ergo sentimus inclinationes vitiorum imminutas, vel saltem non præualere, præualere autem gratiam Dei, signum est expulsionis in digito Dei, Sentimus inquam, in voto, & proposito firmo.

Quartum signum, recollectio in Christo, dispersorum in nobis. Dispersimus virtutes, & potentias animæ, appetitu & cogitatu in varia contra dominum diuisi ab eo secūdum desyderiorum illicitorum varietatem. Colligimus cum Christo, dū per plenā nr̄am subiectionē omnia ordinamus in Christum, scientes solum vnum esse necessarium Luc. 10. Christum. s. in nobis regnantem, vt possimus dicere, Viuo ego, non ego, viuit verò in me Christus. ad Gal. 2. His signis in nobis compertis, possumus scire nos eiicere, vel eiecisse dęmonia in digito Dei, cum amore iustitiæ, & Dei qui prius peccato seruiuimus, nunc soli Deo viuere statuimus voluntate efficaci. Facilè possunt hic articuli quatuor extendi.

DOMINICA LAETARE Sermo 1. in ordine. XXXI.

ACCEPIT Iesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus, similiter & de piscibus, quantum volebant. Ioan. 6.

Quamuis pęnitentia, cui hoc tempus quadragesimale specialiter dedicatur, dolorem habet, tristitiamq; pro peccato, non tamen insperatam, nec gaudio pęnitus expertē, immo consolationē habet, & gaudium in semetipsa. Sic enim (ait Aug.) peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat. Hoc autem gaudium pænitentię ecclesia per præsentem dominicam repræsentat. Refulget namq; ipsa gaudio singulari, propter quod promissę introitum ad gaudium filios suos inuitat, dicens Lętare Hierusalem, & conuentum facite omnes, qui diligitis eam, gaudete cum lætitia, qui in tristitia fuistis, vt exultetis, & satiemini ab vberibus consolationis &c. Lætatus sum in his quę dicta sunt mihi &c. ad gaudium vtique non carnale, non transitoriū, nec seculare. De sic nanq; gaudentibus veritas ait Luc. 6. Væ vobis, qui ridetis, quia lugebitis, & flebitis. sed inuitat ad lætitiam spiritus, quæ est in Christo domino, secundum illud Eph. 4. Gaudete in domino semper &c.

Sunt autem plures rationes quare hæc dominica specialiter gaudio deputatur. Inter quas hæc nobis consyderāda est. Gaudium quippe in domino oritur principaliter ex pace conscientię secundum illud, Secura mēs quasi iuge conuiuium. Prouerb. 15. Hæc pax, & securitas conscientiæ eius pargationem prærequirit, quam quia in omnibus filiis suis factam per contritionem verā & confessionem puram in hoc tempore quadragesimali mater ecclesia præsumit, ideo ad gaudia excitat huiusmodi. Merito enim tales gaudere debent. Tum, quia à peccatis soluti, tum quia à ca-

a captiuitatis diabolicæ tristitia erepti, tum quia tanquam hęredes regno Deo inscripti

Ea propter in introitu ter ad gaudia exhortatur. Quo ad primum dicitur, Lætare Hierusalem, non illa, quæ in terra Chanaan est habitatio infidelium, priu s iudęorum, nunc paganorum, quę seruit cum filiis suis, sed illa, quæ sursũ est conuersatione cælesti, & quæ interpræatur visio pacis. Hi sunt, qui nunc cum conscientia pacem habentes læti inquiunt cum apostolo. 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum. Quo ad secundum sequitur, Gaudete cum lętitia, qui in tristitia fuistis. Tristitia videlicet diabolicæ captiuitatis. Carceribus enim mancipatus lętari non valet, sed iugem habet tristitiam, iuxta illud psal. Quo modo cantabimus canticum domini in terra aliena, scilicet captiuitatis? Quo ad tertium dicitur, vt exultetis, & satiemini ab vberibus consolationis vestrę.

Consolationis inquam, quę promittitur omnibus à peccatis ad dominum conuersis, secundum illud Ezech. 18. Impius si pęnitentiam egerit à peccatis suis, vita viuet. Hi enim sunt, quibus deuicto peccato, & diabolo tanquam viris in conuiuio cęlestis mensæ sedere conceditur, quod per euangelium præsens describitur, cum Ioan. ait, Accipite &c. Pro gratia Aue.

Homiuẽ ad beatitudinem tanquã ad finem suum esse creatum.

Hominem ad beatitudinem tanquã finem suum vltimum, & optimum creatum fore, ipsumq; naturaliter appetere, communis philosophorum, theologorumq; sententia est. Quod post philosophum 1. eth. & 3. de anima, atque August. 13. de arini. venerabilis Boetius 3. de consol. prosa. 2. ita dicit, Omnis mortalium cura, quam diuersorum studiorum labor exercet, diuerso quidem calle procedit, ad vnum tamen beatitudinis finem nititur peruenire. Et iterũ, Ad verum bonum naturalis ducit intentio, sed deuius error abducit. Vt verò hanc homo assequatur, cooperari eũ necesse est diuinæ gratiæ per liberum arbitrium. Hinc Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui, adiecit mandata, & præcepta sua. Et sequitur, Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum quod placuerit ei, dabitur illi. Et apostolus 1. Corinth. 3. Cooperatores Dei sumus, inquit. Ad Gal. quoq; 6. Nolire errare, ait, Deus non irridetur, quæ seminat homo, hæc & metet: De carne corruptionem, de spiritu vitam æternam.

Vt ergo homo consequatur vitam æternam per sua merita cooperante sẽper gtatia, quatuor requiruntur.

scilicet { Finis cognitio. Finis affectio. Impedimentorum remotio. Mediorum assumptio. }

Prima duo patent, quoniam finis mouet, vt amatus, & desyderatus. Amor autem, & desyderium præsupponit cognitionem 10. de tri.

Tertium similiter, nam natura horret, vt contraria quæq; iungantur, ait Boe. Quæ verò impediunt, repugnant ei, à quo impediuntur.

Quartum manifestum est, quoniam impossibilis est transitus de termino ad terminum distantem nisi per medium. Hæc itaque quatuor attende re habet quisquis ad salutem peruenire desyde- Primum, vt beatitudinem, quæ est finis suus, cognoscat fide non ficta. Secundum, vt eam desyderet, & fiducialiter spe firma expectet. Tertium, vt impedientia zælo domus Dei sollicitè amouere laboret. Quartum, vt media, per quæ venitur, charitate feruida amplexetur, & appræhendat.

Quo ad primum quod præsentis sermonis est, beatitudinem ipsam, quæ est finis noster, regnum videlicet cœlorum, vt Augustinus vlti. de ciui. Dei ait, Quis alius est finis noster, nisi peruenire ad regnum, cuius nullus est finis? Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Hanc inquam, saluator noster veritatis magister facto suo, quod hodiernum euangelium describit, figuraliter quale sit, innuit. Aptè enim

Refectio quinque millis viorum figurat statum beatitudinis.

enim refectio miraculosa quinq; millium virorum de quinq; panib⁹,& duobus piscibus, quos dominus cum gratias egisset, distribuit conuiuis suis quantum voluit, beatitudinem figurat. Nam & ipsa est refectio delitiosissima, teste domino Matth.26. Amen dico vobis, quoniam non bibam amodo de genimine vitis, donec bibam ipsum nouũ in regno meo. Repræsentat autem congruè propter discumbentium perfectionem, ministrantis maiestatem, ciborum qualitatem. Discubuerunt nanq; viri, neque aliorum mentionem euangelista facit, per quod beatorum perfectio designatur corporis, & mentis. Qua perfectione gemina cęlestis mensæ conuiuæ dotabuntur. Resurgant nanq; omnes electi viri non sexu, sed ætatis, ac staturæ perfectione. In ea ætate .i. 33. anno qua dominus ipse surrexit, secundum Magistrum dist.44. lib. 4. Viri denique omni virtute robusti, nec aliquo peccati vulnere infirmi, aut maculati. Nihil enim inquinatum intrabit in illam, ait Ioannes. Apoca.21. Et quo ad vtrunq; ait apostolus ad Ephes. 4. Donec omnes occurramus in vnitate fidei, & agnitionis filii Dei in virum perfectum, in mensura ætatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli fluctuantes & hocipsum in numero. 5000. designatur, nam mille vniuersitatem significat quinque, omnes animæ vires, vegetatiuam, sensitiuam, intellectiuam, appetitiuam, motiuam. Omnes enim, qui has viriliter secundum regulam diuinæ voluntatis domant, & regunt, ipsi sunt, qui in beatitudine recumbent.

Ministrã tis in cęlo maiestas, & ciborum qualitas.

Ministrauit deniq; in hac refectione summa maiestas æternus Dei filius. Nã panes benedixit, fregit, ac distribui iussit. Matth.14. Ipse idem in beatitudine omnibus ministrabit, distribuens ꝑmia singulis secundum meritorum prę cedentium qualitatem. Hinc Luc. 12. ait: Amen dico vobis, quia præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiẽs ministrabit eis. Et quæ sunt eius ministeria? Certè panem franget conuiuis. Panis ille, quo cibantur regni cęlestis conuiuæ, beatitudo est æterna, qua reficiuntur ciues illius patriæ: Hæc Deus ipse qui est merces omnium beatorum. Ego sum inquit, panis viuus qui de cœlo descendi, qui manducat ex hoc pane viuet in æternum Ioan. 6. Propter hoc enim se dedit discipulis, datq; quotidie christicolis se panem sub sacramenti velamine, quia daturus est se nobis panem fruendum in patria in clarissima visione. Hinc de pane sacramentali canit ecclesia: O sacrum conuiuium in quo Christus sumitur &c. futuræ gloriæ nobis pignus datur. Panis ille hordeaceus rectè describitur. Hordei nãq; medulla dura cortice circundatur, quę nisi fortiter quatiatur, ad medullę dulcedinem nullatenus peruenitur. Medulla deitas est iucundissima. Cortex siue palea, humana natura, quam pro nobis fortiter puniendam exponere dignatus est in cruce, quatenus per hoc nos possemus ad fruendę deitatis dulcedinem peruenire. Hic panis apud Deum integer & totus est, sed cęteris frangitur, quoniam solus Deus seipso essentialiter est beatus, seq; totum & infinitum visione & fruitione eque infinita plenissimè ac integre comprehendit. Reliqui autem in solo Deo beatificantur, participando non comprehendendo, quoniam creatorem infinitum creatura finita compræhendere nequit. Sed partialiter totum attingit, dum obiectũ beatificum secundum modum suę capacitatis & meritorum exigentiam apprehendit Sic ergo panis ille frangitur non in se qui indiuisibilis perseuerat, sed in ordine ad eos qui eo fruuntur, qui non tantũ fruuntur quantũ visibilis est. Exemplum sumi potest de Manna cęlesti &c.

De quantuplici pane.

Deniq; panis ille vnus in substantia quintuplex describitur, propter quinq; actus, & passiones in anima beati, quibus panis ille diuinus participatur qui sunt quinque partes beatitudinis formalis. Primus panis est visio facialis beatissimæ trinitatis, quo cibatur intellectus. Eccl. 15. Cibauit illum pane vitæ, & intellectus. Secundus panis est

fruitio

fruitio, quę est iucundissimus amor Dei quo sibi anima complacet in Deo clarè visio perfectionibus eius. Hoc reficitur cordis affectus, de quo propheta: Et panis cor hominis confirmat. Cor nanq; affectum, & dilectionis sedem frequenter repręsentat. Tertius panis est tentio, quæ quantum hic sufficit, est certitudo, & securitas beatitudinis nunquā amittendæ, & eo cibatur memoria. De quo in figura dicitur 2. Reg. 6. Tu comedes panem in mensa mea semper Dauid ad Miphiboseth. Quartus panis est satietatis. Satiabor cum apparuerit gloria tua. psal. 16. Quæ tanta erit omnium potentiarum, vt eam propheta non fontem, non fluuium, sed torrentem appellet: quo non tantum bibent beati, sed inebriabuntur. Ait enim psal. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. De hoc pane intelligi potest illud Moysi Deut. 8. Absq; vlla penuria comedes panem tuum, & rerū omnium abundantia perfrueris. Quintus panis est gaudium, & delectatio, quæ ineffabiliter sequitur ad omnia supradicta. Hinc Sap. 16. dicitur: Paratum panem de cœlo præstitisti, omne delectamentum in se habentem & omnis saporis suauitatem.

Vt autem cęlestis illa refectio sit vndiq; delicata panibus adduntur pisces, cum gaudio essentialis cibi per panem significati, additur etiam gaudium accidentale per pisces denotatum. Duo pisces fuere in mirabili conuiuio, quæ omnium piscium genera repręsentant. Nam quidam pisces de mari salso, alii de aquis dulcibus capiuntur, & tamen tam illi, quam isti in se dulces sunt, & saporosi. Similiter duplex accidentale gaudium habent incolæ cœli de creaturis dulcibus, & amaris. Siquidem de amaritudine infernalium pęnarum valde gaudent, scientes se illa sola Dei misericordia euasisse. Vnde magister dist. vlt. quarti, tractans illud Esa. vlti. Egredientur, & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me, vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsq; in satietatem visionis omni carni idest electis, dicit: Egredientur electi, non loco, sed visione manifesta, ad videndum cruciatus impiorum, quos videntes non dolore afficientur, sed lętitia satiabuntur agentes gratias Deo de sua liberatione, visa impiorum ineffabili calamitate Ecce vnum piscem dulcem, sed captum de amaritudine salsissimi maris infernalis. Secundum piscem dulcem, & in dulci amni piscatum comedunt beati, cū de bonorum societate, & gaudiis super modum exultant. De Christi videlicet gloriosa humanitate, virginis matris præsentia, angelorum, & beatorum omnium dulcissimo contubernio. De quo beatus Bern. ait: Potuitne istius gaudii modus à quocunq; homine penetrari, cum mille millia, & deciescentenamillia innumerabiles, & omnes eadem beatitudine perfruantur? Nec vllus eorum sit, qui non tantum de bonis alterius gaudeat, quantum de suis. Nimirum agente id perfecta charitate, qua quilibet diligit ibi proximum, sicut seipsum. Quod verum est quantum ad extensionem, non intensionem, vt alibi declaratur, & tangitur sermone primo de omnibus sanctis.

Ecce refectionem quinq; panum, & duorum piscium delitiosissimam, qua plenè possidetur, quicquid desyderatur nihil adest, quod non appetitur, quia ibi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vt dicit Aug. ca. 30. lib. 22. de ciuitate Dei. Quis hæc attendens, & mente reuoluens non diligenter laborabit, vt ea perfruatur? Quis non toto cœlo omnia impedientia remouebit? quoniam sicut eius fruitio dulcissima, ita eius dilatio cum foret debita, est penalissima. Nihil enim penale nisi pro quanto tollit bonum amatum, sicut nihil nolitum, nisi quia contrarium alicui volito, vt declarat Scotus in 2. dist. 6. q. 2. Ideò pęnalius, quod magis amatum, & volitum tollit.

Hortatio ad beatitudinem.

DOMI-

DOMINICA LAETARE de rosa aurea. Sermo II. in ordine XXXII.

LÆTARE Hierusalem, & conuentum facite omnes, qui diligitis eã. Esa. vltim. secundum aliam translationem.

Dominica hæc, quæ nedium quadragesimæ tenet, laborantes in ea consolatur, & gaudio spirituali (ad quod omnes supernæ ciuitatis dilectores hortatur) tristitiam, quam pro peccatis assumpserunt moderatur, vt non doleant quasi Iudas desperans tristitiæ succum bibentes. Sed secundum regulam beati Aug. de peccato doleant, & de dolore spe remissionis gaudeant

Sunt autem plura, propter quæ sic dolentibus gaudendum est, scilicet de { Promissa eis cœlesti gloria. Misericordi liberatione à captiuitate diabolica. Breuitate, & moderatione laborum pęnitentiæ in via.

Hinc ter ad gaudia hortatur ecclesia. Quo ad primum ait: Lætare Hierusalem, & conuentum fa. omnes qui di. eã. non istam terrestrem, quæ ciuitas rebellis est, bella concitans. & seditiones, vt habetur 1. Esdre. 4. sed quæ est mater nostra, vt in epistola Gal. 4. ait apostolus Quæ pacem vidit, & pacem diligit, hic conscientiæ pacem in via internam, in patria pacem internam simul, & externam. Hæc est ecclesia sponsa Christi in via militans, in patria triũphans. De qua propheta: Posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Quo ad secundum dicitur: Gaudete in lętitia qui in tristitia fuistis, tristitia, scilicet diabolicæ captiuitatis. Quid autem tristius tyrannici carceris mancipio? Quo ad tertium sequitur, vt exultetis, & satiemini ab vberibus consolationis eius. Consolatur enim ecclesia filios suos laborantes laborum mitigatione, & delitiosissima sacramentorum refectione, quam euãgelium nobis proponit sub metaphora refectionis. 5000. in deserto. Non autem ad vanos, & vitiosos (qui gaudent in seculo cum malefecerint, & exultãt in rebus pessimis. Prouerb. 2. quorum extrema luctus occupat. Prouerb. 14.) loquitur ecclesia, sed eis, qui reuersi ad cor de peccatis dolentes, ac vitæ huius peregrinationem cum tædio transigentes, & ad pacem perfectam suspirantes futuri ciues cęlestis Hierusalem, dicit Lętare Hierusalem, & conuentum facite &c. Pro gratia Aue Ma.

Gaudium triplex, quo hodie nos consolamur, ecclesia in hodiernæ diei officijs designat. Liberationem à potestate diabolica in matutinali officio. Moderatiouem laborum in euangelio, promissionem gloriæ cœlestis in epistola. Nam in matutinali officio de liberatione. Israelitici populi de manu Pharaonis in signis, & prodigiis, & manu forti. Ipsa enim populi Israelitici liberatio figura est liberationis populi christiani, etiam quantum ad omnia prædicta dicente apostolo. Omnia in figura contigerunt illis 1. Corin. 10. Israel enim videns dominum interpretatur. Hi autem veri sunt Israel, qui verum Deum per fidem vident, ore confitentur, & opere obsequuntur idest Christiani. Vnde & in epistola hodierna apostolus postquam per duos Abraæ filios duo testamenta significari perdocuit, & per hoc duplices filios Abraæ, duplicem Hierusalem. Qui sunt viri Israelitæ ostendit cum ait: Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est: quæ est mater nostra. Et sequitur. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filii sumus. Itaq; fratres non sumus ancillæ filii, sed liberæ, qua libertate nos Christus liberauit. Illi autem figura nostri sunt. Quorum exitus de Ægypto, quo à Pharaone liberati sũt redemptionẽ nostram à diabolica seruitute

Triplex gaudium nobis proponitur ab ecclesia.

te significat. Transitus per mare rubrum, & conductio per desertum, eorumque pastio, & pęnitentiam, & pœnitentiæ laborem, eiusque alleuiationem representat. Inductio verò in terra promissionis certissimam gloriæ repromissionem figurat. Hanc autem repromissionem ad nos pertinere epistola clarius manifestat, vt ex statim dictis patet. Laboris autem pęnitentiæ breuitatem, & alleuiationem euangelium mysticè continet, quod refectione septuplicis cibi, quinque panum, duorum piscium, & propinquitate paschalis festiuitatis refectionem ecclesię qua septem sacramentis suos filios quotidie reficit, & nostræ peregrinationis breuitatem, quæ magno die festiuitatis generalis resurrectionis perfectè finietur, figurat.

Et quoniam istam lętitiam in septima ætate consequamur initiatiuè, in octaua perfectè, rectè in hac dominica, quæ septima est ab ea, qua nostra deuiatio, & captiuitas memoratur scilicet in septuagesima celebratur. Cui accidit quod proxima est commemorationi passionis dominicæ, per quam liberati reficimur, & æterna gaudia consequimur.

Consolatur nos ecclesia in hac dominica ne deficiamus in pœnitentia.

Tenet etiam medium quadragesimę in quo consolationem suis filiis ecclesia exhibet, ne sub onere abstinentiæ, & laboris deficiant. Siquidem secundum doctrinam beati Greg. in moral. Labor omnis patienter toleratur inspecta spe præmii, & certæ retributionis: Cum ergo per tempus illud pęnitentiæ consecratum labori nos dedimus: congrediẽdo cum hoste maligno, & arma eius, in quibus fidebat nunc abstulimus, ne segnes efficiamur spes præmii, & retributio certa pro nostra qualicunque consolatione nobis proponitur in dominica præsenti, quæ ex hoc dominica gaudiosa nominatur. Ideò in missæ officio nos, qui facti sumus Hierusalem, & visio pacis, post exitum de Ægypto tenebrarum, & de finibus gentilitatis vocamur ad gaudium internæ consolationis. Vnde canit ecclesia: Gaudete cum lætitia, gaudete de gloriosa pugna cum hoste habita, cum lætitia de victoria obtemta, qui in tristitia fuistis, vt exultetis spe præmii, & condignæ retributionis, & satiemini nil vltra petentes, cum plena saturitate voluntatis inquietum enim est cor nostrum nec satiatur nisi quiescat in domino, secundum Augustin. qui est merces nostra multa nimis. Satiemini inquit, ab vberibus consolationis vestræ, & certæ promissionis. Vbera hæc duæ sunt partes iustitiæ. Declinare scilicet à malo, & facere bonum, teste psalm. Quis est homo, qui vult vitam? &c. Declina à malo inquire pacem &c. quæ præmunt iusti actione virtuosa, & meritoria, & præsserunt, qui diabolum vicerunt, & sese per pęnitentiam Christo dedicauerunt. Vel aliter.

Duo vbera duo sunt testamenta, mercedem laborantibus promittentia. Testamentum vetus retributionem tẽporalem, & abundantiam vini & olei, ac longæuitatem super terram promittit populo rudi. Nouum verò fęlicitatem æternam. Inquit enim saluator Mat. 5. Gaudete, & exultate quoniam merces vestra multa est in cęlis. Quod enim in præsenti momentaneum est, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operabitur in nobis secundo. Corinth. quarto. Et hoc clarius habetur Esa. 66. vnde illa verba introitus sumpta sunt, cum dicitur: Lætamini cum Hierusalem & exultate in ea omnes, qui diligitis eam. Gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam, vt sugatis, & repleamini ab vberibus consolationis eius, vt mulgeatis, & delitiis affluatis ab omnimoda gloria eius. Consonat illud Cant. septimo. Et erunt vbera tua sicut botri vineæ. Sed licet diuersi diuersimodè illa vbera consulationis exponant, tamen pro præsenti possumus duo vbera consolationis nostræ intelligere duplex præmium in cœlo correspondens nostris operib⁹, & nr̃æ pugnæ christianæ correspondẽter ad textũ Esa. 66. qa ibi dicit

vt

vt nunc patuit,vt mulgeatis, & delitiis affluatis ab omnimoda gloria eius. Primò dicit vt mulgeatis,quantum ad meritum, & delitiis affluatis quantum ad præmium essentiale, quo est de obiecto beatifico increato, & accidentale de obiecto creato. Talismodi duplex præmium cuilibet bono operi correspondet,& cuilibet gradui gratiæ. Vel etiã non ineonuenienter vbera sugenda, & mulgenda duo sunt principia actionũ nostrarum meritoriarum.s. liberum ar. & charitas duplex, creata,& increata. De talismodi enim operibus nostris ex gratia,& libe.ar. procedentibus, spem concipimus futuræ retributionis duplicis. Quarum vna aurea,alia aureola nominatur. Et sicut vbera non pressa per os labentis,vel lactentis,vel digitos mulgentis lac non emittunt,pressa verò emittunt, sic & liberum arbitriũ, ac gratia nisi inclinent ad op⁹, & actione bona præmantur, meritum non augent. Non enim eorum inexistentia sola etsi ad salutem personæ sufficiat, meritum auget, vel affert, sed inclinatio eorumdem, & causatio operis boni. Quem ergo delectat beatitudinis premium non eum deterreat modicitas laboris.

Quid rosa, quam Ro.pontifex donat hac dominica.

Hoc facto designare videtur Christi Vicarius Roman⁹ pontifex, qui in hac Dominica rosam auream alicui ex magnatibus offerre solet. Hanc rosam Romanus pontifex prius benedicit,in ecclesiam defert, ac de hinc alicui donat. Rosa hæc Christum dominum significat,qui est flos florum, flos purissimus de virga radice Iesse genitus secundũ Esaiæ vaticinium eiusdem.11. Egredietur virga &c. Hinc & Nazareth conceptus,Nazarenus vocatur.Hinc est sanctussanctorum, qui sua specie angelos delectat, & homines. Siquidem speciosus forma præ filiis hominum,in quem desyderant angeli prospi. 1.Pe.1. Odore recreat, & mortuos viuificat. Dedit enim semetipsum pro nobis hostiam, & oblationem Deo patri in odorem suauitatis ad Eph. 5. Sapore confortat viuificatos. Nã ipse panis est de cęlo descendens,qui dat vitam mundo. Et qui hunc panem religiose gustauerit, mortem non videbit in æternum Ioa. 6. Hunc rosa hæc aurea appropriatè significat. Auro charitatem,fulgore sapientiam, odore fragrantissimam bonitatem, balsamo vnctionem sanctispiritus, ramorum extensione liberalissimę effusionem misericordiæ. Hæc est arbor magna,& fortis proceritate cœlum tangens. Aspectus vsq; ad terminos vniuersæ terræ. Folia eius pulcherrima,& fructus suauissimus, & nimius. Subter ea habitabant animalia, & bestiæ terræ. In ramis eius conuersabantur volucres cœli, & ex ea vescebatur omnis caro. Dan. 4. Nam magnitudine suæ potentiæ omnia creauit,fortitudine diabolum strauit,proceritate cuncta excellit,altior cœlo,inferno profundior,mari latior, terra solidior.Respectus gubernationis,& prouidentiæ vsq; ad terminos vniuersæ creaturæ. Folia externæ conuersationis, virtutum decore pulcherrima. Fructus redemptionis, & delitiosissimæ beatificationis suauissimus, & nimius, etiam cunctorum desyderia excedens. Subter eam habitant in vmbra eius simplices, & terreni,terrena eius substantia pro nobis assumpta consolati. Contemplatiui in cœlestibus gloriantes, in ramis diuinarum suarum perfectionum meditatione deuotissima conuersantur. Et omnis caro humani generis ex donis gratiæ eius sustentatur, fouetur, & nutritur. Hanc autem rosam (vt dictum est) digno,& nobili viro vicarius Christi donat, qui repræsentat dignitatem populi Israelitici idest verorum christianorum, quibus saluandis dominus seipsum tradidit,sicut canit ecclesia. Se nascens dedit socium,cõuescens in edulium,se moriens in precium,se regnans dat in præmium.

Alia mystica significatio Rosæ.

Aliter potest hæc rosa ratione contentorum in ea mysticari. Siquidem in huius rosæ vertice balsamus impressus continetur,charitatem significans,quæ mater est, & forma, ac causa omnium virtutum, quæ omnia munera præcellit.

lit. Et vt Aug. ait, & allegat magister dist. 23. tertii, vt oleum præmi non potest in imo, sed superexcellit, & supernatat, Sicuti enim balsamus aromatizans odore suauissimo, omnium odoramentorum spiramenta excellit, ita charitas omnes virtutes pręcellit. Quæ si habetur, habentur omnia. Non immeritò autem charitas per balsamũ significatur quadam similitudine. Nam balsamus corpus viuificat, & a putrefactione preseruat. Charitas verò seu gratia animam viuificat, & à putrefactione præseruat. Balsamus odorantes allicit, & sua gracilitate trahit. Charitas verò, seu gratia Deum allicit, & opus acceptum facit. Balsamus dicitur praeciosissimum vnguentum. Charitas verò maior virtutum. Omnia, quæ desyderantur, huic non valent comparari. Balsami folia semper nitent, charitas nunquam excidit. Balsami lignum, fructus, folia, gutta, cum adiectione quadã balsamus dicitur. Charitas se habentẽ charitatem facit. Balsamus nisi à infidelibus colatur non crescit, sed arescit. Charitas, seu gratia non nisi à iustis habetur, & in eis fructum germinare facit. Balsamus omnis fęditatis tollit, & cit. Balsamus omnis fęditatis tollit, & extinguit horrorem. Charitas omnium peccatorum, ac vitiorum operit multitudinem. Quid multis immoror. Maxima certè huius ad illam adduci potest similitudo.

Alia declaratio rosæ.

Stipes rosæ aurum est, non quodcunq; sed aurum optimum. Aurum lucet, & rubet. Vnde non immeritò liberum arbitrium designatur, quod lucet per intellectum, rubet per effectum. Lucet per intellectum fidei lumine illustratũ. Rubet per affectum charitatis igne inflammatum. Lucet per synderesim errare non potentem. Rubet per voluntatis libertatem, dictioni rectæ rationis propter hoc se conformantem. Ex his, balsamo scilicet & stipite rami protenduntur, quæ sunt opera bona, & meritoria. Impossibile enim est aliquod opus esse meritorium æternæ vitæ, secundũ Dei ordinationẽ, quod ex his non procedat. Sed nec quodlibet opus, quod procedit ab habente balsamum, & stipitem hunc etiam aureum, meritorium est, licet homo habens charitatem acceptus sit Deo. Aliter enim gratificat personam, aliter opus reddit meritorium. Gratificat personam per solam inhæsionem. Sed reddit opus meritorium, quia ex inclinatione talis habitus procedit &c.

Aliter si placet, per balsamum charitatem, per stipitem finem, per ramos spem intelligere possumus. His correspondet fruitio, visio, tentio. Ad quæ consequitur gaudium, & satietas &c. Ecce panes quinq; &c.

DOMINICA IVDICA
Sermo I. in ordine. XXXIII.

HONORIFICO patrem, & vos inhonorastis me. Ioa. 8. Tempus commemorationis dominicæ passionis adest, quam eò deuotius, & exultantius recolere oportet, quo nostram redemptionem à morte perpetua clarius amplectimur, & amamus. Ipsa enim passio nostra est saluatio. Eph. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionẽ per sanguinem eius, remissionemque peccatorum. Et 1. Petr. 1. Non corruptibilibus auro, & argento redempti estis de vana vestra conuersatione, sed præcioso sanguine agni immaculati. Item in epistola hodierna Heb. 9. Per proprium sanguinem intro. se. in s. e. r. inuenta. Præuenit autem ecclesia diem passionis, quo nostrum pascha Christus immolatus est per hos. 14. dies, quia audita Lazari resuscitatione in feria sexta facta heri, vt Ioa. scribit, sacerdotũ principes collecto concilio, seu conclusiuè determinarunt ad mortem Christo inferendam, & per totos sequentes dies occasionem sine intermissione quæsierunt, quomodo iniquam suam conclusionem exequerentur. In his ergo diebus si non facto, tamen occasione & consilio Christum crucifixerunt.

Ecclesia pręuenit diem passionis dominicę causas propter quas cõmemorans.

Etiam

Etiam propter figuram paschalis agni. De quo scriptum est Exod. 12. q decima die mensis accipiebatur de grege, & seruabatur vsq; ad quartamdecimã diem tunc immolandus. Et quia secundum Greg. cum crescunt dona, rationes crescunt donorũ necesse est vt pro maximo dono Dei sacratissima scilicet passione non fiat à nobis horaria commemoratio, sed matura, & perseuerãs. Et propter mysteria profundissima, quę non cogitatione vana trãsilire, sed meditatione deuotissima ac amorosa masticare debemus singula. Vnde scriptũ est de agno figurali. Nihil crudum comedetis ex eo. Incipit igitur hodie primo tractare causas propinquas, quibus ad passionem peruenit, quæ duæ fuerunt. Vna ex parte Christi patientis: Alia ex parte populi Iudaici pęnam inferentis, sed in die parasceues amaritudinem passionis nobis offeret. Ex parte Christi fuit honor patris, quem restituere voluit, quẽ homo subtraxit. Fuit quoq; obedientia seruandi veritatem, & iustitiam, quæ tunc obticenda non erat, à qua ne discederet, maluit sponte obedientiam seruando mori, quam turpiter fugere. Ex parte iudæorũ fuit inhonoratio filii ex inuidia lętali procedens, quæ in patris contemptum redundabat, vtraq; in themate designatur. Honorifico &c. Primò recitetur euangeliũ. Subiungetur postilla cum cuiusdam dubii solutione.

Inter omnia opa dñi ex-cellit passio Christi.

Leo Papa. Nihil mirabili⁹, nihil sublimius inter omnia opera misericordiæ Dei, quæ ab initio seculi impensa sunt saluti mortalium, reperitur dominica passione. Huic enim sacramento vniuersa præcedentium seculorum mysteria seruierunt, in historiis, in prophetis, in legalibus cerimoniis, & sacrificiis. Ipsum denìq; exhibitum, omni tẽpore christianorum animas exercet, neque vllum christianæ religionis officiũ est, quo non mundi reconciliatio hac salutifera passione conquisita celebretur. Sed nec vllius rei prophetia mentibus christianorum, ita vt passionis huius mysteria indaganda sunt, ac tenacius imprimenda. Postquam beat⁹ Paulus in lege doctissim⁹ abũdantius æmulator existens paternarum traditionũ. Gal. 1. Et magnitudine reuelationum exaltatus velut in tertium cęlũ raptus 2. Corin. 12. arcana audiens, quæ non licet homini loqui, non aliud iudicauit se scire nisi Christum Iesum, & hũc crucifixum 1. Corint. 2. Cui consonat Bern. sermone. 44. super cantica. Non requiro sicut sponsa vbi cubet in meridie, vbi pascat quem intueor saluatorẽ in cruce, hũc meditari dixi sapientiam In ipso perfectionem iustitiæ constitui plenitudinem scientiæ, diuitias salutis, copias meritorum. Quæ quamuis omni tempore colenda sunt, maximè tamẽ isto tempore sacro dominicæ passionis deputato corde deuotissimo amplecti debent, quo de peccatorum plenaria gaudemus remissione, ac post multiplicium peccatorum scelera paterna reconciliatione, per hanc enim Deo patri per Christum reconciliati sumus. Hinc apostolus Ephe. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habem⁹ redemptionem per sanguinem eius remissionemq; peccatorum.

Sanguis Christi nos patri recõciliauit & quõ.

Sed diceres quomodo sanguis Christi effusus, aut mors nos patri reconciliauit? Nunquid patri placuit mors vnigeniti sui? qui etiam non lętatur in perditione viuorum? Sap. 1. Imo verius. Nihil amplius displicuit, quia nihil filio magis dilexit. Hinc Ansel. 2. Cur Deus homo, dictum sui discipuli approbat, q minima læsio illius personæ peior fuit peccato omnium hominũ, seu quam peccatum omnium hominum sit malum. Solutio. Passio, siue mors Christi dupliciter consyderatur. In ordine ad iudæum inferẽtem, & in ordine ad Christum voluntariè offerentem. Mors Christi non placuit patri inquantum ablatiua vitæ, Deo patri super omnes creaturas dilectę. Sed placuit, & summè placuit pro quanto à filio dilectissimo ex summa charitate pro iustitia, ad honorem patris sponte fuit assumpta. Sic enim amici mors pro amico passa, tantò est illi placentior, quantò

vita

vita amici fuit sibi præciosior. Est enim ipsa iudicium maxime charitatis, secũdũ illud Ioa. 15. Maioré charitatem nemo habet &c. Neq;.n. mors Christi fuisset præciosa patri, nisi ad patris honoré pro iustitia suscepta extitisset. Quõ preciosa est in conspectu domini mors sanctorũ eius? psal. 115. Non.n. iudæorũ inuidia illá patri fecit placabilé, sicut nec cuiuscunq; alterius latrocinio interempti mors Deo placet.

Christus mortuus pro iusti tia, & quõ.

Pro qua ergo iustitia animã suã tradidit, nonne ex obedientiæ præcepto? Qui autem obedientiæ præcepto se subiicit, compellitur, & ita videtur Christus contra voluntatem animam suam tradidisse. Pro solutione notandum q̃ multum refert dicere: Christus animam suam tradidit, quia seruauit obedientiam. Et Christus animam suã tradidit exigente hoc præcepto obediẽtiæ. Pro cuius intellectu supponendum nunc creaturã rationalé iustã esse factã & ad hoc q̃ Deo frueretur in beatitudine. Nã & beatitudinem finé esse hominis, & per virtutes illã posse attingere, etiã populorũ est sententia, vt patet per totũ librũ Eth. Nã ad illã tẽdit naturaliter omniũ hominũ intẽtio 13. de trini. & 3. de consol. Beatitudo aũt cũ sit summũ, & optimũ nõ põt cõsistere nisi in ꝑfectissimo actu nobilissimarũ potẽtiarũ animæ respectu summi obiecti. Hic aũt est intuitiua visio, & fruitio deitatis. Exigit ergo hoc Deus ab homine, vt veritatem, & iustitiam viuendo, & loquẽdo indeclinabiliter teneat tãquam viã ad beatitudinem sui .s. iucundissimam fruitionem. Propter hoc enim creatus est hõ, ꝓpter hoc in seruitutẽ hominis redacta est omnis corporalis creatura, ꝑp hoc Sol, Luna, & Stellæ nobis lucẽt, propter hoc cęlum suis influẽtiis terrã fęcundat, propter hoc terra nos sustentat, & victualia nobis parturit. Aquæ fluũt, aer serenatur. Omnia quoq; vno consensu hominũ seruiunt vtilitati, vt hõ viuendo veritati, & iustitiæ, suo seruiat creatori. Veritas nanq; & iustitia omnẽ virtutẽ includunt. Veritas intellectualẽ, iustitia moralem. Et ad hoc ꝑ obedientiam tenetur homo Deo. Hanc igitur obedientiã debebat homo Christus Do patri, eiusq; humanitas diuinitati. Tenendo igitur indeclinabiliter veritatem, & iustitiam Christus fecit id, quod paterna exegit obedientia. Propter hoc autem quia docuit veritatem & tenuit iustitiam (quas oderunt Iudæi, quia fuere peruersitati eorum contrariæ, & non ob aliud) persecuti sunt eum vsque ad mortem. Dicitur ergo quod pro iustitia veritatis animam suam tradidit. Vidit enim mala iudæorum, quæ fecerant, & quomodo inordinata, & distorta affectione afficiebantur ad legem suam, transgredientes præcepta Dei patris sui propter traditiones suas, vt dicit Matth. decimoquinto. Populum quoque falsis doctrinis in errorem ducebant dicentes: Iuramentum, quod fit in templo, nullum esse, sed tenere, quod fit in atrio tẽpli, vt dicitur Matth. vigesimo tertio. Prohibuerunt denique, misericordiæ opera impensa homini in Sabbato, cũ tamen ipsi oué in Sabbato de puteo extraherent, & alia multa, quæ patẽt per euangeliorum discursum. Hæc saluator noster in eis reprehẽdit, eosq; ab hmõi erroribus reuocare opere, & sermone laborauit. Sed & prophetica vaticinia in se cõpleta, & complenda declarauit. Hæc dicendo cõtra eorum vota iniusta eorum inuidiã contra se excitauit. Sed quia nunc veritas dicenda erat, maluit pro iustitia mori, quã veritatẽ tũc dicẽdã obticere. Sic ergo mortem Christus sustinuit, quia ab obedientia minime declinauit. Mortẽ ergo nõ exegit pater à filio, sed iustitiæ, & veritatis ꝑseuerãtiã, ad quam malitia iudæorũ mors est subsecuta. Sumamus exemplum congruum de principe mittente filium ad hostiũ expugnationem; cuius mortem non vult, sed fortem ei⁹ in bello ꝑseuerantiã, ne turpiter fugiat, etiã si ꝑ hoc imminentem ex perseuerantia mortem declinare posset. Sic in proposito: Christus non est mortuus cogente obedientia. Non enim habuit præceptũ deserẽdi, vitã, sed ne nõ ꝑseueraret obediẽtia

tenendi veritatem,& iustitiam,sponte sustinuit mortem. Mors ergo non fuit principaliter intenta, tanquã propter se eligibile bonũ;sed pseuerantia veritatis, & iustitiæ.Sic ergo ꝑ iustitia paternæ veritatis, propter patris honorem, quem quæsiuit,passionem, quam subiit, patri obtulit pro satisfactione peccatorum,non suorum,quia peccatũ non fecit,sed omnium in se credẽtium, & creditorum. Hinc Ioan.17.Rogauit patrẽ non tantum pro suis discipulis,sed omnibus in eum credituris.

Mors Christi fuit vigorosissimũ sacrificium.

Vigorosissimum fuit hoc sacrificium vincens omnia peccata,etiã fieri possibilia,etiã crudelitatem crucifixorũ.Magis sibi in hoc filii sacrificio pater complacuit,quã hominum quorũcunq; displicuit iniquitas.Nec mirum,quia à ꝑsona infinita Christo.s. Deo,& homine fuit oblata,ex summa charitate homini communicata elicita. Sed nullus est hõ infinitus in malitia, sed neq; aliquis habet in se malitiã summam, quin adhuc possit fieri peior.Quare merito sicut sacrificium Christi in bonitate præponderat,quam peccatum cuiuscũque malitia, acceptior est Deo patri,& placentior, quam malitia displicens esse potest.

Et hoc est,quod euangelium prætendit summariè. Vult enim ostẽdere quõ per veritatis prædicationem, cui Iudæi repugnabant,mortale odium incurrebat,propter quod & iudæi eum finaliter occiderunt.Et quia veritas doctrinæ præsupponit (saltem de congruo) veritatẽ viæ, ideò dominus se hanc habuisse ostendit, cum ait.Quis ex vobis arguet me de peccato? Innocentiam etiã suam inimicis obtulit iudicandam,verbum hoc soli⁹ Christi esse potuit.Quoniam etsi omnes sancti conuenirent, vt ait Aug. quid aliud dicere possent, quam illud 1.Ioa. 1.Si dixerimus,quia peccatum non habemus &c.Solus ergo ille fuit sine peccato,qui omnes iustificat à peccato . Deinde ad doctrinæ veritatem procedens ait.Si veritatem di. vo.quare non cre.mihi. Qui ex Deo ẽ verba Dei au.propterea vos non au.qa ex Deo non estis, quia non est mediũ inter Deum, & diabolũ, & cum omnia sint à Deo effectiuè.Ioa.1. Quod factũ est &c.dicuntur tamen mali non esse à Deo,quia malitia vnde tales dicuntur, à Deo non est, qui ergo non est à Deo consequens est vt sit à diabolo. In quibus ita causam inuidiæ iudæorum manifestat,vt nedum præsentes sed & futuros inimicos vsq; ad finem mundi designet . Ecce regulam posuit, per quam etiam nosipsos iudicare poterimus, & cogitare si ex Deo sumus per gratiam, ex quo sunt omnia per naturam. Vnde Greg.in homil.Si verba Dei audit,qui ex Deo est,& audire verba Dei non potest, quisquis ex illo non est. Interroget se vnusquisq; si verba Dei in aure cordis percepit, & intelliget vnde sit. Cęlestem patriam desyderare veritas iubet,carnis desyderia conteri, mundi gloriam declinare,aliena non appetere propria largiri.Penset ergo apud se vn⁹quisq; nostram si hæc vox Dei in cordis aure cõualuit, & q iã ex Deo sit cognoscit.Nam sunt nonnulli, qui præcepta Dei nec aure cordis percipere dignantur. Et sunt nonnulli, qui hæc qdẽ corporis aure percipiunt , sed nullo ea mentis desyderio cõplectuntur. Et sunt nonnulli,qui libenter verba Dei suscipiunt,ita vt etiã fletibus compungantur,sed post lachrymarũ tẽpus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba Dei non audiunt:quia hæc exercere in opere contemnunt. Hæc Greg.

Iudæi itaq; verba Christi audire nec aure corporis,nec cordis poterant,quia non ex Deo,sed ex patre diabolo (cuius opera perficere desyderabant) fuerunt,vt dicitur Ioan.8. Ille quippe homicida est,qui ab initio hominis creati quem occidit, veteris inquam Adæ, qui principium erat humanæ creationis secundum naturam. Et isti nouum Adam Christũ dominũ principium nostræ reparationis per gratiam, propter veritatem prædicatã per eũ eis posam, interficere lingua,& manu conati sunt. Lingua conuitiis,vnde dixerunt:Nõnę bene dici.nos quia sama.es tu&, dęmo. habes.

habes? Hanc blaſphemiam pro quanto ſibi vt homini irrogatur, patienter tolerans, iam ipſa patientia oſtendit ſe dæmonium non habere. Non enim eſt dæmonium habentis, ſecundũ Grego. in iniuriis tantam monſtrare manſuetudinem, & animum imperturbatum. Pro quanto verò hæc iniuria patris honori detrahebat, diligens excuſabat. Quartò ratione ſe oſtendens dæmonium nõ habere. Tum quia honorificauit patrẽ, omnia in ipſum referendo, quẽ dæmon blaſphemat. Tũ quia gloriã ſuã nõ quæſiuit, quẽ diabolus ſuperbiſſimꝰ iniuſtè quæſiuit. Tum quia pater eum glorificauit in baptiſmo. Tum quia pater blaſphemiã ſuam iudicabit, ſed non habes dæmoniũ, in excidio Hieruſalem. Ex quibus rationibus cõcluſionem primã repetit dicens, quia dæmonium non habeo, ſed honorifico patrẽ in me manẽtẽ Ideo fideliter dico vobis. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, nõ videbit mortem in æternum, quoniã ex Deo eſt, qui eſt vita, licet temporaliter morietur.

DOMINICA IVDICA Sermo II. in ordine. XXXIIII.

TVLERVNT ergo lapides vt iacerent in eum. Ioa. 8.

Paſſionis Chriſti magnificatio.

Deſyderata nobis dilectiſsimi, & vniuerſo mundo optabilis adeſt cõmemoratio dominicæ paſsionis, quam in ſalutem humani generis ante tépora æternaliter diſpoſitam, & per multas figurarum ſignificationes, ac prophetarum oracula, omnibus retrò ſeculis nũciatam, non adhuc expectamus manifeſtandam, ſed adoramus impletam, concurrentibus ad noſtrã eruditionem nouis teſtimoniis, & antiquis. Ea propter euigilet omnis chriſtiani hominis animꝰ, & ſalutis nr̃æ ſacramenta ꝑ tempꝰ huiꝰ qndenæ, quã dñicæ cõmemorãdæ paſsiõi ſancta mater eccleſia dedicauit, ruminet ſuo creatori cõpatiendo. Quis .n. tam irreligioſus, qui non cõpungatur? ait Bern. Quis tã delitioſus vt nõ abſtineat? Quis tam inſolens qui non humilietur? Quis tã flagitioſus vt non pęniteat his diebus? Quoniam adeſt paſſio domini vſq; hodie terrã mouẽs, petras ſcindens, aperiens monumenta. Et ſicut nihil in hoc mundo poterat melius fieri, quã ꝙ a dño factũ eſt his diebus, ita nihil vtilius poterat mundo cõmendari, quam vt ritu perpetuo ſingulis annis celebret memoriale eius eccleſia in deſyderio cordis in qua eſt oĩs noſtræ ſalutis fructus, & vita ſpiritalis: ſicut Petrus ait. Chriſtus ſemel pro peccatis mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu. Sequitur. Deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur. Quãuis autem Chriſti paſsio in die ſancta veneris conſummata eſt, tamen ꝑ duas hebdomadas colit eccleſia, quia tantæ rei commemorationi minus ſunt dies pauci. Tum quia his diebus crucifixerunt Iudæi Chriſtum conſilio, occaſione, & conuicio. Nam teſte Ioanne. Collecto conſilio poſt Lazari reſuſcitationem iam concluſerunt dñm eſſe interficiendũ, ꝙ heri putatur factum. Ab illo ergo die cogitauerunt (operam dãdo) vt interficerent eum Ideò & mandatũ dederunt, vt ſiquis cognouerit vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum Ioa. 11. Nec tamen perficere poterant donec ipſe vellet. Non enim neceſſitate, ſed ſua miſericordi voluntate cuncta pro nobis ſuſtinuit tormenta: Crucem elegit in qua mori voluit in publico, vt exaltatus omnia traheret ad ſeipſum. Lapidibus obrui noluit, ſed euaſit manus interfectorum, qui tulerunt lapides vt iacerent in eum. Pro gratia Aue Maria. Primò recitabitur euangelium, interpoſitis paucis pro clariori intellectu. Secundò ex eodem doctrinæ aliqua elicientur.

Circa primum eſt aduertendum ꝙ mortis Chriſti cauſa proxima in Chriſto fuit, innocentia, & prædicationis veritas. In Iudæis, odium & infidelitas. Principes enim iudæorũ, ſcribæ, & phariſæi populum ſimplicem multipliciter

grauarunt,& doctrina falsa in errorem præcipitarunt,ac pp auaritiã,& dominãdi libidinẽ traditiones iniquas & diuinæ legi contrarias docuerũt, sicut in honore parentũ,in iuramentis, q̃ fiebãt in templo, vel templi auro, & similibus multis, quæ in euangeliis continentur. Mat.15.& Matth. 23. Hæc autem saluator noster reprehendendo, dolos eorum,quo simplices seduxerunt publicãdo, quia in peccatis indurati reuocare noluerunt, odio contra Christum exarserunt. Et sicut patres eorum prophetas domini à Deo ad salutem populi missos propter veritatis testimonium variis pęnis interfecerunt, ita iniquorum patrum pessimi filii, mensuram patrum implentes, prophetam prophetarum dudum per Moysen promissum,ac mundi saluatorem, suumque creatorem,ac multiplicem benefactorem, cui omnis scriptura testimonium perhibuit (vt Petrus ait Actu. 3.) morte turpissima propter veritatis doctrinam quam ipsi oderunt, quoniam difformiter vixerunt, condemnare laborabant. Christus autem dominus noster altiori consilio sic pro iustitia sponte mortem eligit,quã Iudæi quidẽ agente inuidia vrgere poterant, sed inferre non valebant,dicẽte Ber. Sol⁹ in mortem tradidit animã suam,qui solus virtute ꝓpria regressus est ad vitã. Solus habuit potestatem ponendi,qui solus facultatẽ habuit æquè liberam resumendi, imperiũ habẽs vitæ,& mortis.De hoc etiã Aug. homil. 43. super Ioannem ita ait. Non .n.Christus quia homo factus est, iã cõparandus est nobis. Nos homines cum peccato,ille sine peccato.Nos hoĩes trahẽtes ab Adã,& mortem,& delictũ,ille de Vergine carnem immortalem,nullã iniquitatẽ. Deniq; nos nec quia volumus nati sum⁹,nec quãdiu volum⁹ viuimus,nec quõ volumus morimur.Ille antequã nascereť elegit,de qua nasceretur.Natus fecit vt à Magis adoraretur, creuit infans, & miraculis se Deũ ostẽdebat. Postremò elegit & genus mortis,hoc est,vt in cruce penderet,& ipsã crucẽ in cordibus fideliũ figeret,vt dicat christian⁹. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. In ipsa cruce qñ voluit, corpus dimisit & abscessit. In ipso sepulchro quãdiu voluit,tacuit, quando voluit, tanquam de lecto surrexit.

Voluit autẽ dñs sic mori pp nos, vt sua morte innocente,nos peccatores,& à morte,cui addicti eramus, & à ptãte diaboli,cui nos peccãdo subiecim⁹ liberaret,de quo Aug.in de baptis̃ paruulorũ ita scribit.Nihil inuenit diabolus in Christo,vt moreretur, sed ꝑ voluntate patris Christ⁹ mori voluit,non habens mortis cãm de pctõ,sed de obedientia, & iustitia mortẽ gustauit, ꝑ quã nos redemit à seruitute diaboli. Incideram⁹ enim in principem huius seculi,qui seduxit Adã,& seruum fecit, cepitq; nos quasi vernaculos possidere.Sed venit redemptor,& victus est deceptor.Et quid fecit redemptor, captiuatori nostro? Tetendit ei muscipulam .i. crucem suã posuit ibi quasi escam sanguinem suũ. Ille autem sanguinem fudit nõ debitoris,per quem recessit à debitorib⁹.Hęc ille. Et hoc est,quod euangelium nobis in summa nititur declarare. Vult enim declarare quomodo per veritatis prædicationem,cui iudęi repugnabãt,incurrit mortale odiũ,pp ꝙ eũ occidere parati,non tamen in effectũ exire valebãt nisi ipso volente,ideò mõ eum lapidare conati sunt, abscondit se ab eis.Et hoc est,quod ait. Quis ex vobis arguet me de peccato &c.

Christus sic voluit mori vt sua mortem innocente nos peccatores à morte liberaret.

Quo ad secundum possumus ex prę senti euangelio tres elicere doctrinas. Prima illuminat intellectum, per quã scire verisimiliter possum⁹ an in gratia Dei,vel extra eam sumus.Et est hæc.In gratia Dei se esse confidat, quisquis cũ desyderio verbum Dei audit.Qui verò ipsum audire auribus cordis negligit ex Deo esse fatuè se p̃sumit.Hic secũdũ bea.Greg.in hom.se quilibet apud se interrogare poterit, si verba Dei in aure cordis percipit,& intelligit vnde sit.Ille aũt aure nedum corporis, sed cordis audit,qui quod aure percipit,viuendo custodit. Tales auditores beatificat domi-

dominus. Luc. 11. Beati, inquit, qui audiunt verbũ Dei, & custodiunt illud. Sunt autem (ait Greg.) nonnulli, qui ꝑcepta Dei nec aure corporis percipere dignantur, & sunt nonnulli, qui hoc quidem aure corporis percipiunt, sed nullo ea mentis desyderio complectuntur, & sunt nonnulli, qui libenter verba Dei suscipiunt, ita vt ẽt in fletibus compungantur, sed post lachrymarũ tempus ad iniquitaté redeunt, Hi profectò verba Dei nõ audiunt, quia hæc exercere in opere conténunt. Ecce veritatis vox insinuat Christũ nos præcessisse in dolore, & labore, sicut Esa. ait 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipsa veritas præcepit, vt eum in his imitemur. Matt. 16. Qui vult venire post me. s. in gloria, qua ipse introiuit, tollat crucem suam, ecce dolor, & sequatur me, ecce labor. Omnes dolemus, omnes laboramus in hac valle lachrymarum. Neque enim quis tam compositæ fęlicitatis est, ait Boe. 2. de consol. prosa, quarto, vt non cum status sui qualitate aliqua ex parte rixetur. Sed nosipsos examinemus, si ita conualuit in nobis verbum Dei, vt laborando, ac dolendo Christum sequamur. Laborant homines huius seculi, & patiuntur. Vigilat tota nocte luxuriosus, non solum patienter, sed etiam libenter, vt suam expleat voluptatem. Vigilat raptor ferro vestitus, vt prædã diripiat. Vigilat fur, vt domum suffodiat alienam. Et laborant omnes superbiæ filii, vt honores, quos cupiunt, assequantur. Familiare quoque iam nobis est, carnis seruire vitiis.

Inter flagella quoque, & gladios etiam sub discrimine mortis vnusquisque ad sua ambit desyderia, sed non sunt conformes imagini filii Dei, Christum non sequuntur, non propter Christum laborant, aut patiuntur, propter quem nec minimum eorum, quæ sustinent, paterẽtur. Sed fœlix, qui sic Christum sequitur, vt omnes suas actiones ad iustitiã dirigat, vt & intentio sit sana, & operatio recta. Fęlix, qui quicquid patitur, propter filium Dei patitur, quatenus à corde tollatur murmuratio, & in ore versetur gratiarum actio. Hæc Ber. ser. de passione Christi 52. Sed fortè dicis. Audio quidẽ verbũ Dei, sed non cum desyderio, imo sæpe cum tædio, somnolentus, distractusq́ʒ, longè maiorem experior in vaniloquiis, societatibus. &c. delectationẽ, quã in verbo Dei. Sic licet sæpe admonitus in sermone, propono non peccare, nihilominus propositi sæpe oblitus, iterum labor, atq; iterum, ꝙ si hoc signo extra gratiam me fore ęstimare debeo, desperationi proximus ero Sed ad hæc dicendũ, quia non exigitur in auditione verbi Dei delectatio sensualis, sed proptitudo voluntatis, qua hæc sensualis inclinatio vincatur, cui etiam non consentiatur, etiamsi cum labore, retrahit societas, grauat somnus aduolant cogitationes. Si tñ resistitur, si non obstantibus his, sermo auditur, somnus pro posse excutitur, à distractione mens reuocatur, voluntas iã dominatur, & verbũ Dei etiam cũ merito auditur, si tñ semper eo animo auditur vt vita hinc emẽdetur. Quod si fortè ex infirmitate homo labitur, iã etiã diuinus sermo disponit, quid agendũ, vt desperatio opprimatur. Peccatum quidẽ cauendũ est, qđ siqs inciderit, statim per pęnitentiam ad Christũ aduocatũ nostrũ reuertatur. Sicut Ioan. ait. Hæc scribo, vt nõ peccetis, sed etsi quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem Iesum Christũ. Et Isid. 2. sententiarũca. 23. Omnino inquit, peccatũ cauendũ est, ꝙ si humana fragilitate peccatũ surrepserit, confestim erit corrigendũ qđ nequiter sentitur admissum. Citò. n. corrigitur culpa, quę citò cognoscitur. Tardius autẽ sanatur vulnus, qđ iam putrescẽtibus membris longo pro tempore curationibus adhibetur. Itaq; qui citò corrigit, quod malè deliquit, verbũ Dei non inaniter percipit. Vnde Chry. super illud Ma. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus, ait. Non paruus est exauditu verbi profectus. Nã qui audit, & seipsum reprehẽdit, sępe & alius ingemiscit, vt quandoq; studeat, & perueniat, studeat etiã implere, quæ didicit

An qui audit verbũ Dei, sed non cum desiderio sit extra gratiam.

qui verò nec quia peccauit, agnoſcit, quomodo à peccatis recedet? quomodo ſeipſum culpabit? quomodo emendare conabitur? Cum autem ex auditu verbi Dei, quia peccauit agnouerit, tunc primò corrigere ſe velle poterit. Sed fortè tuipſe ſcripturam legere vales, libros habes, non ergo alieno indiges doctore. Non ideò verbum Dei negligendum eſt, altius nanq; audita mouent, quam lecta, quia ſecundum Hieron. ad Paulinum cap. 2. Habet neſcio, qu id latentis energiæ viuæ vocis actus, & in aures diſcipuli de autoris ore transfuſa fortius ſonat. Contingit denique ꝙ propter humilitatem eius, qui ipſe ſcripturam nouit quia minorẽ ſe Dei verba pronunciantem audit, ad plura intelligenda ſenſus aperiatur, qui lectitanti clauſus permaneret, quia ſuper humilẽ requieſcit ſpiritus ſapientię, & audiens ſapiens ſapientior erit. Prouerb. 1. Magis deniq; tales merentur dum ſuo exẽplo multos, ad verbi audientiam poſt ſe trahũt. Neq; ideò attediabitur ſi prius nota iterum audit, ſi charitas Dei in eo habitauerit, quoniam non ſatiari poteſt auditus ſermone quantũcunq; noto de eo, quem diligit, ſemper etiam eadem replicare deſyderat. Sicut de ſancto Thoma legitur, qui licet plenus ſpiritu ſancto, tamen puellam Dei vnitatem ſuo carmine commendantem, repetere carmina cum deſyderio poſtulauit.

Aliam doctrinam notemus. Vt ſcilicet in perſonali iniuria patientes, in diuinis verò offenſis ſimus zeloſi. Ecce dño duo ſunt iniurioſè obiecta. Quia Samaritanus es (aiunt) & dæmonium habes. Per primum perſonam, per ſecũdum opera calumniantur. Sed quia opera à deitatis potentia principaliter procedunt, ideò dum opera calumniantur honori Dei detrahunt. Ideoque primã iniuriam ſilendo patitur, ſecundam verò apertis rationibus confutauit. In hoc autem (vt Greg. ait) valde ſuperbia noſtra confunditur, quæ ſi exagitata leuiter fuerit, atrociores iniurias reddit, quam accepit, facit, quod poteſt, & quæ non poteſt facere, minatur. Ecce iniurias ſuſcipiens dominus non iraſcitur, non contumelioſa verba reſpondet: Et accepta iniuria, etiã quod verè de eis dicere potuiſſet, noluit, vt & nos cum à proximis noſtris, ex falſitate contumelias accipimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne miniſterium iuſtæ correctionis in arma vertamus furoris. Sed prohdolor auſteri ſumus in noſtrarum iniuriarum vltione. Sed nemo eſt, qui de Dei iniuria doleat. Dominus, & creator omnium impunè ab omnibus offendiditur, quinimmo offendentes ſupportantur, laudantur, renumerantur. Si offenditur beſtia, ſi domus ſi res familiaris, ſi ſeruus, eſt qui doleat qui reſiſtat, qui arguat, offenditur Deus, & non eſt, qui percipit corde.

In pſonali iniuria patiẽtes ſimus in diuinis offenſis ſimus zeloſi.

Demum caueamus ſummopere ne diuinæ tractioni ſiue doctrinæ, ſiue diſciplinæ, obduratis cordibus reſiſtamᵒ cum impugnatione veritatis. Nam qui ſic agunt, quid aliud faciunt niſi cum Iudæis lapides tollunt? Veritas enim Chriſtus eſt. Qui veritatem mentis duritia impugnat, quid aliud, quam Chriſtum lapidare tentat? Sed quod veritas etſi ad tempus occultatur, iacturam nõ patitur deſignat dominus, cum abſcondit ſe ab eis, & illæſus exiuit templum. Sed væ illis ait Auguſtin. à quorum lapidæis cordibus fugit. Fugit tamen dominus ad literam, atque ſe abſcondit, ſic & pluries feciſſe legitur, oculos eorum tenendo ne viderent, quem lapidare furioſa mente quæſierunt, vt oſtenderet nihil poſſe inſaniam iudæorum contra maieſtatem niſi ipſo facultatem concedente. Eximiæ denique manſuetudinis, & patientiæ exemplum dedit, quia vt ait Auguſtin. Dum illi lapides tollerent vt mitterent in eum, quid magnum erat vt eos continuò dehiſcens terra abſorberet & pro lapidibus inferos inuenirent. Non erat magnum Deo, ſed commendanda patientia, quam exercenda potentia. Nobis itaque ſe abſcondit, qui poſtea ſe pro nobis ad crucem ſponte obtulit dominus

Non reſiſtendum diuinæ tractioni.

nus

nus noster Iesus Christus cum patre, & spiritu sancto in secula benedictus: Amen.

ODMINICA IN PALMIS *Sermo I. in ordine. XXXV.*

BENEDICTVS, qui venit in nomine domini psalmus. 117. & Matth. 21.

Ex signis & factis, multiplicatis tẽpore passionis Christi turbæ doterant Christũ cognoscere.

Appropinquante tempore, quod in sua pater posuit potestate, quo videlicet vnigenitus eius sanguinis sui effusione mundo remedia collaturus erat, multiplicantur mysteria, plurificantur miracula, innouantur signa, ita vt etiam simplicium turba hominum hunc venisse cognoscerent, quem sperabant in nomine domini aduenturũ. Sed væ sacerdotum principibus, & scribis, & pharisæis, qui propria excecati malitia, eum quem in scripturis legerant, præsentem agnoscere non valebant, sicut dominus ipse ait. Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me, si venerit alius in nomine suo, & illum recipietis. Iam iamque fructus ꝑdicationis Christi apparere cępit, imo fructus passionis fulgere (vt Augustin. ait in hom. 51. super Ioan.) grex ouiũ ex his, quæ perierunt domus Israel, vocem pastoris audierunt, & in laudes domino assurgentes, dominum, qui benedicere venerat, per quem omnes tribus terræ benedicendæ erant, vt Abraæ dictum est, & ipsæ benedixerunt. Benedixit dominus, benedixit & turba. Beuedicere nanque bonum dicere est. Sed longe aliter benedicit nobis Deus, & aliter nos Deo Ipse nobis bona dicendo bonis nos implet, bonos nos facit. Siquidem dicere Dei facere est. Ipse dixit (ait propheta regius) & facta sunt. Nos verò illi benedicendo nihil conferimus. Bonorum nostrorum non indiget. Nec eum bonum facimꝰ sed bonitatem eius, ac beneficia confitemur, laudamus, magnificando prædicamus. Cum itaque tanta benedictione turba perfruitur in infirmorum curatione famelicorum cibatione, pauperum euangelizatione, mortuorum viuificatione. Iam & ipsa vicem reddẽs, venientem in Hierusalem cum laude excipit, occurrit, honorat, prędicat, dicens voce celebri. Benedictus, qui venit in nomine domini. Pro gratia Aue Maria. Primò recitetur historia euangelii cum succincta postilla. Deinde cur dominus hanc processionem passioni præmittere voluit. Tertiò quid per hęc nobis faciendum edocuit.

Prius quam recitetur euangelium, incipiatur historia ab eo, quod Ioan. cap. 12. ait: Ante sex dies paschæ, hoc est, ante diem palmarum Sabbato venit Christus Bethaniam, vbi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cenam in domo Simonis leprosi, vt Marc. refert, & Martha ministrabat. Lazarus erat vnus ex discumbentibus qui (vt dicit Augustin de verbis euangelij) conuiuis interrogantibus loca penarum, & sedes inferni, diligenti narratione indicauit, ita vt inferi longis temporibus ignorati, tandem inuenerint proditorem Lazarum. Cum autem discubuissent venit Maria Magdalena, accepit libram vnguenti nardipistici pręciosi, vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis, & fracto alabastro, fudit super caput ipsius recumbentis, & domus repleta est ex odore vnguenti. Hæc iam secundò pedes domini capillis extersit, & vnguento vnxit. Primò dum peccatorum remissionem meruit, vt habetur Luc. septimo. Indignabantur autem discipuli, dicente Iuda. Vt quid perditio hæc vng. facta est, &c. Hoc autem dixit (ait Ioann.) non quia ad eum de egenis pertinebat, sed quia fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat. Inde occasione sumpta tradidit dominum pro 30. argenteis, quatenus sic recuperaret, quæ hic furto subtrahere nõ valebat. Propter hoc Mattheus, & Marcus hanc historiam rememorando di-

ſcribunt, dum domini paſsionem reci-
tant, quaſi factam primo die acymorũ. Cognouit autem turba multa ex Iudæis, quod, illic eſſet, & venerunt, non propter Ieſum tantum, ſed vt Lazarũ viderent, quem ſuſcitauit à mortuis. Cogitauerunt autem principes ſacerdotum, vt & Lazarum interficerent, quia multi propter eum abierunt ex Iudæis & credebant in Ieſum, quia tantum miraculum tanta erat diffamatum euidentia vt non poſſet negari, vel quod factũ eſt, occultari. O ſtulta cogitatio, & ceca ſeuitia (inquit Auguſt.) Dominus Chriſtus, qui ſuſcitare potuit mortuũ, non poſſet occiſum? quando Lazaro inferebatis necem, nunquid auferebatis domino poteſtatem? Si aliud vobis videbatur mortuus, aliud occiſus, Ecce vtrunq; domin⁹ fecit, & Lazarum mortuum, & ſeipſum ſuſcitauit occiſum. Hæc Aug. In craſtino autem hoc eſt hodie mane facto de Bethania Chriſt⁹ receſſit vt veniret Hieruſalẽ, ideò turba multa, quæ conuenerat ad diem feſtum, cum audiſſet quia Ieſus venit Hieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & præceſſerunt obuiam ei. Teſtimonium enim perhibebat turba, quæ cum eo erat quando Lazarum à mortuis ſuſcitauit, & eum à monumento vocauit, propterea obuiam venit ei turba, quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum.

Nunc ſequitur euangelium hodiernum ſecundum Matth. Cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymam, & venit Bethphage, qui erat vicus ſacerdotum diſtans à Bethania ferè vno miliari, ad montem Oliueti, in cuius deſcenſu ſita eſt dicta villa. Tunc miſit duos diſci. di. Ite in caſtellum, quod contra vos eſt ideſt Hieruſalem, quæ ſita erat (ſecundum magiſtrum in hiſtoriis) ad radices alterius montis Sion. Et ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea. Addunt Marcus & Lucas, ſuper quem nemo vnquam hominum ſedit. Soluite, & adducite mihi. Siquis vobis aliquid dixerit ſcilicet vos prohibendo, dicite quia dominus his opus habet, & confe. duc. eos. Hoc autem totum factum eſt vt adin. quod dic. eſt per prophetam Zach. nono. Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus ve.ti. man.ſe.ſu per pul. fi. ſubiu. Euntes dict. fe.ſi. illis præce. Ieſus, & adduxe. aſinam, & pul. eius, impoſu. ſuper eum veſti. ſua. Non enim permiſerunt diſcipuli dominum ſedere ſuper nudo aſino, ſed loco ſellæ, & pro reuerentia ſua ſuperpoſuerunt veſtimenta ſua, & ſic eum deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba videntes ſcilicet quod fecerunt diſcipuli etiam ipſi propter domini reuerentiã ſua veſti. ſtra. in via ſub pedibus iumentorum. Alii cede. ra. de ar. ſter. in via. Ioannes ſolus mentionem facit de ramis palmarum, & eſt veriſimile quod de omni genere arborum pulchrarum, preſertim oliuarum, & florum ſternebant in via, ſicut canit eccleſia: Occurrunt turbæ cum floribus, & palmis; poterant enim in iſta calida regione tũc flores inueniri. Turbæ autem quæ ſequæ. & quę præ. cla. dicit Lucas. Cum appropinquaret iam ad deſcenſum mõtis oliueti, ceperunt turbæ deſcendentium diſcipulorum gaudentes laudare dominum voce magna, ſuper omnibus quas viderant, virtutibus, dicentes: Oſanna filio Dauid. Filio in dicto caſu, vel in vltimo. O fili Dauid oſanna .i. obſecro, ſaluifica. Et conuerſo ſeinuicẽ ſermone ſubiungunt: Benedictus ſit, q venit in nomine domini. Glorioſus ſit, qui venit in mundum per carnis aſſumptionem, in nomine domini ideſt quaſi domin⁹, vel in nomine domini. ſ. patris ipſum glorificantis. Adiungunt, & aliã laudem ſecundum Marcum: Benedictũ regnum patris noſtri Dauid: q. ſ. reſtitutũ eſt nunc in aduẽtu tuo. Addunt & tertio ſecundũ Lucã: Pax de cęlis, & gloria in excelſis. Oſanna in altiſſimis, quia non quærimus ſalutem in terris. Quartam quoq; addunt ſecundum Ioãnem: Benedictus, qui venit in nomine domini rex Iſraelis. Laus illa magna erat, ſed pro dignitate Chriſti parua. Receperunt eum vt regẽ Iſrael ſiue Iudeæ. Sed quid hoc fuit dño (ait Augu.

hom.

homil.51.super Ioa.)regem esse Israel? Quid magnum fuit regi seculorum, regem fieri hominũ? Non.n rex Israel est Christus ad exigendũ tributũ vel ferro exercitiũ armandũ, hostesq; visibiliter debellandos, sed rex Israel, q; mẽtes regat q; in ęternum cõsulat, q; in regnũ celorum credentes, sperantesq; perducat. Dei ergo filius æqualis patri, verbũ p q; facta sunt omnia, q; rex esse voluit Israel, dignatio est, non promotio, miserationis indicium, nõ potestatis augmentum. Qui enim appellatus est in terra rex iudæorum, in cœlis est dominus angelorum. Huic & nos occurram⁹ & vt in nobis regnet, suppliciter deprecemur, dicẽtes: Osanna filio Dauid, benedictus, qui venit in nomine domini. Et tantum de primo.

Cur dominus hanc processioné passioni voluit pmittere.

Nunc quo ad secundũ videndũ. Cur dñs, qui totiens Hierusalẽ intrauerat, nunquã tñ vel animalium sibi adhiberi ministeria, vel etiam à turba regios sibi passus est impendi honores, immo post cibationem. 5000. de quinq; panibus, Cum cognouisset Iesus q; venturi essẽt vt raperent eum, & facerent regem, fugit in montem ipse solus. Ioan. 6. Appropinquante autem passionis tempore, tantam (vt tactum est) sibi impendi gloriam permisit, immo vt exhiberetur ipse discipulorum, & turbæ mentes excitauit. Vnde cum honori eius inuidentes pharisæi dixissent domino: Magister increpa discipulos tuos. Ille ait: Et si hi tacuerint, lapides clamabunt. Luc. 19. Huius autem doctores sancti multas ad literam rationes assignãt.

Cur Xp̃s in die palmarũ honorari voluit.

Quarum prima est, quæ etiam in textu euangeliorum tangitur, vt scriptura prophetarũ impleretur, & veritas figuræ responderet. Vt enim Christus dũ veniret cognosceretur, non solum prophetæ eius aduentum, sed etiam multa aduentus eius signa, tempora, modũ cõuersationem, miracula, passioné, morté, resurrectionem, & cętera p ipsum acta vaticinati sunt. Hæc ergo omnia Christ⁹ in se impleri voluit, vt indubie cognosceretur is esse, de quo tot pphetarũ oracula concordabant. Ita inter alia signum aduentus Christi in Hierusalẽ ad redemptioné populi fuit à Zacharia c.9. prædictũ, & celebri fama diuulgatũ q; si Christ⁹ venturus esset in Hierusalem in paupertate, & humilitate, sedens super asinã, & pullum eius. Vnde ait: Noli timere filia Sion .i. Hierusalem sic dicta, quia sita erat in monte Sion, in quo turris Dauid, à quo quasi à matre filia defendebatur. Ecce rex tu⁹ venit tibi mansuetus &c. Consolatus ẽ propheta filios Hierusalem, quia consueuerunt homines timere reges veniẽtes propter nouitates bellorũ, exactiones, seruitutes, atq; iniusta grauamina, sed noli timere Hierusalem, quia rex tuus veniet, non talis, sed mansuetus, & humilis, non in multitudine exercitus, & equorum ingrediens, sed cum humili turba asinę insidens. De hoc Beda in homil. In asino venire, & à turbis rex appellari, ac laudari voluit, vt etiam per hoc eruditus quisq; cognosceret ipsum esse Christum, quem sic illo venturum, prophetia olim præmissa signauerat. Veritas denique in eo etiam (sic figuræ clarius respondebat. Agnus enim paschalis cuius immolatione populis Israel est ab Ægyptiaca seruitute liberatus, ante quinque dies Paschæ (idest decima luna primi mensis in domo recluderetur vsq; ad decimam quartam lunam, in qua iuss⁹ est ad vesperam immolari, vt habetur Exod. 12. Sic ante quinq; dies paschæ (vt ex Ioanne colligitur (venire voluit ad immolationis locum vt sic ostenderet se esse agnũ immaculatum, qui tollereet peccata mundi. Quinta denique peracta die vbi veteris paschæ sacramenta hactenus obseruata consummauit, ac deinceps noui obseruanda discipulis (sacramenta contradidit, egressus in montem oliueti, tentus est à Iudæis, & manè crucifixus. Ipsa nos die à dæmoniaca dominatione redemit, qua antiqu⁹ ille Hebræorum populus per immolationem agni, iugum Ægyptiacæ seruitutis abiecit. Hæc Beda. Hoc & Esaias notauit, cum dicit: Sicut ouis ad occisionem,

ductus

ductus est.eiusdem cap.53.Secunda ratio est,se iam in proximo contra diabolum triumphatum sua passione,hac sua susceptione cum palmarum ramusculis demonstraret. De hoc August. homil. 51.super Ioan.ait, Rami palmarum victoriam significant, qua erat dominus mortem moriendo superaturus,& tropheo crucis diabolum mortis principem triumphaturus.Tertia, vt per hoc se sponte passurum ostenderet,dum inimicorum suorum ciuitatem sibi contrariam(vt ipse ait discipulis, Ite in castellum,quod contra vos est)tam patenter,tantis cum laudibus introiret, quo non modicè contra se ipsorum furiam excitauit,sicut Aug.vbi supra ait. De hoc Chrys.in hom. Quam crucem mẽtis inuidentia principum iudæorũ perpeti poterat,quando regem suum Christum tanta multitudo clamabat. Vnde & amaro corde dixerunt. Videtis,quia nihil proficimus, ecce totus mundus post eum abiit. Et de hoc Beda in homilia, Appropinquante hora passionis. Vt etiam pro hoc claresceret, quia non inuitus, sed sponte pateretur, in asino venire,& à turbis rex appellari, ac laudari voluit. Quarta,vt per hoc discipulos suos,ac credentes in eum confortaret, qui paulo post ipsius visuri erant ignominiam. Solent nanque reges bellum intraturi pro animatione militum se prius in gloria regia demonstrare. De hoc quoque Aug. vbi supra ait, Illum agnosce filia Sion, qui à te laudatur,& noli trepidare, cum patitur, qa ille sanguis funditur, per quem tuum delictum deleatur, & vita redimatur. Quinta,vt post tantæ susceptionis gloriam, subsequentis augeretur amaritudo passionis. Solet enim ignominia altius pungere corda, quam fęlicitatis cumulus antecessit,sicut ait Boe. Amissa prosperitas recolentem vehementius coquit. Nam in omni aduersitate fortunæ, infęlicissimum genus infortunii est,fęlicem fuisse. De hoc pulchrè beatus Bern. sermone 2. præsentis festi ita dicit. Quid fuit,quod processionem habere voluit, qui mox futuram nouerat passionem. Noua enim,& mira quædam est coniunctio, processio, & passio Nam processio plausum habet, passio planctum. Et respondet, Fortè vt amarior esset passio, quam processio processisset, Ab eodem enim populo in eodem loco, & ipso tempore, paucis diebus interpositis, primò cum tanto triumpho susceptus est, postea crucifixus, O quam dissimile est, Tolle tolle, crucifige eum.& Benedictus, qui venit in nomine domini osanna in excelsis. quam dissimile, rex Israel.&, non habemus regem nisi Cæsarem, quam dissimiles virentes rami, & crux,flagella; & spinę. Cui prius prosternebantur vestimenta aliena, ecce suis exuitur, & sors mittitur super ea. His itaque de causis,& fortè aliis, dominus prius, quam pateretur,voluit tanquam rex suscipi, & turbarum vocibus laudari dicentiũ, Benedictus, qui venit in nomine domini.

Hęc quo ad litteram breuius commemorata,si dente cõsyderationis subtilius masticare tentauerimus, rem mysteriis plenam intelligemus. Hac enim processione, futuræ gloriam magnæ ꝓcessionis significare voluit,qua Christo in triumphi gloria, & maiestate apparenti, & tanquam capiti cum omnibus membris suis in cœlestem Hierusalem suscipiendo obuiam rapiemur in aera, vt dicit apostolus.1.Thes.4.vbi iam nõ à pauperibus turbis (vt innuit Bernar. serm.1.de ramis palmarum) sed virtutibus angelicis,clamantibus vndiq; vtriusque testamenti populis, Benedictus, qui venit in nomine domini perpetuò laudabitur, huius futuræ, ac beatifice processionis gloriam, quasi præmium nostræ peregrinationis præostendit, & terminum,Viam, qua ituri sumus ad illam in sua passione designans. Quodq; ad hanc peruenturi sunt tam iudæi, q̃ gentiles,in hoc significauit, quia & super asinam subiugalem, & pullum, super quem nullus hominum sedit, ipse sedisse perhibetur.Asina subiugalis,populus est hebręorum,legis oneri subiectus.Pullus,gentilis populus adhuc effre-

Processio in die palmarũ gloriam magnæ processiones triũphum significabat.

fre-

frena libertate vagus. Vtrosque dominus insedit, dum sibi velut angulari lapide, ambos istos populos quasi e diuerso venientes parietes, in fidei iunxit vnitate. Quia verò diuersimodè dominum honorasse perhibentur, diuersa sunt virtutum studia, quibus domino iungimur obsequendo, vna tamen & sequentium, & præcedentium vox erat laudis, Osanna benedictus &c. quia vna est mediatoris fides, in qua & non aliter omnes Christi incarnationem præcedentes, & sequentes Christo iunguntur, vt dicit Grego. super Ezech. Verum hæc tractare per singula, angustia temporis vetat. Sed duntaxat curemus, & in numero eorum, qui dominum susceperũt, inueniri nunc in præsenti, ne tunc ab eius triumphali ascensu contingat cum reprobis separari. Quod si etiam vsque huc vitiis succubuimus, saltem & domino nunc ad nostram redemptionem venienti occurramus, vestimenta veteris conuersationis deponamus, à domini iumento calcanda. Sicut apostolus ait, Expoliantes vos veterem hominem cũ actibus suis, ad Col. 3. Ramos de arboribus cedamus, de sanctorum atq; perfectorum hominum vita virtutes colligamus, attendentes huius fidem, istius patientiam, illius mansuetudinem, nosque ipsos tanquam pia iumenta, & stolida sub iugo diuinæ legis incuruemus, sicut ille, qui dixit, vt iumentum factus sum apud te. Non humana sapientia, quę Dei sunt metientes, sed sicut apostolus vlt. 1. Cor 3. Si sapientes videamur esse in hoc seculo, stulti fiamus, vt simus sapientes, quia sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum. Verum non ita stolidi, vt nudi domino occurramus, sed vestibus tegamur discipulorum non sensus nostros imitantes, sed semper apostolorum doctrina superimbuti, eorum vestigiis inhærendo, omnia nostra opera per sacra eorum scripta regantur, & quasi vestimentis adornentur. Sic enim & super nos sedere dignabitur dominus, atque nos inhabitare, & tandem in Hierusalem supernam perductos, cęlesti pabulo satiare, propter hoc enim terrenam Hierusalem hodie intrauit cum turba passurus, vt nos secum leuet in ęthera regnaturos, ipse benedictus, qui venit in nomine domini, cum quo viuit, & regnat in vnitate spiritussancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

DOMINICA IN RAmis palmarum. Sermo. II. in ordine XXXVI.

HOC sentite in vobis, quod & in Christo Iesu ad Phil. 2.

Hanc epistolam breuem quidem verbis, profundissimam sententijs sancta mater ecclesia hodie legit. Quia nobis commendatur diuinæ benignitatis misericordissima cõdescensio. Amarissimę passionis originalis ratio, mortis exprobatissimę fructificatio. Et hoc ad litteram. Per tropologiam verò nobis ostenditur christianæ conuersationis perfectissima regula, exemplum, & institutio. Ad quam in eius principio nos hortatur di. Hoc sentite in vobis &c. Ad litteram textus recitetur. Pro cuius intellectu pro gratia Aue.

Diuisio epistolæ hodiernæ tres partes.

Secundum tres epistolę partes tria proponuntur. Fidelis populi exhortatio. Vię certissimę ostensio. Ambulantium abundans præmiatio. Exhortatio cum ait, Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Est autem exhortatio hæc efficax, quia ad rem dignissimam, facillimam, debitam. Est primo ad rem dignissimam. Siquidem est ad imitandum Deum summum omnium, potentissimum, & gloriosum. Hic enim est exemplar monstratum in monte .i. summitate excellentiæ, vnde Moysi dicitur, Omnia inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte. Exo. 25. & ad Heb 8. Est secundò potentissimus, quia fidei autor, & consummator. Sic enim ad huius imitationem apostolus dirigit ad Hebræ. 12. Aspicite in autorem fidei, & consummatorẽ Iesum, qui Proposito sibi gaudio sustinuit

nuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. Est tertiò fidelis, & gloriosus. Ideo ad eius imitationem nos idem apostolus dirigit Heb. 3. Consyderate apostolum, & pontificem confessionis vestræ Iesum, qui fidelis est ei, qui fecit illum in omni domo eius sicut & Moyses. Amplioris .n. gloriæ præ Moyse iste dignus est &c. Si ergo aliquis imitandus est, quem dignius imitamur, quam summum omnium fidelissimum, potentissimum, & gloriosum Cuius imitatione summam nostram gloriam, & perfectionem assequimur?

Imitatio Christi facillima

Est quoque hæc imitatio facillima, qa secundum naturam in materia facili, iugo.s. suaui, cum adiutorio fideli. Nam spiritus eius adiuuat infirmitatem nostram. Ro. 8. vnde ad se nos vocat. Venite inquit, ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Matt. 11. vnde Heb. 4. Habemus pontificem magnum, qui penetrauit cælum, Iesum filium Dei. Non talem qui non posset compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia pro similitudine carnis absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gloriæ eius, vt misericordiam consequamur in auxilio opportuno. Est & debita. Nam debitum est, quod viator sequatur præuium ducem, dubius certum non fallentem, seruus dominũ præmiantem. Hic est Christus via, veritas, & vita. Via, per quam venitur, ipso teste, qui ait, Per me siquis intrauerit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Io. 10. Veritas, quia lumen, quod qui sequitur, nõ ambulat in tenebris. Io. 8. Ego sum lux mundi. Vita viuificans, vnde ait, Ego vitam æternam do eis .s. ouibus me sequentibus, & non peribunt in ęternum, & non rapiet eas quisquam de manibus meis. Io. 10.

via certissima cõsequẽdi beatitudinem

In secunda parte epistolę apostolus certissimam viã ostendit consequendi beatitudinem. Et quidem appetitus beatitudinis naturaliter in est omnibus, teste Boe. 3. de conso. pros. 2. Omnis mortalium cura, quam &c. Cui consonat beatus Aug. 13. de tri. vt allegat magister dist. 49. quarti. Sed non ita naturaliter nota est via ad illam, vnde & subdit vbi supra Boe. Sed deuius error abducit Consequenter ostendens conformiter ad doc. Arist. 1. Eth. varias antiquorum gentilium opiniones, immo errores, qui vtinam hodie de cordibus fidelium eliminati essent. Contra omnes hos apostolus ostendit vnicam, & solã viam certissimam, ac iustitiæ semitam, quæ consistit in obedientia, quam mater humilitas parit. Nam legalis iustitia, quæ est omnis virtus 5. Eth. nihil aliud est, quam obedientia, quæ ex humilitate gignitur. Siquidem sola superbia, qua homo suam voluntatem diuinæ anteponit, transgressionem inducit, vt patet in primo angelo, quem superbiens transgressio de cęlo extrusit. Et in primo homine, quẽ superbiens trãsgressio de paradiso extrusit. Has virtutes apostolus in exemplari clarissimo describit Christo scilicet Iesu. In quo ipsę in summo perfectionis gradu relucent. Ait enim, Qui cum in forma dei esset, non &c. Sed semetipsum exinaniuit, formam Dei occultando, & formã serui assumendo, Ne tamen putetur naturam peccatricem assumpsisse, addit, in similitudinem, hominum factus similiter hominibus, mortalis, passibilis, sed non reprobus, nec peccabilis. Et ne credatur naturam diuinam mutasse, adiungit, habitu inuentus, vt homo, humanitatem assumpsit velut habitum, quasi vestem, quæ tegit, sed non mutat, quod vestitur. O humilitas profundissima, qua maior non modo non inuenitur, sed nec cogitari potest, qua omnium summus pro nobis factus est infimus. Et licet non est factus homo peccator, eo quod diuinæ dignitati peccatum repugnet sequelas tamen peccati i. defectus pęnales generaliter naturam consequentes assumpsit, famem, sitim &c. mortalitatem, passibilitatem. Quantũ ad obedientiam perfectissimam sequitur. Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Ecce obedientiam vsq; ad contemptum omnium rerum

rum,& sui, quia vsque ad mortem quæ res aufert.& corporis vitam. Vltimus vitæ dies mors est fortitudine manentis, ait Boet. prosa.3 secundi. Mortem ignominiosissimam crucis, quæ tollit famam. Et verè ignominiosissimam ex mortis genere, loco, tempore, societate, vt alibi declarari solet. Ecce humilitatem profundissimam. Ecce obedientiam perfectissimam. Quis nisi insipientissimus se amodo extollat? Vnde glo. Habemus in Christo superbiæ medicamentum, Quid intumescis homo? O pellis morticina quid tenderis? O sanies fęda quid inflaris? princeps tuus humilis est, & tu superbis? Caput est humile,& mēbrū superbit? Hæc gl.

Quis nobis proponatur imitandus.

Attendamus charissimi quis nobis præponitur imitandus. Non homo nobis similis peccator, Non sanctus aliquis Apostolus, martyr, virgo, aut confessor. Non angelus, inter quos inuentus est iustitiæ desertor. Sed Deus summus fallere, & falli nescius, & ita per omnia certus. Quia si minor est tibi apostoli autoritas, Audi ipsum se tibi præstituentem, & eandem viam te docentem Mat.11. Discite à me, quia mitis sum,& hnmilis corde. Humilis ad te submittendum. Mitis ad obediendum. Huc accedant, quicunq; vitam desyderant. Nemo se decipiat. Nulla alia via peruenitur ad regnū. Quisquis aliunde ascendit in ouile ouium, fur est, & latro,& quidem niti potest, fatigari potest, sed intrare non potest. Nihil enim iniustum, nihil inquinatum intrabit in illud. Sed & perfectè obedientiæ exemplum sequamur. Incipiunt quidam sequi, obediunt libenter in prosperis, sed pedem retrahunt in aduersis. Occurrit imaginatio damni temporalis amissionis alicuius perituri, quod seruare non potest, transgredimur, vt inseruabile seruemus. Ecce ille exinaniuit semet ipsum formam serui accipiens, & serui pauperis, & despecti, vt nos obedientiam doceret. Occurrit debilitatio corporis, aut tandem mors ineuitabilis. Abiicimus statim iugum suaue, vt fugiamus, quod fugere non possumus. Sed ille factus est obediens pro nobis vsque ad mortem. Irridemur, paruipendimur, detrimentum famæ, & honoris patimur, si obediamus veritati. Sed veritas ipsa facta est obediens vsque ad mortem, crucis vtique turpissimam. Sed nec ad horam obediuit, quinimmo obedientiam in morte consummauit. Nec propter iudęorum blasphemias de cruce descendit. Talis sit obedientia nostra charissimi, nec minor esse poterit, quonia si per mortem defecerit, nos ad cęlestem gloriam attollere non valebit.

Quid pmii habetur ex imitatione Christi.

Vnde sequitur pars tertia. Propter quod & Deus exaltauit illum. Et sicut ille ita & nos sine dubio exaltabimur, si boni, & veri eius ęmulatores fuerimus, ipso dicente, Qui mihi ministrat, me sequatur,& vbi sum ego, illic & minister meus erit. Ioan.12. Illic in eadem hæreditate, eadem gloria, eadem filiatione, nisi quod ille per naturam, nos per adoptionis gloriam primo Ioan.3. filii Dei erimus, hæredes regni, cohæredes Christi Rom. octauo. Sed hic duplex occurrit quæstio. Vna quando Christo datum est nomen, qđ est super omne nomen. Et quoniā Xp̄s nomen est suppositi duplicis substantię secundū Damas. i. nomen suppositi subsistentis in duabus naturis, diuina. s.& humana, non immerito quæritur, secū dum naturam Christus est exaltatus, & donatum sit illi nomen, quod est super omne nomen. Ad ꝙ secundū magistrū dist.18. tertii, & in glossa breuiter dicitur. Primò, quod exaltatio Christi per impassibilitatis, & immortalitatis claritatē,& gloriam in corpore Xp̄i,& anima facta est, postquā non fuit, propter humilitatem per passionis obedientiā. Nā humilitas passionis meritū fuit exaltationis,& exaltatio præmium humilitatis. Vnde Augustinus exponēs hunc textum, ait, Vt Christus resurrectione clarificaretur, prius humiliatus est passione, humilitas, claritatis est meritum, claritas, humilitatis est præmiū. Sed totum factum est in forma serui. In forma enim Dei semper fuit, & erit

cla

clarus. Patet ergo, quod per humilitatem,& obedientiam passionis Christus meruit corporis clarificationem, & animę impassibilitatem. Anima enim ipsius ante mortem erat passibilis, sicut caro mortalis, sed post mortem merito humilitatis & anima impassibilis facta est, & caro immortalis. Hæc magister.

Secundũ quã naturã donatum est Christo nomẽ super omne nomen.

Sed de secundo .s. secundum quam naturam donatum est Christo nomen, quod est super omne nomen. Dicendũ quod datum est Christo secundũ vtranque naturam, sed aliter, & aliter. Nam Christo secundum naturam diuinam pater æternaliter generando ipsum filium dedit ei nomen, quod est super omne nomen. s. esse Deum per naturam quia ab æterno genuit filium plenum, & sibi ęqualem Deum. Generando enĩ dedit sibi naturam diuinam, eam scilicet qua pater, filius, & spiritus sanctus vnus sunt Deus. Et hoc intendit dominus cum ait Ioan. 12. Quod dedit mihi pater, maius omnibus est. i. essentiã diuinam, Et hæc est sententia Ambrosii. Secundum beatum Augu. etiam donatum est Christo nomen, quod est super omne nomen secundum naturã humanam, secundum quam crucifixus est. Nam Christus per gratiam accepit, vt ipse subsistens in forma serui nominetur, & sit Deus. Donatum est ergo Christo donatione naturali à patre nomen super omne nomen, secundum naturam verbi. Sed donatione gratuita dedit Christo tale nomen secundum naturã serui, non Dei vt homo Christus diceretur, & verè esset Deus, quia hoc Christus accepit per gratiam, non adoptionis, sed vnionis, vt non sit Deus adoptiuus, sed verus, cui omne genu flectatur. Sic ergo in nomine Iesu omne genuflectatur, hoc est imperio eius subiiciantur angeli, homines, & dęmones, & omnis lingua confiteatur bonorum, & malorum sponte, vel inuitè, quod fiet in iudicio vbi mali videbunt, in quem transfixerunt.

Ex illo patet solutio primę quæstionis, quando donatum sit illud nomen, quoniam secundum naturam diuinam donatum est verbo ab æterno, nam ab æterno ipsum accepit per generationẽ à patre. Secundum verò humanam donatum est Christo ab instanti conceptionis in virgine, nam in eodem facta est vnio naturę humanæ cum verbo, propter quam factum est, vt homo Christ⁹ esset Deus, & Deus homo Christus. Nec hoc meruit Christus, quia hęc vnio fuit purè gratuita secundum August. 13. de trini. Sed quantum ad manifestationem, per quam quod prius fuerat mundo innotuit, sic donatum est Christo hoc nomen secundum vtranq; naturam post resurrectionem, quia per hanc in euidenti positum est, vt scirent dęmones, & homines Christum crucifixum esse Deum, & hominem. Et per hoc etiam potest dici diuina natura in Christo exaltata, quia cœpit fieri, quod erat, sicut in assumptione infirmitatis dicitur exinanita, quia non apparuit, qđ erat. Ecce audiuimus, in quo imitemur, audiuimus imitationis prĕmium. Nam & imitatores Christi manet simile præmium. Si compatimur, & conregnabimus, si commorimur, consurgemus, si humiliabimur, exaltabimur. Dabitur & nobis nomen, quod est super omne nomen per gratiam adoptionis, & participationis, quod illi datum est per naturam, aut gratiam vnionis. Nũc ergo sollicito corde tam præclarum exemplar imitemur secundum apostolicam ammonitionem.

DOMINICA IN PALmis Ser. III. præparatorius, ad eucharistiæ sumptionem in ordine. XXXVII.

De præparatione ad sacram eucharistiã

BENEDICTVS, qui venit in in nomine domini rex Israel. Luc. 19.

Incipimus agere festa gloriosa, pro quorum digna celebratione tot sunt

dies purgationis per instantem quadragesimam prærogari. Paschalia hęc festa sunt festa transitus nostri saluatoris qui ex hoc mundo per rubentis sui effusionem sanguinis vadit ad patrem. Ad hanc enim venit hodie in Hierusalem ciuitatem regiam turba multa sequentium & pręcedentium vallatus populorum, rex agnitus, rex aduocatus, laudatus, honaratus. De qua tamen ciuitate paucis intermediis diebus opprobriosè eiectus, cruci cum latronibus est addictus. In laude populi nulla fuit fictio, sed nec crucis supplicium caruit mysterio. Rex conclamatur à turbis, Benedictus, qui venit in nomine domini rex Israel Et secundum Mar. cap. 11. Benedictum, quod venit regnum patris nostri Dauid. Et verè rex erat, ipso respondente Pilato quærenti, ergo rex tu es? Tu dicis, quia rex sum ego. Io. 19. sed rex, cuius regnum non est de hoc breui fragili, ac pereunte mundo, vt ibidem sequitur, sed supra mundum regnum tuum ait propheta, regnum omnium populorum, & dominatio tua in generatione, & generationem. Rex est, qui cœlis dominatur, & vniuerso orbi, quia cęlum, & terram, quæ regit ipse à principio de nihilo creauit. Rex est, qui attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Vnde & populi se saluari ab illo petierunt, non in terra tantum, sed & in cęlis. Osanna, inquiunt, filio Dauid. Pax de cęlis descendat, & gloria in excelsis ascendat. Osanna in altissimis. Mysterium verò crucis iam toti mundo patuit. In eo nanque constituta est humani generis salus, in quo ipse putabatur extinctus. In ea denique celebratus est triumphus maximus, Nam in ea superbiam vicit humilitas, fortem assumpta infirmitas, & mortem hactenus victoriosissimam vita in cruce moriens, superauit. Nam vt canit ecclesia, vita in ligno moritur, infernus ex morsu despoliatur. Qui victoris nostri triumphus, etsi post exhibitã, consummatamque victoriam à populo celebrari debuit (ita enim mos populi habuit, vt deuictis hostibus, victorem triumphali pompa honorarent, vt in benedictione palmarum) sed quoniam triumphus domini post victoriam perfectam à populo celebrari nõ poterat, domino eis in terris non amplius apparente, ideo sicut Maria Magdalena præuenit vngere corpus eius in sepulturam quem mortuum contingere non poterat. Mar. 14. sic & turbæ eodem spiritu quo illa excitate celebrandum triumphum præuenerunt, & eunti ad pugnã vocibus altisonis clamabãt, Benedict⁹, qui venit &c. Aue Ma.

Benedictus &c. Rex ille super omnia Deus benedictus in secula. Rom. 9. qui hodie venit Hierusalem ad saluandum omnes generaliter per crucis mysteriũ à nobis suscipiendus est sacramentaliter, vt saluet quemlibet se manducantem singulariter. Beati, qui occurret venienti cum ramis palmarum sternẽtes vestimenta in via, clamantesq; cum pręcedentibus, & sequentibus, ex animo, benedictus &c. osanna in excelsis. Qui denique sicut gaudent cum gaudente, sic etiam compatiuntur in cruce patienti, gaudio processionis iungentes cum ecclesia fletum compassionis. Et quidem vtrunque faciunt, qui dignè sacram eucharistiam sumunt. Sumunt eũ namq;, qui hodie vt rex susceptus est à turbis, & die quinta crucifixus pro omnibus nobis. Vt autem ad tantum mysterium dignè accedamus, ac vitam nõ mortem ex vita suscipiamus, curemus, vt in nobis sint proprietates ille, quas in suscipientibus dominum ex euangelio cognouimus.

Proprietates, q̃ requiruntur communicaturo tres

Commemorantur autem triplices cum domino in hac processione, quidã præcedentes quidam sequentes, quidã vt Bern. ait, lateri domini adhærentes. Præcedentes viam præparabant, quidã se vestibus spoliantes strauerunt in via. Alii ramos de arboribus cedebant, vt dominus ornatam viam, & præparatã transire delectaretur. Adhærentes lateri discipuli fuerunt, vt ait Bern. qui sua vestimenta iumento supraponentes; desuper Christum quiescere fecerunt, in eum intuentes, ad eius ministeria suc

cinti erant. Sequentes verò, qui viderãt mirabilia referebant, & gratias in omnibus Deo reddiderunt. Omnes in cõmuni clamauerunt, Benedictus, qui venit in nomine domini rex Israel, osanna in altissimis, benedictum regnũ patris nostri Dauid, pax de cęlis, & gloria in excelsis. Itaque ad horum imaginem aliquid præcedat eucharistiæ sumptionem, aliquid comitetur, aliquid sequatur. Sicut & aliquid nec quo ante, nec post, nec in ipsa sumptione careamus. Præcedat expoliatio veteris hominis per contritionem, & confessionem, ac aliqualem satisfactionem. Non enim comedi oportet pascha nostrum in fermẽto veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ &c. 1. Cor. 5. Neque vestimenta illa sicut discipulorum domino, sed pio iumento, cui dominus insidet, supponantur pedibus conculcanda, vt de cætero ad vsum nõ redeant. Oportet enim peccata mortalia, & eius palliationes, & occasiones omnino exuere, & pedibus conculcare, ne reuiuiscant &c. Prȩcedat & exercitium virtutum abstinentiæ, castitatis, mansuetudinis, humilitatis, spiritualis lætitiæ &c. quæ de maiorum exemplis imitando acquiramus, quibus contra opposita vitia viriliter triumphemus, verius in nobis Cristus. Hi sunt palmarum, oliuarum, & cæterarum arborum rami, ac diuersi generis flores, quibus domus nostra adornatur, vt digna tanto hospiti inueniatur. Vnde Aug. in ecclesiasticis dogmatibus, & habetur dist. 2. quarti cap. vlt. Si peccandi de cętero non habeat voluntatem, & satisfaciat lachrymis, & orationibus, securus accedat.

Secunda præparatio est deuotio.

Secundò comitetur deuotio ad eum, qui suscipitur, & parata voluntas ei in omnibus obsequendi, & oculus intentionis in eum semper intentus, hanc deuotionem causat amor & desyderium, qui sunt vestes nuptiales, super quas delectatur quiescere dominus. Nihil autẽ tantum hunc amorem accendit, sicut diligens dominicæ passionis, & gratiarum, ac donorum eius meditatio, in cuius memoriam hoc sacramentum institutum est, & ab ecclesia frequentatur. Nostis, quia signum est infirmitatis, dũ cibi gustum non percipimus, multò magis dum nobis amarescit, ita de cibo isto si adhuc linguę cordis adhæret viscus secularium rerum, amaricat omnẽ cibum spiritualem. Apostolus, Animalis homo non percipit, quæ sunt spiritus Dei 1. Cor. 2. Verum si dum facim⁹, quod in nobis est, & non accipimus sentimentum dulcedinis huius panis angelorum, sufficit desyderium in ratione, & voluntate, etiam cum suspiriis propter ariditatem cordis. Ger. Sola enim indeuotionis occasio, quam voluntariè tenemus in culpa est.

Tertia ẽ diligens masticatio.

Tertium, quod sequitur, est diligens masticatio, quæ est imitatio vestigiorum Christi sumpti primo in gratiarũ actione. Nam & ipse instituens in cęna gratias egit patri. Secundo in consyderatione diuinæ misericordiæ, & largitatis nobis in hoc sacramento ostensę in masticatione fructuum eius. De quibus vide latius in cęna domini. Tertiò mutatione conuersationis, vt de cętero non nisi diuina placeant sermone affectu, opere, quo pinguescamus, & ad diuinas laudes more sequẽtium turbarum cæteros incitamus verbo, & exemplo. Sit in omnibus fides recta, per quam clamemus magna voce, Benedictus, qui venit &c. firmiter credendo, & actu cogitando, quis est, quem sumimus, quia simpliciter summus, & optimus, & dignissimus, & humiliemur, quãtus, quia omnium dominus, & iudex, & contremiscamus. Hæc sunt, quæ nos prȩparant. Eia nemo accedat consuetudinariè, sed hæc, & hæc meditemur. Dicis, cognosco, & timeo & ideo abstineo. Deprȩhensus es (ait Bern. ser. 3. de pascha) excusatione inutili. Irretiuit te diabolus perplexis testiculorum neruis si non accedis ad vitam, vita carebis. Si indignè accedis, per vitam mortem sumis. Ideo nos dignificemus, & sic sumamus, vt viuemus.

Sermonē pro Dominica resurrectionis quære plures in parte de festiuitatibus Christi.

DOMINICA QVASI modo geniti. Sermo I. in ordine. XXXIX.

HAEC scripta sunt vt credatis. Ioan. 20.

Mira Dei apud nos clementia dum subtilius inuestigatur, semper maior, atq; maior inuenitur. Magna nimis apparuit Dei benignitas, & misericordia in sua benedicta incarnatione, vt vult apostolus ad Titum 3. Maior in passione, & resurrectione, sed non minor in fidelium suorum pijssima tractione. Quis enim hominum suo amico magna donans, etiam laboraret, vt idem amicus gratis data, & maximo cum labore acquisita reciperet, atque vtilitati suæ applicaret? Nonne magis diceret? Egi, quod meum erat, tu autem si recipere negligis, contemptus argueris. Quantoq; sua videret dona negligi, tantò magis in iram concitaretur. Non sic dominus cuius (Esa. 55.) viæ longę a viis hominum, qui post morté, post resurrectionem, post omnis satisfactionis completionem nimis sollicitè egit, vt sua nos acceptaremus beneficia, in nostramque transirent vtilitaté per fidem firmam, & perfectam charitatem. Ideoque resurgens ex mortuis locum supremi cœli corpori suo glorioso debitum assumere quadraginta diebus distulit. Angelis in cęlo assistentibus visionem suæ humanitatis in proprio genere subtraxit, vt suam resurrectionem in multis argumentis suis discipulis nimium incredulis (vt Lucas Act. 1. loquitur) demonstraret. Propter quod etiam cicatrices vulnerum, quæ seruauit ex causis supra expressis, nedum videndas, sed & tangendas exhibuit, vt in eis fidem plantaret, & in futuris vsque ad finem mundi hominibus omne dubietatis vulnus amputaret sicut in homil. tangit Grego. Idcirco & illis, & nobis præsentem se fecit, illis in specie, nobis in fide, & quem illi viderunt facie oculo corporis, nos in litteris videremus scripturæ oculo mentis, & sic vtrique per fidem beatificaremur, sicut dominus ait, Quia vidisti me Thoma, credidisti, beati, qui nō viderunt, & crediderunt. Ea propter suo dictante spiritu ad fidei nostræ fundationem per testes veracissimos quantum satis visum est, scribi ordinauit secundum verbum thematis. Hęc scripta sunt, vt credatis. Pro gratia Aue.

Actiones Xpi ita post resurrectioné actæ, vt nobis pficerét.

Primò recitabitur euangelium literaliter additis quibusdam breuibus doctrinis. Circa primum dicit Io. Cum sero factum esset &c.

Euangelium illud, sicut gaudio redūdat dominicæ resurrectionis, ita similiter plenum est mysteriorum sacramentis, verum, quia omnium explanationem breuitas temporis non concedit, duas duntaxat hauriamus cæteris prętermissis doctrinas, vnam fidei, morum aliam. Doctrina fidei hæc est, Data potestate clauium dudum promissa Petro Matt. 16. & omnibus simul. Matt. 18. in his verbis, Quorum remiseritis peccata &c. discipulis, & eorum successoribus sacerdotibus, omnes peccatores cōsequenter obligantur ad suorū peccatorum (nisi impotentia excuset vocalem confessionem. Veritas ista est de mente Scoti, eam in suo 4. dist. 17. sic declarantis. Quicunque primam gratiam amisit, tenetur necessitate præcepti illius, Diliges dominum Deum tuum &c. agere, quod in se est ad eius recuperationem, & etiam virtute illius præcepti, diliges teipsum, inclusum in hoc verbo, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Sed cum peccatorem mortali peccato constat primam gratiam amisisse, & eam potest recuperare sacramēto pęnitentiæ ab illo arbitrio, cui dictū est, Quorū remiseritis peccata &c. tenetur se illi præsentare, vt absolutioné pcipiat pctōrū, & sic recipiat gratiā iā amissā. Quamuis aūt sacerdotib⁹ data est potestas remittēdi pctā, mi

Docenda fidei de potestate clauium.

nisterialis quidem & arbitrariè, quia principaliter solius Dei est, tamē quia non possunt arbitrari in causa sibi incognita, oportet ergo causam, in qua arbitrari debent, eis manifestari. Hæc autem manifestatio confessio est. Ergo ex collatione potestatis arbitrariæ sacerdotibus in causa peccati obligantur peccatores ad accusandū se eis tanquā arbitris, quod est confiteri. Simile aliquid est, si dominus nos obligasset ad corporalem sanitatem, mitteretq; medicos ab omni infirmitate curare potētes, dummodo infirmitas eis ostenderetur, Eo ipso, quod huiusmodi medicos mitteret, omnes infirmi tenerentur se eis potestare, ac ostēsa infirmitate sua, ab eis sanitatem recipere. Simile de serpente Æneo suspenso &c. Numer. 21. Nec excusat à confessione alia via recuperandi gratiā, quæ est per sufficientē contritionem de peccato, qua stante immediatè per seipsum, non ministerio sacerdotis, Deus & peccatum remittit, & gratiam infundit. Quoniam vbi est via facilior. i. magis in potestate hominis, & certior ad gratiam recipiendam, tenetur quilibet ad illam viam, ita quod non (omissa sic illa) attentat aliam difficiliorem, & incertiorem, qa tunc exponeret se periculo salutis suæ, & videretur esse proprię contemptor salutis. Sed via ista suscipiendi sacramentum pęnitentiæ est magis possibilis homini, & certior ad primā gratiā recuperandam, quia ad hanc requiritur, & sufficit non ponere obicem, secundum Scot. & secundū aliquos alios attritio aliqualis commissorum cum proposito non peccandi pro futuro. Sed longè certius potest se scire quis hęc habere, q̄ scire se habere attritionem sufficientē de congruo ad peccati remissionem sine penitentiæ sacramento. Ex quibus patet, quod in verbo præsentis euangelii, quorum remiseritis &c, institutū est pęnitentię sacramentum (& non vt quidā dicunt) in verbo Iacobi. Confitemini alterutrum peccata vestra &c. vt ibidem latè declarat Scotus.

Sed fortè moueri aliquis potest. quia daturus dn̄s hanc potestatē apostolis, prius dedit spiritusanctū, cū insufflauit & dixit, Accipite spiritū sanctū, & statim sequitur, quorū remiseritis &c. Vnde videtur, q̄ ista cōmissio non est facta nisi eis, qui h̄nt spiritūsanctū, & ita sacerdos in peccato existens soluere non pōt. Cui fauet exēplū, qm̄ ligatus vinculo aliū soluere nō potest. Ad quod dicendū, qđ absq; dubio hāc potestatē recipiunt & boni, & mali, neq;.n. in merito sacerdotis, sed passionis Christi fit remissio peccatorū. Et quid prohibet officialē alicuius domini maximis debitis inuolutum, ex commissione domini sui alium debitorē dn̄i pronunciare absolutū, quem non officialis principaliter, sed dominus à debito soluit, quāuis ipse officialis semper manet domino obligatus. Allegat ad hoc Magister autoritates multas Hieronymi, Augustini cui expressè concordat Grego. homil. 17. super euangelia. Vide, ibi si placet, Magister ait. Dat benedictionem deus dignè poscentibus etiam per dignum ministrum. Hieronymus super illud Mat. 16. Tibi dabo claues &c. Habent eandem iudiciariam potestatem, & alij apostoli, habet & omnis ecclesia in episcopis, & sacerdotibus. August. Nec voluntas sacerdotis obesse, vel prodesse potest, sed meritum benedictionem poscentis. Greg. quoque ait. Per nos quidem sacerdotes fideles ad sanctum baptisma veniunt, nostris precibus benedicuntur, & per impositionem nostrarum manuum à domino spiritumsanctum percipiunt, atque ipsi ad regnum cęlestę pertingunt, & ecce nos per negligentiam nostram deorsum tendim⁹. Ingredientur electi sacerdotum manibus expiati cęlestem patriam, & sacerdotes praui per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei similes dixerim sacerdotes malos, nisi aquæ baptismatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cæleste mittit, & ipsa in cloacas descendit? Hæc ille. Quid denique maius est, consecrare corpus Christi verum, baptizare & ita ministerialiter ab origina-

An potestas ligādi soluēdi prærequirat. S. S.

nali, & actuali pęna, & culpa diluere, an per ſacramentum pænitentiæ abſoluere pęnitentem à reatu culpæ actualis, non totius pœnę debitæ? Sed ad verè conſecrandum corpus Chriſti verum, & verè baptizandum non requiritur perſonalis ſanctitas ſacerdotis miniſterium exhibentis, ſicut apertè tradunt autoritates, quæ habentur diſtin. 6. & 13 quarti. Sufficiat hæc autoritas Grego. Heu inquit, quam magnum laqueum incidunt, qui diuina, & occulta myſteria plus ab aliis ſanctificata poſſe fieri credant, cum vnus, idemq; ſpiritus ſanctus in tota eccleſia inuiſibiliter ea myſteria, & operando ſanctificet, & ſanctificando benedicat.

Cur ſacramenta inſtituta.

Et niſi ſic, fruſtra dominus ſacramẽta inſtituiſſet. Cum enim principaliter propter ſalutem hominum inſtituit, vt ſacramento inſtituta viſibili viator in cognitionem, & deſyderium duceretur gratiæ inuiſibilis, quam huiuſmodi ſacramento quæreret, neceſſe fuit ſacramenta fore ſigna practica, & certa. Alioquin quis per iſta quæreret ſalutem maximè ſi in quærendo per huiuſmodi ſalutem difficile aliquid, & contra inclinationem omnium facere oporteret? ſicut in ſacramento pęnitentiæ reuelatio ſecretorum cordis contra ſe ipſum, vt vult Sco. in 4. quæſt. 3. diſtinct. 1. Sed incertiſſima eſſent ſigna ipſa ſacramenta, ſi requirerent ſanctitatis gratiam in miniſtro, quam nemo ſecundum ſententiam Salo. Ecc. 9. de ſeipſo certè cognoſcere poteſt. Neſcit hõ, an amore &c. multo minus de alio. Eſſent quoq; omnia confuſa in eccleſia Dei, nemo ſcire poſſet, ſi baptizatus, nemo ſi ſacerdos, nemo ſi confirmatus, nemo ſi à peccato abſolutus, ſcire dico veriſimili coniectura, quia omnino mihi incerta eſt vita miniſtrantis ſacramenta. Et quomodo puniretur ſine ſui culpa in his, quæ ſalutem reſpiciunt propter culpam alienã? Ita autẽ fieret ſi propter ſacerdotis peccatum maximè occultum, vel puer nõ baptizaretur, aut pœnitens non abſolueretur, aut accedens altare, euchariſtiã nõ ſumeret. Non enim (ait Abraã) perdet dominus iuſtum cum impio, fiatque iuſtus ſicut impius, Gen. 18. Ita nec ſubtrahet gratiam ſuam facienti, quod in ſe eſt propter peccata alterius, quibus ipſe nec conſentit, nec communicat. Quod ergo in omnibus ſacramentis æqua agit miniſter ordinatus ſiue bonus, ſiue malus, nec maius bon⁹, nec minus malus. vt ait Augu. Ratio ſupra tacta eſt, quam & ponit Tho. ſuper hoc textu Io. quia remiſſio peccatorum, vel collatio gratiæ non eſt opus proprium ſacerdotis ſua virtute innitens, ſed opus Dei principaliter agentis. Sacerdos autem non eſt, niſi ſicut inſtrumentum vel verius ſicut applicans exterius inſtrumentum. Sicut ergo dominus per ſeruum ſuum, & miniſtrum ſiue bonus ſit, ſiue malus, poteſt facere voluntatẽ ſuam ad aliqua exequendum. Ita & Deus per miniſtros, etiam ſi mali ſunt poteſt ſacramenta conferre, in quibus datur gratia. Cui conſonat Aug. di. Dictum eſt in Nume. ad Moyſen, & Aaron ſacerdotes, vos ponite nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego dominus benedicam eos, vt gratiã traditio per miniſterium ordinati transfundat hominibus. Nec voluntas ſacerdotis obeſſe, vel prodeſſe poteſt, ſed meritum benedictionẽ poſcẽtis. Et eſt ſimile de medico aliqua infirmitate laborante, qui nihil minus poteſt circa ſanandos infirmos, quibus ſecundum medicinæ artis præcepta medicinales ordinat confectiones, quam ſi ſaniſſimus foret, quoniam non in ſua virtute curat, ſed duntaxat curatiuam applicat medicinam. Commendatur demum per hoc Dei miſericordia, & benignitas ad noſtram procurandam ſalutem, qui propter miniſtri indignitatem non ſubtrahit nobis digniſſima gratiæ ſuæ dona. Manifeſtatur quoque deteſtabilis eorum ingratitudo, quia propter miniſtri indignitatem contemnunt dona Dei, nolentes per eos recipere, per quos dominus dignatur transfundere, quod in temporalibus recipiendis donis nemo eſt, qui faceret principi, aut amico ſeculari.

Sed tẽps eſt nunc ſoluere obiecta Vñ

ad id, quod obiicitur, quod dñs daturus potestatem ligandi, & soluendi præmisit, Accipite spiritumsanctum. dupliciter respondetur. Vno mõ, quia ad dignè recipiendũ hanc potestatẽ. & dignè exequendum necesse est habere spiritumsanctũ, nõ autẽ recipiẽdũ, vel exercendũ simpliciter. Accipiẽs nanq; ordinem sacerdotalẽ in mortali scienter, in quo datus potestas ligãdi, & soluendi, indignè suscipit, & tñ verè suscipit cæteris paribus. Sic sacerdos in mortali scienter ministrans sacrm̃ baptismatis, pœnitentiæ, vel aliud quodlibet indignè officium exequitur, grauiter peccat secũdũ S. Tho. Pet. de palu. & alios, nihilo minus verè baptizat, absoluit &c. Et ita debere intelligi illum textũ duplici signo ostenditur. Tũ, quia sequẽs clausula. s. quorũ remiseritis peccatam &c. nullo signo conditionali, aut nota cõsequentiæ dependet ad priorem. Non. n. dicit, Accipite spiritũsanctum, vt quorũ remiseritis peccata, remittãtur eis, vel, si accipitis spiritũsanctum tũc quorum &c. Sed est per se oratio perfecta, & indicatiua nullam habens dependentiam ad priorẽ, quã si priori coniungere oportet, ne maneat oratio in coniuncta, oportet subintelligere cõiunctionẽ copulatiuam, quõ totius scripturæ orationes perfectæ intelligũtur cõiunctæ, vt sit sensus, Accipite spiritumsanctum & quorum remiseritis peccata &c. Tũ ẽt, quia ista clausula, accipite spiritum sanctũm &c. æquè, vel magis dependet ad præcedentem. Sicut misit me pater, & ego mitto vos, sicut exponit Grego. in hom. Ait enim. Sciendum est, quod hi, qui prius spiritumsanctum habuerunt, vt & ipsi innocenter viuerent, & aliis in prædicatione quibusdam prodessent. Idcirco hunc post resurrectionẽ dñi patenter acceperũt, vt prodesse nõ paucis, sed pluribus possent, haud dubium, quin in prædicatione. Sed manifestum est, q̃ non habens spiritumsanctũ per vitæ innocentiã, potest verbum veritatis prædicare. Nam & dominus scribas, & pharisæos super cathedram Moysi sedentes audiri iussit tanquã prædicatores veritatis, sed non imitari eorũ vitã, qm̃ dicunt, & non faciunt. Mat. 23. Sicut igitur non requiritur sanctificatiua inhabitatio spiritussancti ad prædicandũ simpliciter, sed ad prædicandũ dignè, ita & dicendum de remissione peccatorum.

Quod si vtiq; (licet sine ratione) cõtendis debitum spiritussancti ad hoc vt recipiant simpliciter potestatem ligandi, & soluendi? Adhuc non sequitur, q̃d infers. Pro quo notandum, quod dupliciter datur alicui spiritussanct⁹. Vno modo ad propriã, & personalẽ sanctificationem, & ita non datur nisi cũ gratia gratũfaciente. s. charitate. Sic dicit apostolus ad Ro. 5. Charitas diffusa est in cordibus vestris per spiritumsanctum, qui datus est vobis. Et illo modo inhabitat omnes iustos, & solum tales, sicut idem apostolus ait 2. Cor. 13. An nõ cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est, nisi fortè reprobi estis? Et ad Roma. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Alio modo datur spiritussanctus alicui nõ tam ad sui ipsius quantũ ad vtilitatem ecclesiæ. Et sic datur in gratiis gratis datis, cuiusmodi sunt dona linguarum, miraculorum fidei, potestas consecrandi, generaliter sacramẽta ministrandi. De quo apostolus 1. Cor. 12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. s. ecclesiæ secundũ glo. Alii quidẽ per spiritum datur sermo sapientiæ, alii aũt sermo scientiæ, secundũ eundẽ spiritũ, alteri fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum in vno spiritu, alteri operatio virtutũ, alij genera linguarum, alii prophetia &c. Et sic datur ẽt quãdoq; peccatoribus. Nam Mat. 7. dicit dominus. Multi dicent mihi in illo die. Domine, domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Exemplum de Iuda, qui & ipse miracula operatus est, secundum Chry. Leonem, Rabanũ. Et hoc modo recipit spiritum

Dupliciter alicui datur spiritussanctus.

ritum

ritum sanctum scilicet in dono gratiæ gratis,& datæ, quisquis accipit potestatem ligandi, & soluendi,quoniam ipsa potestas donum esse spiritussancti gratis datum.Nec potest soluere,& ligare, nisi hoc modo habeat spiritum sanctũ, idest nisi habeat ligandi, & soluendi potestatem. De hoc Augu. Et allegat Magister distinctio.19.quarti. Dictum est de nequissimo Caipha inter cętera, hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit,per quod ostenditur spiritum gratiarum non personam sequi digni, vel indigni,sed ordinẽ traditionis, vt quãuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus vt officium ministerii exhibeat, Dei autem est effectum tribuere benedictionis. Hæc ille. Sic ergo dominum dedisse spiritumsanctum & sequẽs,& præcedens textus declarant,qui non gratiã gratum facientem, sed gratis datam .s. donum prædicandi, & ligandi,& soluẽdi exprimunt &c.

De simili,quod adducãt, quia ligat⁹ alium soluere non potest,multos inattẽtio in hoc simili decipit, volentes de spiritualibus loqui ꝑ similitudinẽ corporalium indistinctè. Et quidem in corporalibus non est vniuersaliter verum, ꝙ ligatus non potest alium soluere. Nam ligatus pedes potest alium soluere manibus non ligatis, & ligatus manus,potest alium soluere iussione. Sed verum est ligatus corporaliter secundum illud,quod ligatur, alium soluere non valet, & ita in proposito ligatus quantum ad potestatem clauium per excommunicationem, vel suspensionẽ soluere, & ligare non potest. Sed ligatus peccato proprio ab introitu regni, potest nihilominus suum officium ligandi, & soluendi circa alium vtiliter exercere. Præterea quantum ad exercitium potestatis ministrandi non ligatur nisi per modum præcepti, & hoc ecclesiæ, quo præcipitur ne ministret in peccato.Præcepta aũt nõ ligãt ita vt transgredi non possint, sed vt sine pctõ id ꝙ ꝓhibetur fieri, nõ possit.Sic enim populus ligatus ẽ diuino ꝑcepto ne fornicetur,ne furetur,quo ꝑcepto non obstãte plurimi,& fornicanť, & furanť.Et est simile si princeps mãdaret officiali, ne vinculatos solueret. Ille aũt trãsgrediens mandatũ principis solueret, peccaret quidem in principem,sed in veritate capti essent soluti.

Secunda doctrina morũ secundũ sanctũ Tho.sumitur ex altera euãgelii parte, qua dixit dominus Thomæ: Infer digitũ tuũ huc, & vide manus meas,& affer manus tuas,& mitte in latus meũ &c. Quæ talis est. Quicquid in nobis discretionis,quicquid opis, totũ in vulneribus Christi tanquam vicissitudinis cuiusdam gratitudinem impendamus, per digitos enim discretio, per manus significatur operatio. Discretionis quidem,vt omnia nostra consilia in ipso ꝑmaneant,vt Tobias filio suo ait.Tobiæ 4. Illum semper pro nobis passum ante oculos habeamus, & secundum hoc exemplar,quod in mõte Caluarię monstratum est,omnia nostra consilia dirigam⁹.Ad hoc hortatur Ber. in hæc verba.Habete illũ crucifixum dominũ semper,non retro in humeris, sed ante præ oculis,ne portantes, & non odorantes, & onus præmat,& odor non erigat Mementote quia accepit eum Symeon in vlnis suis. Maria gestauit in vtero, fouit in gremio. Sponsa sibi inter vbera collocauit, & ne quid prætermittam, factũ est verbum in manu Zachariæ ꝓphetæ,necnon & quorũdam aliorũ.Arbitror & Ioseph virũ Mariæ super genua illi arrisisse frequẽter.Hi omnes ante se habuerunt, & nullus retrò.Exemplo ergo sint vobis vt & vos similiter faciatis. Si .n.ante oculos habueritis, quẽ portatis,pro certo videntes angustias dñi,leuius vestras portabitis. Hæc ille.Operis verò vt libenter eius passionib⁹ cõicem⁹,sicut Petr⁹ hortať.Chrus inquit,passus est ꝓ nobis, vobis relinquens exẽplũ vt sequamini vestigia ei⁹. 1. Petr.2. Cõicabimus aũt passionibus Chri,etiãsi persecutor desit, dũ omnia opa nña,etiã illa,ꝙ ꝓ hui⁹ vitæ necessitate impẽdim⁹,in ipsũ ordinam⁹, sicut

Quicquid in nobis est discretionis totũ impendamus in vulneribus xpi.

apostolus hortatur ad Rom.14. Nemo nostrũ sibi viuit, nemo sibi moritur, si viuimus, domino viuimus, si morimur domino morimur. Et iterum, siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite 1.Co.10. quatenus ex sententia possimus dicere cum eodem Apostolo. Gal. 6. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Hæc facientes manus in latere, & digitos in clauorum figura iugiter retinemus. Et tantum de principali primo

DOMINICA QVASI modo geniti. Sermo I. in ordine. XXXIX.

Omnib⁹ obliqua action agẽtibus est necessaria meta, & regula certa.

VIDE manus meas Ioan. 20. In omnibus, quę in suis operibus à rectitudine declinare contingit, congruum est regulam aliquã adhibere, per cuius inspectionẽ, vel applicationem opus ipsum reguletur. Sicut sagittatores signum habentes magis adipiscuntur, quod oportet. i. metam vt dicit philosophus in prolo. Eth. Ita ædificatores variis vtuntur directoriis, & artifices singuli regula, gnomone circino &c. præter mentis ideam, qua totum opus præconcipiunt, etiam foris formulam aliquam attendunt, qua rectius in suo opere dirigantur. Quia autem in operibus moralibus multa accidit varietas, vt declarat philosophus vbi supra. Et multipliciter deuiare põt & intellectus, & appetitus, ille seductus sophismatibus, iste inclinatione mala, cui accedit suggestio diabolica, ac multiplex mundi circunstantis fallacia. Necesse est habere regulam, cui homo securè se conformare poterit in agendis. Nulla autem talis regula poterat nobis exhiberi, qualis sapientia patris incarnata, quæ enim creatura in omnibus imitari sine vlla ambiguitate securè posset, cum vt Iob ait etiam in angelis suis inuenit prauitatem? eiusdem.4 Et licet tota Christi vita (vt August. ait in lib. de vera religione) quam in terris gessit; morum fuerit disciplina, singulariter tamen quæ in passione sua benedicta gessit, perfectissimarum sunt exempla virtutum. Hinc super Io. idẽ ait. Lignũ, vbi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerat magistri docentis. Iõ. vt recta nostra sint opera, hortatur nos dominus ad dirigendum ea secundũ exẽplar hoc, quod nobis in monte Caluariæ monstratũ est dicens Thomę in persona cuiuslibet fidelis aspirãtis ad mansiones supernas. Vide manus meas. De quibus pro gratia Aue Ma.

Primò recitabitur euangelium cum breui expositione literali. Secundò doctrina adiicetur pro conseruanda vitæ nouitate.

Duæ apparitiões Christi resurgentis.

Euangelium duas continet dñi resurgẽtis apparitiones. Quarum prima facta est in ipsa die resurrectionis dominicę, dum venientibus duobus discipulis de Emaus in Hierusalem, inuenerunt illos vndecim, & eos, qui cum ipsis erant, dicentes, quod dominus verè resurrexit, & apparuit Simoni Petro, quibus & ipsi duo nunciauerunt ea, quæ in via, & in fractione panis contigerunt, sicut recitat Lucas 24. & tractatum est supra in materia de resurrectione. Sed fortè dicis. Qũo eadẽ potest esse apparitio illa, quam Io. describit cum ea, quã Lucas ponit, cum hic dicatur Thomã non interfuisse illi apparitioni domini, Lucas verò dicit, & discipulos inuenisse simul vndecim cõgregatos, quorum vnus vtiq; erat Thomas? Ad qđ dicitur secundũ Aug. in de consensu euangelistarũ, & etiã super Io. & Nico. de Ly. quod veniẽtibus duobus de Emaus adhuc Thomas erat cum aliis, audiens relationes hincinde & apostolorum, & duorum discipulorum, tamẽ nec istis, nec aliis credidit. Sed per aliquod spatiũ ab aliis discessit, quo absente facta est apparitio illa. Post quã iterum venit Thomas, cui dixerunt alii. Vidimus dominũ. Ipse verò incredulus non tantũ discredens apostolis, quantum rem credens impossibilem esse, vt dicit Chrys. ait. Nisi videro in manibus fixuram &c. Duplici

ſenſu certificari voluit, viſu,& tactu. Illi.n.ſunt ſenſus,qui minus poſſunt decipi. Viſus enim inter alios plures differentias demonſtrat, vt habetur 1. Met. Tactus verò in homine eſt certiſſimus, vt habet,3. de anima. Hæc tamen Thomæ abſentia facta eſt diuina ordinatione, vel permiſſione, vt ex ſua abſentia ſequeretur dubitatio, & in dubitatione obſtinatio,& per conſequens diligẽs inquiſitio,ad noſtram confirmacionẽ. De quo B.Greg.in ho.ait.Nunquid caſu geſtũ creditis,vt electus ille diſcipulus tũc deeſſet,poſt veniens audiret, audiẽs dubitaret,dubitãs palparet, & palpãs crederet?Non hoc caſu, ſed diuina diſpenſatione geſtum eſt.Egit nanq; miro modo ſuperna clementia, vt diſcipulus dubitans, dum in magiſtro ſuo vulnera palparet carnis,in nobis ſanaret vulnera infidelitatis. Plus enim nobis infidelitas Thomæ ad fidem,quam fides credentium diſcipulorum profuit,quia dũ ille ad fidẽ palpando reducitur, noſtra mens omni dubitatione poſtpoſita,in fide ſolidatur. Sic quippe diſcipulũ poſt reſurrectionem ſuam dubitare permiſit nec tamen in dubitatione deſeruit, ſicut ante natiuitatẽ ſuam habere Mariã ſponſum voluit, qui tñ ad eius nuptias non peruenit. Nã ita factus eſt diſcipulus dubitãs,& palpãs teſtis verè reſurrectionis, ſicut ſponſus matris fuerat cuſtos ĩtegerrimę virginitatis Hæc Gre.

An Thomas tetigerit vulnera Xpi

Altera apparitio facta eſt poſt octo dies præſente Thoma. Circa quam apud aliquos dubitatur, an Thomas tetigerit vulnera Chriſti.Sunt enim(vt recitat beatus Auguſt.ſuper Ioan.) quibus videtur non auſum fuiſſe diſcipulum tangere, cum ſe offerret ille tangendum, neque ſcriptum eſt, quod tetigit Thomas.Ait enim dominus, quia vidiſti me,credidiſti,non dicit,quia tetigiſti me. Sed oppoſitũ magis videtur de intentione Aug. Ait enim, videbat Thomas,tangebatq; hominẽ,& confitebatur Deũ,quẽ non videbat, neq; tangebat. Sed per hoc, quod videbat, atque tangebat, illud iã remota dubitatione credebat. Quia verò dñs dicit, quia vidiſti me, non quia tetigiſti, ideo factũ eſt, quoniã generalis quidẽ ſenſus eſt viſus. Nam & per alios quatuor ſenſus nominari ſolet, velut cum dicimus,audi,& vide,quã bene ſonet. Olfac,& vide,quã bene oleat.Guſta,& vide,quã bene ſapiat.Tange,& vide, quã bene caleat, vbique ſonat vide, vnde & hic ipſe dominus, Infer digitum tuum, & vide manus meas,quid aliud ait,quã tange,& vide?Hæc Aug. Cui ẽt concordat Nico.de Ly. allegãs illud Exo. 20. Cunctus populus videbat voces i.audiebat Beatus quoq; Leo ad idẽ ait. Sufficit ſibi ad fidem propriam vidiſſe, quod viderat,ſed nobis operatus vt tangeret, quem videret.Eiuſdem ſentẽtiæ eſt beatus Grego.vt patet ex ſupra allegatis, quibus etiam addit. Palpauit,& exclamauit,dñs meus,& Deus meus.Sanctus quoq; Tho.parte 3.q.54.art.4. in ſol.2. rationes dicit. Thomas non ſolum vidit,ſed etiam vulnera tetigit. Hęc ſententia itaq;, quæ dicit Thomã nõ ſolũ vidiſſe,ſed ẽt tetigiſſe magis euangelio, atque ſanctorum patrũ expoſitionibus concordat. In qua etiam relucet clarius miſericordia, & amor Chriſti, qui ne diſcipulus periret, ſeipſum non ſolum videndũ,ſed & palpandũ præbuit,quod & noſtræ fidei plurimum profecit. Niſi .n.palpaſſet,& ſimiliter cęteri diſcipuli niſi contrectaſſent manibus mẽbra ſaluatoris,qũo fuiſſent ſatis certificati dominum verè habuiſſe carnem,& oſſa,& ita corpus verum, ſicut & ipſe ait. Palpate,& videte,quoniã ſpiritus carnem, & oſſa nõ hẽt?Luc.vl.Et tãtũ de primo.

Quantum ad ſecundum articulum hanc elicimus doctrinã, ad proficiendũ in vita ſpirituali perutilẽ poſt eas,quæ de vitandis peccatorum occaſionibus, atq; vaniloquiis ſunt expreſſę. Ad firmandum greſſus noſtros in viam pacis, & ſalutis, ſuper omnia confert vulneratas domini manus,pedes, latuſq; aptum, interioribus iugiter oculis tanquam ſpeculum, & exemplar perfectiſſimum contemplari. Hortatur ad hoc ſcriptura vtriuſque teſtamenti, admonet verbum, & factum Chriſti. Deut.

Ad profectũ ſpiritualem proficit contemplatio paſſionis Chriſti.

28.inquit Moyses. Erit vita tua quasi pendens ante te. Glos.interli. Erit vita tua,idest Christus, qui est via,veritas, & vita, quasi pendens in cruce in conspectu tuo.Et Treno.3. Recordare inquit, paupertatis, & transgressionis meæ & absinthii, & fellis. Vnde Apostolus Paulus ad Hebræ. 12.cap.ait,per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctoré fidei, & consummatorem Iesum Christũ,qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta. Admonet ad idem saluator noster nedum verò dicens.Videre manus meas,& pedes sed efficacius facto. Luc. 24.

Ecce enim non satis visum est domino pro nobis in carne mortali acerbissima passione consummari, nisi etiam post victoriam, postquam omnia consummata sunt, nihil ex sua parte restabat in finem vsque omnia operaretur, quibus illata passio à nobis susciperetur,& sic nobis proficeret ad salutem,resurgens nanq; à mortuis, corpus glorificatum, ab omni defectu naturæ secundum exigentiam gloriæ alienum resumens ex speciali dispensatione seruauit manuum, pedum,ac lateris vulnera non solum vt in humanitate patrem interpellans pro nobis ostendens vulnerũ suorum cicatricibus, quantum pro humana salute laborauit ei perpetuò demonstraret, miroq; & ineffabili nobis ordine eum,qui nil vnquã potest obliuisci, qui semper misereri paratus est, absq; intermissione admoneat, quã cõgruè hominibus misereatur, quorũ particeps naturæ, doloris, & passionis,ipse Dei filius effectus sit, pro quibus ipse confligẽs mortis imperiũ moriendo ꝓstrauerit.vt dicit Beda super Lucã.Nec ideo solum, vt electi perpetua beatitudine suscepti videntes in dño, ac Deo suo signa passionis nunquã illi gratias agere desistant,ꝑ cuius morté se viuere cognoscunt,vt idem ait. Imò vt accidétale gaudium augmentetur, cognoscentes se tanti fuisse apud summum omniũ creatorem, pro quibus talia sustinere decreuerit.Sicq; fiat, qđ voce totius ecclesiæ cantat propheta in psal. Misericordias tuas domine in ęternũ cantabo Sed ideo maximè,quatenus eoipso erudiamur, quod sicut redéptionis nostræ signa in suo corpore redemptor indelebiliter impressit, vt descriptis nobis in manibus suis nulla vnquã obliuione deleremur,vt loquitur per Esaiam.49. Ita & nos passionis eius beneficia, doctrinas, & exempla sine vlla obliteratione cordibus nostris arctissimè infigamus. Propter quod etiam memoriale admirabile passionis suæ, summum,atque sacrosanctum eucharistiæ sacramentum instituit, atque in memoriã eius frequentari præcepit, vt sic semper in nobis mortis, ac vulnerum eius memoria,& fructus pariter innouetur. O ineffabilem diuinę pietatis misericordiam,quæ nunquam cessat, nostram operari saluté. Ecce delicta nostra portauit, ac sanguine proprio lauit, morte sua mortem vicit.Dato animę suæ precio,nos à seruitute,ac durissima captiuitate diabolica liberauit. Omnibus consummatis, tertia die resurrexit à mortuis ad gloriam, passionem quidé finiuit,sed non paternam sollicitudiné. Non delebitur nostra inscriptio in manibus,pedibus,& latere. Nobiscum denique manet in sacramentali specie,vt sic nos & sui semper memores concipiamus salutem q̃ cõtulit,atq;passionis suæ fructus sibi configurati vberrimè q uamur.

Et reuera nihil ita nobis accomodãdum est ad proficiendum in virtutibus vincendũ vitia, sicut passionis Christi memoria.Hinc Paulus 1.Cor.2.Non iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Christũ & hunc crucifixũ.Beatus quoque Bernar. ex iugi memoria passionis Christi se profecisse plurimũ profitetur Hinc super Can.ser.44.commendãsq; meditatione mortis Christi,& passionum eius,quibus nos perditos reparauit,dicit in eis sapientiam consistere,& scientiæ plenitudinem, perfectionem iustitiæ,diuitias salutis, & copias meritorũ. Et subdit. Hæc mea interim sublimior philosophia,scire Iesum, & hunc cruci

Nihil nobis ita adest proficiẽdum in virtutibus quã memoria passionis Christi.

fixum. Non requiro, vbi cubet, vbi pascat in meridie, sed eũ intueor saluatorem in cruce, quia licet illud sublimius istud tamen paratius, quia sensui propinquius.

Conside ratio lateris Xpi docet nos amare.

Videamus nunc diligentius domini latus, manus, & pedes, quid in eis reluceat, quis inde nobis deriuetur fructus, si forte dominus ad tactum aliquando admittere dignetur deuotè inspicientẽ. Si rectè cor domini per lateris aperturam conspicimus, quid aliud, quam amor saluatoris inauditus à seculo relucet. Cor enim amoris sedes dicitur, quoniam pro voluntate cor frequenter accipitur, in qua dilectio subiectatur. Dũ ergo cor nostri creatoris pro nobis vulneratum inspicimus, dilectionem eius inestabilem contemplemur. Si quidem sola, & maxima fuit charitas, quæ dominum ad redimẽdum hominẽ, & taliter redimendũ trahere potuit. Poterat eñ dominus (vt Aug. ait. 13. de trinita.) aliter redimere hominem, cuius potestati cuncta subiacent æqualiter, immo sola voluntate, sicut dicit Leo in ser de ramis palmarum. Omnipotentia inquit filii Dei, quę propter eandem essentiam est ęqualis patri, potuisset liberare hominem solo Imperio voluntatis. Sed ita redimere voluit, vt quanta nos charitate diligeret, demonstraret. De quo Hugo in de arra animę ait. Vt ostenderet, quantum te diligeret, non nisi moriendo à morte te liberare voluit, vt non vt tantum pietatis impenderet beneficium, verum etiam charitatis monstraret affectum. Et Gregor. 20. moralis.

Cum posset nobis dominus non moriendo succurrere, voluit hominibus moriendo subuenire, quia nos minus amasset, nec vim suæ dilectionis nobis ostenderet, nisi hoc, idest mortem, quod à nobis tolleret, ipse ad tempus sustineret. Nunc autem moriendo pro nobis, summam nobis charitatem ostendit, ipso teste Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Hinc Apostolus ad Eph. 2. Deus (inquit) qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, cum mortui essemus peccatis, conuiuificauit nos in Christo. Et verè nimia fuit hæc charitas, & omnino excellentissima. Magna est charitas, si inferior pro superiore, aut ꝑ domino seruus moreretur. Maior si par pro pari, amicus pro amico tanta patitur. Sed inęstimabilis est, & super omne, quod cogitari potest quod creator pro creatura, rex regum pro vilissimo seruo, ditissimus pro pauperrimo, amicus pro inimico, & postremo Deus, & dominus pro misero homine, & damnato, morte turpissima, & acerbissima consummatur. Quo fructu? Vt certè dura nostra corda emolliret, & insensibiles affectus compungeret, vt dicit Hugo in de Lau. chari. Tantus enim amoris ignis attentè cogitatus sufficit omnem cordis nostri gelidum tẽporem repellere, & ad redamandum fortiter accendere. De quo August. in de chatechizandis rudibus ait. Quę maior causa est aduentus domini, nisi vt ostenderet Deus dilectionem suam in nobis commendans eam vehementer, quia cum adhuc inimici essemus, Christus pro omnibus mortuus est. Hoc autem ideo, quia finis præcepti, & plenitudo legis dilectio est. Vt ergo ipsum Deum, qui prior dilexit nos, & filio suo vnico non pepercit, sed pro nobis tradidit eum, si amare pigebat, saltem redamare non pigeat. Nulla enim est maior ad amorem inuitatio, quam præuenire amando, & nimis durus est animus, qui dilectionem, etsi nolit impendere, nolit & rependere.

Hæc August. Et beatus Bernardus serm vigesimo super Can. Super omnia inquit, reddit te mihi amabilem bone Iesu, calix, quem bibisti, opus nostræ redemptionis. Hoc enim omnino nostrum amorem sibi vendicat totum, hoc nostram deuotionem, & Blandius allicit, & iustius exigit, & ardentius stringit & vehementius afficit Hęc Bern. Reuera durissimus est (si tamen est) qui amorosissimum domini sui cor vulneratum respicere possit per lateris aperturã, & nõ totus in amore liquescere.

ſcere. Et certè ſummè neceſſarius ē nobis amor iſte, ſine quo nec ipſa mors domini, nec opus quodcunq; proficere nobis poterit ad ſalutem, dicēte Greg. Hom.27. Neq; aliquid viriditatis habet ramus boni operis, ſi non manet in radice charitatis.

Conſideratio manuū Xp̄i docet nos labores libenter ſuſcipere.

Si denique manus domini cautius intuemur, duriſſimus labor reſplendet, à domino pro nobis impenſus. Solent manus laborioſa opera exercentium callis abduci aut tumoribus inflari, ſed non vulneribus. Manus autem domini in argumentum duriſſimorum laborum non ſolum vulneratæ, ſed penitus perforatæ ſunt, & ad laboris continuationem clauis ferreis confixæ. Vnde & nos in laboribus ne fatigemur, plurimum conſolamur. Multum etenim miles animari debet quando regem ſuum videt fortiter dimicantem, maximè ſi rex non pro ſua, ſed pro ſalute militis dimicarit. Et ecce nos peccauimus, ipſe autem pro nobis laborauit ſuſtinens Nām peccata noſtra ipſe portauit in corpore ſuo ſuper lignum. 1.Pe.2. Hinc clamat Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. An modica putatur refectio laboratori videre dominum ſuum pro ſe totum laboris pondus ferētem, vt ipſe modico, ac leuiſſimo conatu, quod reliquum eſt, expleat, verius domini ſui labores introeat? Verificatum eſt prouerbium Ioannis 4. ſcriptum de domino ipſo, & nobis. Alius eſt, qui ſeminat, & alius eſt qui metit, alius, laborauit, & vos in labores eius introiſtis. Dominus enim ſuis laboribus arduiſſimis vitam æternam nobis ſeminauit, nobis beatitudinem, non ſibi meruit, vt nos iam elaboratum metamus. Quis ergo non delectabiliter laboret pro ſeipſo, vt recipiat, dum intuetur manus domini ſibi tantum laboraſſe, vt paratum inueniat homo, quod vtique ſuis propriis laboribus, etiam quotieſcunq; omnino acquirere non valeret.

Si demum pedes conſpicimus, relucet abdicatio omnis illecebroſæ voluptatis, carnaliumq; deſyderiorū. Nam qui pedes fixit in pena ad delectabilia non mouetur. Solent autem pedes mentis affectiones deſignare quibus portatur anim⁹ quaſi per pedes corpus, quos lauare oportet qui edere vult de carnibus agni. Propter quod diſcipulorum pedes in cęna magna dominus ipſe lauit. Dum ergo transfoſſos domini pedes aſpicimus, quid aliud, quam mētis affect⁹ à tranſitoriis gaudiis abſtractos ac confectos doloribus intuemur? Sed pro quo doluit dominus? Non vtique p̄ ſe, qui nihil habuit vnde doleret, ſed p̄ noſtris peccatis, vt tangit Ambroſius ſuper Luc. Vide in paſſione P. Vnde & nos inſtruimur, ſconfortamur ſimul, & conſolamur. Inſtruimur quidem ne in hac vita gaudiis vanis, & tranſitoriis, laxemur, ſicut ſcriptum eſt. Adoleſcentia, & voluptas vana ſunt. Sed magis ad domum luctus properemus, vbi affectationū pedes vtiliter laxantur. Hinc dicitur Eccle. 7. Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum cōuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens homo cogitat, quid futurum ſit. Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur anima delinquentis. Cor ſapientis vbi triſtitia, & cor ſtultorū, vbi letitia &c. Ibidem. Confortamur quoq; ſi quotiēs à carne titillamur, aut ad vanas mundi oblectationes inuitamur, choreas, laſciuias, crapulas, conuenticula, praua ſpectacula, & huiuſcemodi, ſentimuſq; pedes mentis noſtros paratos ad iter, intuemur confixos pro nobis domini noſtri pedes. Sic enim eius contemplatio ne facilius pedes noſtros figimus in cruce dicentes domino. Perfice in ſemitis tuis greſſus meos, & non moueantur veſtigia mea pſal.16. Conſolamur deniq; dum tribulationibus variis moleſtamur, ſollicitamurq; ad declinandum illas etiam cum Dei offenſa. Si tunc in memoriam veniunt dominici pedes p̄ nobis in penam crucis conſtantiſſimè fixi, quorum contemplatione ad patiētiam, & conſtantiam animamur, dicimuſq; nobis. Statuit ſupra petram pedes meos Petra Chriſtus eſt, ait Paul⁹ 1.Cor.

Conſideratio pedū Xp̄i docet nos illecebras carnis à nobis abdicare

1. Cor. 10. Supra quam pedes nostros statuit quādo nos sibi per passiones huius temporis configurat. Fœlix per omnia, cuius intinguntur pedes in sanguine pedum domini. Videns semper ingressus Dei sui, regis sui, qui est in sancto, videbit tandem fœlicius in plenitudine gaudiorum, coniunctus principb⁹ psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum, eosdem pedes non iā fluentes sanguine, sed super solem, & astra in gloria rutilantes. Quo nos introducat ab omni defectu liberatos ipse dominus noster Iesus Christus cum patre, & spirituisancto in secula benedictus. Amen.

DOMINICA MISERIcordia domini. Sermo I. in ordine. XL.

De boni pastoris forma.

BONVS pastor animam suam ponit pro ouibus suis Ioan. 10.

Piissimus pastor dominus noster Iesus Christus oues quas lupus rapax ab initio disperserat, quas etiam hi qui per ostium, quod ipse est, non intrarunt, seduxerant, vt requireret, ipse venire dignatus est. Fecit plene quod per Ezechielem promiserat, dicens. Ego ipse requiram oues meas, & visitabo illas sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. Eiusdem. 34. Venit inquā per mysterium incarnationis, quæsiuit per doctrinam veritatis, ac laborē sanctissimæ conuersationis, & vt reduceret animam suam posuit, vt deniq; perfectè saluaret, quam posuit animam, resūpsit. Posuit moriendo, resumpsit resurgendo: Sicut enim nasci nihil profuisset, nisi mori dignatus fuisset, ita nec mori nobis satis fuisset, nisi & resurrexisset. Moriendo siquidem mortem destruxit, resurgendo autem vitam reparauit. Hinc apostolus 1. Cor. 15. ait. Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra inanis est & fides nostra. Verumtamen quia resumere animam non est datum nisi illi, qui imperium habet mortis, & vitæ, pastoribus quoq; bonis formam, cui imprimantur in præsenti euangelio ostendit, vt vult Greg. Ideò de resumptione animæ obticuit, cū boni pastoris exemplar, quod imitentur, demonstrauit. Hoc quoq; cęteris sufficere docuit pastoribus, si pro ouibus suis animam suam parati sint ponere, cum dixit discipulis. Bonus pastor animā suam ponit pro ouibus suis. Pro gratia Aue Ma. Primò euangelium recitabitur. Secundò ex eo exhortatio quædam, & pastorum, & populi elicietur. Quantum ad primum ait dominus. Ego sum pastor bonus &c.

Quo ad secundum, in euangelio isto & pericula pastorum, & eruditionem ouium domin⁹ complectitur. Nam quomodo pastores à mercenariis, quomodo etiā oues propriæ ab alienis non vtiq; ouibus, sed hædis, sed lupis discernantur ostendit. Secundū alii reseruabo tēpori. De primò modicum nunc audiamus. Verum cum pastores auditis, vos ipsos consyderate. Nam omnes vos pastores estis, curam suscepistis, etsi non plurium populorum, tamen suorum domesticorum. An non apostolus ait: Si quis suorum maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior 1. Tim. 5. Mandauit vnicuiq; dominus de proximo suo. Eccle. 17. saltem animam suam quilibet à domino pascendam suscipit, vt dicitur Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui &cet. Nec ideò non pastor est, quia paucorum, aut vnius tantum curam gerit, certè pro hoc vno commisso oue seipso scilicet ratio exigetur tantò districtior, quanto minus in aliorum cura occupatur, sicut de monacho, qui dum sui ipsius tantum custos est, si se neglexerit, quantum ad hoc districtius iudicabitur, quam si etiam aliorum curam in hoc seculo habuisset. Non enim potest humana infirmitas æqua diligētia multis sicut paucis intendere. Nominatur itaq; in euangelio pastor, nominatur, & mercenarius, pastor in bono, mercenarius in malo, vt vult Aug. super Io. homil.

homil.46. Caueamus esse mercenarii, simus pastores, vtrunq; autem discernamus. Omnia (inquit apostolus) probate, quod bonum est tenete. 1. Thes. 5. Intelligamus prius, quod malum est. i. mercenarium vt vitem⁹. Deinde agnoscamus bonum, quod tenere studeamus siquidem primum est declinare à malo, & sic facere bonum, vt vult regius propheta.

Mercenarium inquiramus ex rebus nobis notis. Scimus autem in rebus humanis, quantum à filio distat mercenarius. Laborat filius in negociis patris, in eisdem laborat, & mercenarius, sed mercenarius non domini sui vtilitatem, magis mercedē cogitat, non amore dominij, sed spe lucri laborat. Non sic filius, hic nēpe quæ patris sunt diligit, non mercedem, sed patris, quem amat honorem desyderat. Ideoq; ille diurno accepto denario, vt alienus à patre relinquitur, iste verò non conducti tia mercede præmiatur, sed in hæreditatem paternam semper possidendam mittitur vt dominus, atq; hæres. Non aliter in proposito. Sunt nanq; in ecclesia Dei præpositi quidā, de quibus Paulus ad Phil. 2. ait, quæ sua sunt, quærūt non quæ sunt Christi Iesu. Quod exponens Aug. vbi supra ait: Quid est, sua querentes, non quæ Iesu Christi? Gratias diligentes, nō Deum propter Deū quærentes, temporalia commoda consecrantes, lucris in hiantes, honores ab hominibus appetentes. Hęc quādo amātur à præposito, & propter hoc seruit Deo, quisquis talis est, mercenarius ē inter filios se non computet. De talib⁹ enim dicit dominus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Matth. 6. Et Greg. in homil. Non pastor, sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oues dominicas, sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius ē, qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non quærit, terrenis commodis inhiat, honore pręlationis gaudet temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reuerentia lætatur. Iste sunt enim mercedes mercenarij, vt pro eo ipso q̃ in regimine laborat, hic quod quęrit, inueniat, & ab hæreditate gregis in posterum alienus existat. Auertat à me peccatore misericors Deus, ne & ego laboris quantulicunq; mercedem cum mercenariis hic recipiam, ab hæreditate ouium excludēdus. Ecce dilectissimi hi qui in assumpto pastorali onere laborant, prædicando, monendo, exempla bona foris præferendo, ita vt etiam à subditis diligantur, & laudentur, si tamen temporalia laudes, vel lucra quærunt, non pastores sed mercennarii sunt, nec cum ouibus regnaturi, sed velut alieni excludendi, vt sanctorū probauit autoritas: Quis pastorum tutus erit? Quis enim (vt de ceteris taceam) magna moliens à superba præsumptione non impugnatur? Quis deniq; etsi honores non desyderet, dum tamē offeruntur, respuit? Quis acceptis muneribus non delectatur? Horrent reuera pili mei, contremiscūt & viscera, dum hæc vel audio, vel mente pertracto. Si autem qui bene pastorale officium intrant, & tamen his vincūtur, atq; in eis finem constituunt cum laborant, mercenarrij sunt. Qui quæso, vocabuntur, qui omnino nec laborāt sed seipsos violēter, simoniacè aut fraudulenter cathedris intrudunt, lac, & lanam, & quicquid crassum est diripiūt, gregem autem non pascunt, sicut dominus conqueritur Ezech. 34. & quod omnibus peius est suis prauis exemplis disperdunt & lacerant. Si ego eos nominarem, quales dominus eos vocat, profectò mihi indignarentur, criminatorē me proclamarent. Sed quid ait dominus? Qui inquit, non intrat per ostiū in ouile ouium, fur est, & latro. Lupus deniq; est, qui rapit, & dispergit oues. Ostium Christus est, ipso dicente. Ego sum ostium ouium. Omnes ergo, qui non intrant per Christum, qui non legitimam suam vocationem expectāt, sed seipsos contra iustitiam ingerunt, qui non vt Christo lucrum afferant, sed vt carnis operibus inseruiant vt otio vacent, vt dominentur ceteris &c. ad p̄sidentiam intrant, hi fures, & latrones sunt.

Differentia pastoris, & mercenarii.

sunt His ait per Oseam: Ipsi regnauerunt,& non ex me, principes extiterũt, & non cognoui. Et vbi thema ait dominus: Ego sum ostium ouium, omnes quotquot venerunt, fures sunt,& latrones. Quotquot venerunt, intelligendũ est secundum August. præter me. Præter illum vtique veniunt, qui non illũ, sed sua lucra quæsituri veniunt, præter illum veniunt, qui non ab illo vocati, sed intrusi præsident contra illius prohibitionem, qui per apostolum suum dicit: Nemo sibi assumat honorem, sed qui à Deo vocatur vt Aaron: Hebr. 5. Qua propter charissimi si nomen latronis, furis, ac lupi horretis (sicut horrere debetis) horum cauete opera, quoniam à fructu suo arbor queque nomen habet.

Qui sint mercenarii & q̃ illorum merces. Sed hos relinquamus, ad mercenarios paulisper redeamus. Hi sunt vt dictum est, qui propter temporalia lucra oues pascunt. Nec tamen ideò putet qs pastores non esse, qui temporalibus bonis à subditis collatis vtuntur. Quoniã dominus ipse discipulis suis ait Lu. 10. Dignus est mercenarius mercede sua, in bono accipit mercenarium, non quo modo hic in malo. Nam & filius patri laborans, ab eo pascitur, & vestitur, nec ideò minus paterna hæreditate potitur. Quis (ait apostolus) militat suis stipendiis vnquam? Quis plantat vineã & de fructibus eius non edet? Quis pascit gregem,& de lacte eius non manducat? & cętera multa, quæ idem ex scriptura clarissimè deducit 1. Cor. 9. concludens: Nescitis q̃ qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, qui altario deseruiunt, de altario participant. Ita & dominus ordinauit his, qui euangelium annunciant, de euangelio viuere. Hęc Paulus Pulchrè etiam de hoc loquitur Aug. lib. 1. de pastoribus bo.c. Aliud .n. est, & valde diuersũ pro vitæ sustentatione à subditis recepta, euangelio, immo per euangelium Christo deseruire,& aliud Christi seruitutem, ac euãgeliũ in quæstũ ordinare. Aliud deniq; est principalẽ oculũ habere ad lucrum temporale,& aliud principaliter ad lucrum animarum, minus principaliter autem, & secundariò ad temporalem sustentationem. Aliud perinde est accipere temporale pro spirituali tanquam precium adæquatum, & aliud recipere temporale tanquã sustentationem ministro spirituali debitam. Prima sunt mercenariorum. Secũda verò pastorum.

Quo tẽpore dignoscat mercenarius, & pastor. Quia ergo intentio nobis occulta ẽ nec iudicanda, frequenter inter pastorẽ & mercenarium discernere nõ valem⁹, maxime si occasio necessitatis deest, vt dicit Grego. Tranquillitatis enim tpe plerumq; ad gregis custodiam sicut verus pastor, sic & mercenarius constat. Verum in tempore aduersitatis lupi .s. aduenientis dominus nobis signa prodidit, quibus vterq; noscitur. Tunc.n. pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis, non fugit, sed oues propter Christum diligit, dicens cum apostolo 2. Cor. 7. ex sententia de ouibus In cordibus nostris estis ad commoriendum, & conuiuẽdum. Et iterum: Non subterfugi quo minus annunciarem vobis omne consilium Dei. Actu. 20. Mercenarius autem videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit. Lupus ille, qui veniens oues rapit, & dispergit, diabolus est, qui sine cessatione non corpora, sed mentes laniat, secundum Greg. cum .s. alium ad luxuriã pertrahit, aliũ in auaritiam accendit, alium in superbiam erigit, aliũ per iracundiã diuidit, alium inuidia stimulat, illum fallacia supplantat. Et ita fidelem populum varias per tentationes necat. Hæc videns mercenarius qui sua quærit, nõ quæ Iesu Christi, fugit dum peccantem liberè non audet arguere. Fugit, quia iniustitiam vidit,& tacuit. Fugit (ait Augu.) quia tacuit, quia timuit. Fuga etenim animi timor est. Quisquis ergo timet, ne is, qui pro peccato arguendus est, inimicus fiat, insidietur, noceat cum potuerit, & ita ne perdat, quod sectatur humanæ amicitiæ commoditatem, & inimicitiarum humanarum incurrat molestiam, tacet non corripit, lupus guttur apprehendit, dum diabolus in pec-

catum trahit, hic autē tacet, non increpat, mercenarius est, lupū venientem videt, & fugit. Et quare fugit? quia non est ei cura de ouibus, quia mercenarius est. Quid est, mercenarius est? temporalem mercedem quærit, & in æternū in domo non habitat. Hæc August. & Greg. Sola causa est vt mercenarius fugiat, quia mercenarius est, acsi apertè diceretur: Stare in periculo ouium nō potest, quia in eo ꝙ ouibus præest, non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis lætatur, opponere se contra periculum trepidat ne hoc quod diligit amittat. Et hoc est quod dominus mercenarijs improperat per Ezec. 13. cap. di. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domini. Ex aduerso ascendere est quibuslibet potestatibus prauè agentibus rationis libera voce cōtraire. Et in die domini pro domo Israel stare, ac murū opponere, est fideles innocentes contra peruersorum iniustitiam ex iustitiæ autoritate vindicare. Ecce quam necessarium est pastori, ac prædicatori contra populi, ac maximè potentū peccata clamare, ac lupum dispergentem non fugere, si nomen mercenarii maluerint effugere. Videant deniq; qui pastorum tenent officia, præbendas recipiunt, & emolumenta, quomodo districto iudicio respondebunt, qui nedum mente timida fugiunt, sed & loco, & corpore lōgè à commissis ouibus ab sunt, nullā ꝑ eis curam sollicitudinis habent, animæ pereunt, & ipsi de terrenis commodis lætantur. Veniet hora, in qua optabunt se nō fuisse pastores hominum, sed magis comedisse siliquas porcorum, quod vtinam nunc attenderent, & nouissima prouiderent.

Ecce hæc, quæ de pastoribus mercenariisque dicta sunt, omnes vos respiciunt. Mercenarii estis quotiens domino pro temporalibus bonis, honoribus voluptatibus, aut diuitiis deseruitis, desyderantes hic in terris omni volupte affluere, nihil de æternis curantes,

Pastor debet vo careoues & oues sequi fra storem.

de quibus in psal. 48. dicitur: Anima ipsius in vita ipsius benedicetur: Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Quæ ꝑ tractans beatus Greg. 8. moral. ait. Arrogantes viri tunc laudant diuinæ iustitiæ rectitudinem, cum se ad gaudiū incolumitatis subleuant, & alios flagella castigant, cum se respiciunt rerum ꝑsperitate perfrui, alios aduersitate fatigari. Adueniente verò lupo fugitis, dū instante tentatione, ne temporalia perdatis iustitiam fugitis, dum ne homo offendatur, offenditur Deus, dū ne carnem conturbetis, polluitis animā peccatis. Hinc vbi supra ait Greg. Si arrogantium vitam quamlibet breuiter vis diuinæ correctionis attigerit, pulsati protinus consilium diuini examinis increpant, quod paulò ante incolumes admirando præferebant, iustum esse iudicium, quod suis moribus aduersatur negant, de diuina æquitate disputant, ad resultationis verba prosiliunt, & correcti quia deliquerunt, grauius delinquunt. Rectè ergo per psalmistam contra peccatoris confessionem dicitur: Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Despecta quippe vox confessionis est, quam format iucunditas prosperitatis Sola autem confessio habet magni meritum ponderis, quam à veritate rectitudinis nequaquam separat vis doloris. Hæc Greg. Veri itaq; pastores eritis, si viso lupo in aduersitatis tentatione statis, si animam vestram ponitis in præsenti perdendam pro ea ipsa in perpetuum inuenienda, sicut dominus ait. Ioan. 12. Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Odit animā suam in hoc mundo, qui à mundanis, ac illecebrosis desyderiis se se retrahit, carnalesq; concupiscentias ne prosequatur, prohibet. Non enim caro, sed in carne anima cōcupiscit, vt vult magister lib. 3. dist. 17. Hanc ergo carnaliter, sed meritoriè odimus, dum ne concupiscat, & ne carnalia prosequatur consentiēdo, resistim⁹. Odit deniq; animam suam, qui si de duobus alterum cogitur eligere, aut facere

cere contra Dei præceptam, aut migrare ex hoc seculo, eligit Deo dilecto mori, quam offenso viuere. Qui sic odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam, hic animam suā pro seipso ponit, & pastoris veri hęreditatem accipiet in futuro.

Mercenarii licet reprobi, non sunt à populis spernendi.

Aliam quoque hic pro populo elicimus doctrinam, vt scilicet mercenarii quamuis quo ad seipsos sint reprobi, non tamē ideò à populo spernēdi, quia populo vtiles sunt, & necessarij. Hæc doctrina sententialiter est beati Augustini vbi supra, ait enim: Mercenarius & culpabilis est, & necessarius, quia in aliquo vtilis est, nec mercenarius diceretur, nisi acciperet à conducente mercedem scilicet pro laboribus. Sed quomodo necessarii sunt, infra, ostendit dicēs: Audite quia necessarii sunt. Multi quidem in ecclesia commoda terrena sectātes, Christum tamen prædicant, & per eos vox Christi auditur, & sequuntur oues non mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium. Audite mercenarios ab ipso domino demōstratos. Scribæ (inquit Matth. 23.) & pharisæi super cathedram Moysi sedent, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Quid aliud dixit, nisi per mercenarios vocem pastoris audite? Sedendo in cathedra Moysi legem Dei docēt: ergo per illos Deus docet. Sua verò illi si velint docere, audire nolite, nolite facere.

Tales licet sua quærant, non quæ Iesu Christi, nullus tamen ausus est dicere populo Christi: Tua quęre, non quę Iesu Christi. Quod enim malè fecit, non prædicat de cathedra Christi. Botrum ergo carpe, spinam caue. Botrum non de spina exortum. Nunquid (ait dominus) colligunt de spinis viuas? Matthei 7. sed de radice vitis spinis incubantis genitum. Sicut enim aliquando palmes crescit, inseritur spinis, & portat fructum spina, non suum. Cathedra ergo Moysi vitis erat, pharisæorū mores spinæ. Doctrina verò per malos, palmes in sæpe. Botrum ergo inter spinas cautè lege, ne dum quæras fructum laceres manum. Et cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. Quæ dicunt, facite, eligite vuas. Quæ autem faciunt, facere nolite, cauete spinas. Etiam per mercenarios vocem pastoris audite, sed nolite esse mercenarii cum sitis membra pastoris. Gaudet deniq; apostolus, quia Christus prædicatur, quia gloria Dei diffamatur, siue per occasionem à mercenariis, siue per charitatem à filiis, ad Phil. 7. Hæc Augu. Ista adduxi non vt mercenarios excusem, sed vt vos informem, quoniam noui multos vestrum, & magis eos, qui cęteris religiosiores videri volunt, frequēter oculum habere nequam, plus ad defectus morum in prædicantibus, quam doctrinæ veritatem dicentes, lumina p̄dicantium non lucent, opere, quæ dicunt, non comprobant, quid ergo acturi sumus? Sed attendite, quæso, quia omnis prædicans operatur humana, quia ex libertate voluntatis, non autem prædicat nisi diuina, quæ docent scripturæ Si plus in suis operibus, quam in Christi doctrina confiditis, nūquid iam maledicti estis? quia maledictus homo, qui confidit in homine: ait Hierem. 17. Nūquid lumine caretis si obtenebrato lumine humanæ actionis lucet lumen veritatis diuinæ? Quod est maius lumen hominis an lumen Dei? Cui magis credendum? homini an Deo? Cauete ne de illorum numero inueniamini, de quib⁹ Grego. vt allegat magister distinct. 19. quarti, ait: Multi, dum plus viam sacerdotum, quam suam discutiunt, in erroris foueam dilabuntur, minus consyderantes q̄ non eos vita sacerdotum læderet, si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent. Hæc ibi. Nolite ergo causari vos derelictos, dum etiam per mercenarios pascit vos Deus, qui solus est pastor bon⁹ cuius vocem vbicunq; auditis imitamini, quatenus per eum introduci mereamini ad pascua sempiterna, ipso præstante, qui cum patre, & spiritu sancto viuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

DOMI-

DOMINICA MISERICORDIA domini. Sermo II. in ordine. XLI.

EGO sum pastor bonus. Ioan. decimo

Licet dominus multos nobis dederit salutis ministros tamen se pastorem optimum cōstituit.

In omnibus nobis abundè misericordiam suam & bonitatem ostendit domin⁹, sicut in diuersis psal. ait propheta: Misericordia eius præueniet me: & misericordia quoq; tua ante oculos meos, misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Sed & post hanc vitam quid? Qui coronat me inquit, in misericordia, & miserationibus. Cum enim nō essemus, nos creauit, cum malè essemus reparauit, dum reparati sumus, ne deficiamus, pascit, & defendit, & consummatos tandem beatificè coronabit. Cuius si causam q̄rimus, non nisi bonitatem Dei diligentis nos misericorditer inuenimus. Nam quo ad opus creationis ait Magister stist. 1. secundi. Credamus rerum creatarum cęlestium, vel terrestrium, visibilium, vel inuisibilium causam non esse, nisi bonitatem creatoris. Hinc Aug. 1. de doctrina christiana: Quia inquit, bonus est Deus, nos sumus. Boe. lib. 3. de conso. Quem non externæ pepulerunt fingere causæ &c. Quo ad opus reparationis ait Ber. serm. 2. de Penteco. Verbum Dei in sublimi constitutum, vt ad nos descenderet, propria benignitas inuitauit, misericordia traxit, charitas verbis, & miraculis manifestauit. Ob hoc enim (vt ait Isido. lib. de summo bo. ca. 14.) venit medicus dum essemus infirmi, patefecit vuln⁹, composuit semetipsum, & de sua morte nobis medicinam aptauit, vt non esset tantum ostensor vulneris, sed sanator. Verum quid prodest medicinam composuisse, nisi sit, qui eam vulneri applicet? Aut quid prodest sanatum esse, nisi sit, qui à vulnerantibus defendat, & in acquisita sanitate foueat, & conseruet? Ad quod opus licet multos nobis ordinauerit, ministerium circa nos agentes, sicut dicit apostolus: Sic nos existimet homo sicut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum eius 1. Cor. 4. Non tamen sua circa nos cessauit sollicitudo. Sed sicut olim promisit patribus dicentes: Egoipse requiram oues meas, & visitabo illas, sicut visitat pastor gregem suū. Ego pascam oues meas. Quod perierat requiram, quod abiectum erat, reducā, quod fractum fuerat, alligabo, quod infirmium erat, consolidabo, & quod pingue, & forte, custodiam. Ezech. 24. Ita nobis impleuit optimus dominus dicens: Ego sum pastor bonus. Aue Maria. Primo recitabitur euangelium. Secundò elicietur ex eodem documentum.

Euangelium: Ego sum pastor bonus &c. In hoc euangelio tam gregis dominici pastores, quam propriæ pastorum oues, & designantur, & erudiuntur. Discernit etenim dominus inter pastoré, mercenarium, atq; lupum, singulorum describit proprietates, formam quoque edidit, quam imitentur pastores. Sed & oues proprias distinguit ab alienis, nō vtiq; ouibus, sed hedis. De quibus quoniam priori sermone circa hoc ipsum euangelium plura locutum me recolo, ideò nunc non repeto. Dumtaxat admonitos esse cupio vniuersos in regimine constitutos, vt non mercenarii, multò minus lupi, sed pastores boni esse satagant, vt non de honore, temporalib⁹ lucris, terrenis commodis gaudeant, sed magis impositum onus sentientes semper timeant, & ingemiscant, ne sua ex culpa oues domino pereant. Attendāt Paulum hominem vsq; in tertium cœlum raptum 2. Cor. 12. & ineffabilium verborum participem factum, nō audentem loqui aliquid eorum, qui in se non efficit Christus. Rom. 15. nihil sibi conscium. 1. Cor. 4. Qui didicit, in quibus sufficeret, sciens humiliari, abūdare, satiari, esurire, & penuriam pati. ad Phil. 4. Omnia arbitratum, vt stercora vt Christum lucrifaceret ad Phil. 3. Qui cum liber esset ex omnibus, omnium se fecit seruum, vt plures lucrifaceret, omnibus omnia factus, iudæis tanquam iudæus, infirmis infirmus, vt om-

nes

nes saluos faceret 1. Corinthio. 9. Qui seipsum non ingessit, sed à domino vocatus, electus, & missus. Actu. 9. etiam nec potestate illa vti voluit, quam à Christo accepit, ne quos eorum, quos gubernaret, offenderet, euangelio offendiculum daret. 1. Corinthio. 9. Qui denique vt Chriso. in suo dialogo. ait: Dei præcepta feruenti deuotione transcenderat, & nusquam quod suum erat quærebat 1. Corinthio. 9. sed vbique quod ad illorum quos gubernabat, pertineret salutem. Et tamen tanta semper formidine præmebatur cum in magnitudinem sui intendebat officii vt dicere compelleretur: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne fortè cum aliis prędicauero, ipse reprobus efficiar 1. Cor. 9.

Quomodo ergo non timeant, & cõtremiscant, qui nequaquam ad Pauli perfectionem attigerunt, qui frequenter, quæ sunt, quærunt, qui mandata Christi non solum nulla deuotione trãscendunt, sed & frequenter præuaricando contemnunt, qui quod omnino dãnabile est, non suam vocationem expectant, sed improbè se ingerunt, intrudunt. Talibus enim vt Basilius ait li. 4. dial. Chryſ. in principio: Nullus relinquitur excusationis locus in his, quasi errauerint postea. Nam ignorantiæ defensione qui sponte accedit, se priuat. Audiet enim à iudice cur conscius tibi tam grandis inscientiæ, nec habẽs exercitatum sensum, ad hanc artem sine offensione tractandum ausus es accedere ac properare officium, quod vires tuas superat? Quis coegit, quis fugientem violenter attraxit? Licet & ipsa violenta attractio inidoneum non excuset in toto, etsi in tanto, vt in subsequentibus Chrisost. manifestat. Si verò pastori gaudendum alquando fuerit de profectu ouium, de lucro animarum de fructu verbi Dei, atque diuini nominis cultu ampliori gaudendum erit. Sic Gaio ait Ioannes in tertia canonica: Gauisus sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ. Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos, in veritate ambulantes.

Denique qui oues Christi in æterna pascua delitiosissima ducendas esse maluerint, non hædi à sinistris statuendi, & cum lupo rapaci idest diabolo, & angelis eius in ignem æternum præcipitandi, & à morte sine fine depascendi, current hic audire vocem nedum auribus, sed corde, & imitari opere, boni pastores Christi etiam à quocunque siue pastore, siue mercenario prolatam, non proferentem, sed in sua voce dominum agnoscent. Neque ideo vinum ingratius si fuerit proclamator improbus. Et mandatum principis non min⁹ obligat si præco personali culpa vileat. Ne tantum attendant ministrum quantum præcipientem dominum, quoniã etsi aliquando per mercenarios oues suas pascit dominus, ipse tamen semper verus pastor est, atq; bonus. Et tantum de primo. Oues sint obedientes.

Quantum ad secundũ doctrinã aliquã accipiamus Post eas, quibus iam commoti estis ad vitandũ peccatorum occasiones, stultas, ac vanas locutiones adiungitur quoq; in dominica præcedẽte contuendũ latus dñi, manus, atq; pedes. Quæ doctrinæ si iam conualuerint in vobis, superest iam doctrina alia, vt spe magna, atq; fiducia suffulti, tendatis fortiter ad progrediendum in nouitate vitæ. Siquidem via ista, quæ ducit ad vitam, arcta est, porta angusta, pericula quoque in via plurima, quam perambulare non possunt inertes, effæminati, & desides, sed magnamini, & fortes sibiipsis violentiam inferre valentes. Hinc ait dominus: Contendite intrare per angustam portam. Luc. 13. & Matth. 11. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti diripiunt illud, qui scilicet animo suo dominantur, non cõsentientes carni, & sanguini sed fortiter sibi violentiam inferentes, carnem spiritui seruire compellunt in via vt tandem cum spiritu eleuata, & glorificata exultet æternaliter in patria. Hinc hortatur propheta in Doctrina ad progrediendũ in nouitate vitæ nunc incepta.

psalmo. Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Et apostolus: Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini 1. Corinthio. vltim. Sic confortatus ipse ad Roma. 8. ait: Certus sum, quia neque mors neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neq; creatura alia, poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Nec tamen sibi putes inniti, atque in sua confidere fortitudine, audi iterum ad Phil. loquentem: Omnia inquit, possum in eo, qui me confortat. Ibidem capitu. 4. Ad idem quoque nos hortatur: Corfortamini inquit, in domino, & in potentia virtutis eius, ad Eph. 6. Ita non nos deiiciat propria infirmitas, sed erigat, & confortet nos pastoris firmissima bonitas. Ecce teste pręsenti euangelio habemus pastorem prudentem, vigilantem, pium & potentem. Quis aduersariorum circumueniet prudentem calliditate? Quis præueniet vigilantem nocturna fraude? Quis fatigabit pium, & diligenté insidiarum importunitatem? Quis vincet potentem violento robore? Sed & quia prudens oues suas noscit, quia vigilans, vocare non desinit, quia pius, pascit quia potens, efficaciter defendit. Verè defendit, qui animam suam pro ouibus suis ponit. Has quatuor boni pastoris conditiones euangelium manifestat.

Cōditiones boni pastoris.

Ouium qualitates.

Simus dumtaxat ex ouibus suis, cognoscamus pastorem nostrum talem, qualis descriptus est, & tanquam oues propriæ ad singula respondeamus. Cognoscimus eum talem, qualis est, si noscimus eum fide per dilectionem operante, si adhæreamus ei non solum credulitate, sed & operatione. Et hoc innuit dominus, cum ait: Oues meæ vocem meam audient. Et Beatus Ioannes clarius exprimit, dicens 2. Ioa. 1. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non seruat, mendax est, & in hoc veritas non est. Qui autem seruat mandata, ei⁹ in hoc ē charitas perfecta. Est ergo cognitio pastoris vera, & est solum apparens. Sic etiam vulgò dici solet: Ille non noscit me amplius id est non exhibet se mihi fnmiliarem, & amicū nunc, sicut prius. Reuereamur ergo nos cognoscentem &c. Sequamur vocanté, dignis gratibus adhæreamus pascenti, innitamur potenti. Tanquam cognoscentem nos veremur si in omnibus cogitationibus, verbis, & operibus tanquam præsentem attendimus, quo fit vt nihil turpe, vel inhonestum quantū in nobis est, admittamus. Solent homines etiam quantumlibet lasciui, leuesq; præsentibus, & videntibus honorabilibus personis, pudore quodam, & verecundia affici, suas quoque lasciuias parumper occultare aut amittere, maximè si à talibus personis puniri timeant vel optauerint præmiari. Nemo deniq; tam impudicus est inter homines ad loquendum, & operandum, quantum ad cogitandum. Itaq; si consyderem⁹ attentè nostrum pastorem summum, ac reuerendissimum nobis semper præsentem, nos quoque, & omnia nostra clarissimè videntem, nedum verba, & exteriora opera, sed & vniuersus animi motus, cogitationes, & quæq; nobis secretissima, sicut scriptum est: Deus e vicino ego sum, & non Deus de longè, diuina cognosco Si occultabitur vir in abscondītis suis. Hiere. 23. & apostolus ad Heb. 4. Non est inuisibilis vlla creatura in conspectu eius, omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius & Apoca. 2. Sciēt omnes ecclesiæ, quia sum scrutans renes, & corda. Si inquam, hæc semper animo voluerenius haud dubiū quin honestissimè nedum, foris, sed & intus, ita soli sicut inter homines constituti cuncta ageremus, atque pudore bono cohibiti, nihil sordidum admitteremus, quod tantę maiestatis oculos offendere posset, præsertim quoniam sicut omnia clarissimè noscit, ita singula distrīct iudicabit, sicut Salomō. Ecc. 11. ait: Lætare iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis

cor

cordis tui, & intuitu oculorum tuorũ. Et scito quod pro omnibus his adducet te dominus ad iudicium. Hinc Boeti. in fine.5. de consol. ait: Magna vobis est, si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

Hortatio ad oues, vt sequantur pastorem.

Sequamur etiam vocantem pastorẽ & ante nos ambulantem. Non enim nos tantum verbo prædicationis, sed magis exemplo conuersationis præcessit. Hinc ait de seipso. Cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur. Io. 10. Et hoc quidem facimus, sipsum verè cognoscimus, dicente Ioanne: Qui se dicit nosse eum, & mandata eius non custodit mendax est. Et iterum: Qui dicit se in illo manere per fidei cognitionem, debet sicut ille ambulauit, ille ambulare. Et reuera monstruosa res est si per vnam portam caput ingreditur, membrum per aliam ingredi conetur vt vult Bern. Separari quidem potest membrum à capite per aliam autem viam minimè poterit introire. Hinc ipse ait: Ego sum ostium siquis per me introierit, saluabitur, qui verò aliunde, fur est, & latro. Per illum ingreditur, quisquis eum ingredientem imitatur.

Adhæreamus quoque pascenti dignis gratiarum actionibus. Quis enim famescens, & sitiens ingratus est reficienti, & si panem solum tribuat, & aquę potum? immo gratus est nobis dominus atq; præmium pollicetur pro calice aquę frigidæ sibi in specie pauperis exhibito. Matth.10. Sed ecce pastor noster pręter cuncta corpori necessaria quæ abundè tribuit, curam nostri agẽs longè delicatioribus ferculis animam nostram pascit. In præsenti quidem pane verbi, pane sacramentali, pane deuotionis, & in futuro pane beatificæ visionis, & fruitionis. Nam in eo ingredientes, & egredientes pascua inueniũt Ingredientes per fidem. Egredientes à fide ad speciem, à credulitate ad contemplationem, vt dicit Grego. in hom. Meritò tali adhæremus dicentes cum propheta: Mihi autem adhærere Deo bonum est. Meritò gratissimi semper sumus dicentes cum eodem: Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Alioquin audituri sumus ab eo: Filios enutriui, ipsi autem spreuerunt me. Esa. 1.

Innitamur demum magna fiducia potentissimo nostro pastori, de cuius manibus oues recipere nemo potest, vt habetur Ioan.10. sed vitæ æternamã dat eis, & non peribunt in æternum. Cui consonat illud Rom.7. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Et meritò ei confidenter innitimur, quia habemus in eo, quæcunq; requirimus, sicut ait Ambrosius in quodam sermone. Omnia habemus in Christo, & omnia in nobis Christus. Si vulnere curari desyderas, medicus est. Si febribus æstuas, fons est. Si grauaris iniquitate, iustitia est. Si indiges auxilio, virtus est. Si mortem times, vita est. Si tenebras fugis, lux est. Si cœlum desyderas, via est. Si cibum quæris, alimentum est. Huic igitur innixi fiducialiter curramus in via domini, nihil terreat, quia habemus pastorem prudentissimum, potentissimum & optimum Christum dominum, cui resistere nemo potest. Hic si nos non deserit, quis rogo nocebit? Vis scire, quẽ admodum à nobis separatur, audi Ambro. super Lucam lib.5. dicentem: Nemo tibi Christum potest auferre, nisi te illi auferas. Non ergo auferamus nos Christo maneamus amore in illo, & nunquam nobis sua deerit misericordia. Hinc & Dominica præsens de misericordiæ effectibus nomen accepit, maximè enim eius misericordia apparuit in eius passione, cuius nunc resurrectionis tempore ecclesia tenet memoriam in canticis, & moribus, ostendendo nobis domini cor apertum pedes, & manus in crucis imagine (quæ fertur) transfossas &c.

Defendẽdæ oues & huic rei innitendum.

DOMINICA IVBILATE. Sermo I. in ordine. XLII.

TRISTITIA vestra vertetur in gaudium. Ioan. 16.

De promissionibus gaudiorum quia pñs vita iustorum est continua militia.

Habet labor omnis annexam tristitiam in voluptatibus, & delectationibus, nemo dicitur laborare, voluptatibus solui, etsi vacuum est, non tamen laboriosum, ait Gregor. 8. mora. Cum autem via ad veram vitā plena sit laboribus continuis, propter quod veritas ait: Contendite intrare per angustam portam Luc. 13. Et veritatis præco in hac via ambulantes adhortatur: Labora inquit, sicut bon⁹ miles 2. Tim. 2. Neq; enim labore ac sollicitudine carere poterit, quem conditio vię, per medium hostium ire cogit. An nō per medium hostium ambulat, quisquis in huius mundi via graditur, in qua bellum gerere necesse est, spiritū aduersus carnem intus, aduersus mundum eminus, periculosius verò aduersus principatus & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, vt loquitur apostolus ad Eph. 6. Quod attendens Iob ait: Tentatio est vita hominis super terrā. Vel secundum aliam translationem Militia est vita hominis super terram eiusdem 7. Multiplices igitur habet bonorum vita annexas tristitias, quæ nisi consolationis sustentetur solatio, in labore perseuerare non posset. Quam optimè consolatur futuri consyderatio p̄mii, sicut ait Gregor. 8. moral. Electi dum mundi huius aduersa patiuntur, cum dehonestatis contumelias rerum damna corporis, & cruciatus tolerant, esse grauia, quibus exercentur, pensant sed cum mentis oculum ad æternæ patriæ consyderationem tendunt comparatione præmii, quam sit leue, quod patiuntur, inueniunt. Quia enim valde intolerabile ex dolore ostenditur, consyderatio prouida ex remuneratione leuigatur. Propter quod ab apostolis dominus recessurus, sciens, quia qui in ipso pacem habebant, in mundo pressurā erant habituri. Quodq; non sine tristitia, & dolore propositum iter currere poterant, quam etiam corporalis eius transitus augmentabat. Consolaturus præsentem eorum tristitiam, futurum, quod tollendum non erat, gaudiū quasi tristitiæ prænunciabat præmium, dicens eis: Tristitia vestra vertetur in gaudium. Pro gratia Aue Maria. Primò recitabitur euangelium cum breui expositione. Dehinc ostendetur quod sicut mundani, & iusti multum distant hic in via, eo quod illi gaudent, hi tristantur, ita multum distant in termino. Tertiò quomodo gaudium de visione Dei potest dici summum gaudium.

Recitetur euangelium. Secundum Bedam tota lectio euangelica quantū ad omnes partes respicit discipulos domini, quia eam præsentes audierunt, à domino. Hi post modicum tempus post quam hæc locutus fuerat dominus ipsum non viderunt. Et post modicum iterū viderunt, siue illud modicum post q̄ nō viderunt, intelligatur tempus, q̄ ab instanti prolationis horum verborum vsq; ad dominicā fluxerat sepulturam, qua durante Deum non viderunt. Siue totū illud tempus vsq; ad ascēsionē, post quam ascendentis ad patrem corporali, & visibili præsentia caruerunt, quia vadit ad patrem. Siue etiam modicum tempus, post quod iterum viderūt Deū intelligatur tempus sepulturæ vsque ad eius gloriosam resurrectionem: post quod iterum apparuit eis per quadraginta dies in multis argumentis se verè resurrexisse probans, & loquens eis de regno Dei. Siue intelligatur totum tempus illius mortalis vitæ post domini ascensionem. Quod vtiq; modicum & penè nullum est in comparatione ad æternitatis diem, quo eum vident perpetuè. In quo die non interrogabunt quicquam, quia omnia scienda clarè videbunt beatifica visione, quę non datur in hac vita, vt dicit glosa magistralis. Vtroq; enim modo expositionis secundum Chrys. & Aug. modicum & Deum nō viderūt, & iterū modicū, & deū visuri

Diuersa sunt media & diuersæ viæ malorum, & beatorū.

ri erant. Cætera quoque in euangelio cõtenta facilè intelliguntur eis cõuenire. Nobis autem, qui post domini ascensionem ad fidem venimus, conuenit pars illa, Modicum & iam me videbitis secundũ expositionem Augu. vsq; in finẽ. Nam quod sequitur, Amẽ amen dico vobis, plorabitis, & flebitis, mundus autẽ gaudebit, conuenit ecclesiæ iustorũ, quoniam omnis iustorũ ecclesia per huius vitæ labores, & angustias ad æterna cælestium tendit præmia.

Diuersi termini bonorũ & malorum.

An non velut pariens mulier, tristitiam habet, quisquis contra tentationes mundi, diaboli, & carnis concupiscentias velut pariens continuò moriẽdo pugnat, qui mundana gaudia spernit, qui pro peccatis suis, & alienis semper gemit, qui aduersitates, & mundanorum insidias, qui abominantur eos, qui in via recta sunt? Prouer. 29. In spe patienter tolerat, qui domini sui, cui seruit in spiritu ostensas, & iniurias deplorat, qui pro euadendis mille laqueis angustiatur. In quibus omnibus vani, & mundani homines stultissimè gaudent, secundum illud, Lætantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Sed expecta paululum, quid sequitur hos, & illos. Audi prophetam Iob de mundanis, Ducunt inquit, in bonis dies suos, & in puncto descendunt ad inferna. De suis autem cultoribus dicit dominus in euangelio præsenti. Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Quare? quia iterum videbo vos, idest vobis vidẽtibus apparebo, siue me præsentem exhibebo, & inde gaudebit cor vestrum, gaudio beatifico, quod nemo a vobis tollet, quia obiectum gaudiosum meam .s. prẹsentiam, vt obiectum beatificans nemo vnquam poterit remouere, in hac visione vita ẹterna consistit, secundũ Illud Ioann. 17. Hæc est vita æterna, vt videant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

Magna certè diuersitas in via, sed lõgè maior in termino. Impiorum vita, & conuersatio in gaudio est, iuxta illud Iob. vigesimoprimo. Viuunt impij, subleuati sunt, confortatique diuitiis, domus eorum securẹ sunt, & pacatæ, & non est virga Dei super illos. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, infantes eorum exultant lusibus, tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Qui dixerunt Deo, Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.

Quis est omnipotens, & seruiamus ei, & quid nobis prodest, si orauerimus eum? Sed vita præsens iustorum in tristitia, & dolore, quoniam per multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei. Act. decimoquarto. Nam omnes, qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur 2. Tim. 3. quoniam quem diligit Deus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit, ad Hebrẹ. 12. Nimirum quoniam mundus odit eos, qui non sunt de mundo, quos dominus elegit de mundo. Io. 15. Sed longè maior differentia terminorum. Nam piorum tristitia vertitur in gaudium æternum, quod nemo tollet. Nam quos dominus ad suam visionem recipiet, nemo de manu sua recipere potest, sicut ait Ioan. 10. Ego vitam ẹternam do eis & non peribunt in æternũ, & non rapiet eos quisquis de manu, mea. Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Absterget denique Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor vltra erit, quæ prima abierunt. Apocal. 21. Ecce tristitiam modicam, & breuem terminat gaudium sine fine. Vnde verè non sunt condignẹ passiones huius temporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Rom. 8. Quia illud, quod in præsenti est momentaneũ, & leue tribulationis nostrẹ, supra modum in sublimitate pondus operatur æternæ glorię in nobis 2. Corint. 4. Quid aũt de gaudio impiorũ dum impii de terra perdentur, & qui iniquè agunt, auferentur ex ea? Prouer. 2. Quo auferentur? Audi Deum. Ibunt hi in supplicium ẹternum, iusti autem in vitam æternam Mat. 25. Hoc est, quod in

inferno pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, conquerun tur, licet inutiliter. Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis. sequitur. Quid nobis profuit superbia nostra? aut diuitiarum iactan tia, quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & nuncius præcurrens. Et nos nati continuò desinimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere. In malignitate autem nostra consumpti sumus. Consumpti vtiq; in inferno, vbi ignis puniens non extinguetur, & vermis eorum non morietur. Matth. 9. O dolorosa, & infelicissima mutatio, pro momentanea, sordidaque voluptate æternis cruciati flammis. O fugienda semper mundi huius falsissima oblecta menta, quæ afferunt æterna sæuissima que tormenta. O inflexibilis, sed æquissimus iustissimi iudicis rigor, quo pro contemptu summi infiniti boni pro vilissima delectatione, ac propriæ volun tatis expletione rependitur pœna, quæ quia esse non potest intensiuè est exten siuè, hoc est duratione infinita, vt infinitati contemptus respondeat infinitas durationis pęnæ.

Quomodo visio Dei pôt causare summũ gaudium

Sed quæris forte. Si gaudium beatificum est gaudium de visione Dei, quomodo erit summum. Nam rem pulcherrimam, & perfectissimam quis potest videre absq; tamen consequente gaudio, vt est deducere in visione tam sensus, quam intellectus. Et dæmon cognoscit Deum, secundum Iaco. credit, & contremiscit, & tamen non delectatur sed magis (quia odit) contristatur. Similiter & hi, de quibus propheta & Io. ait: Videbunt, in quem transfixerunt. Sicut etiam nonnunquam puer videns patrem, & magistrũ timet, & tristatur. Hęc propter simplices, quibus nõ videtur magnum esse, videre aliquod delectabile. Ad solutionem illius replicæ necesse foret declarare, in quo principaliter consistit beatitudo. Secundo vnde causatur gaudium, & delectatio. Tertio, quomodo illa est maxima, quæ sequitur visionem Dei. Beatitudo est summum bonum, & perfectissimum, quæ non potest consistere in essentia animę alias omnes essent æque beatæ igitur consistit in operatione perfectissima supremæ potentiæ respectu nobilissimi obiecti. Obiectum nobilissimum Deus potentia superior intellectus, & voluntas, operatio perfectissima visio, fruitio. Itaque beatitudo consistit coniunctim in visione clara, & fruitione perfecta Dei. Gaudium causatur ex apprehensione, seu fruitione rei volitæ, secundum Augustin. 14. de ciuita. Dei. De quo enim gaudemus? de summa Dei perfectione quam summè volum⁹, summè inesse videmus, & plus quam videmus, volumus. Hanc consequitur summum gaudium, & delectatio, quia tentionem summi boni in se sibi summè dilecti, sicut maximè delectamur in re maximè amata, & securè possessa. Huius persecutionem vide in secunda parte sermonis de assumptione, cuius principium est. Veni de libano. His summis gaudiis remuneratur nostra tristitia, & labor hic pro domino passi. Si ergo (vt Beda ait) fratres charissimi salubri nunc tristitia afficimur, si iuxta hortamenta apostoli spe gaudentes in tribulatione existimus patientes, si nostra errata, si miserias proximorum debita lamentatione deflemus. Videbit nos iterum dominus idest videndum se nobis ostendet in futuro facie ad faciem, qui quondam nos videre fidei suæ speculo dignatus est. Videbit vt coronet, qui quondam vidit vt vocaret. Videbit, & gaudebit cor nostrum quia hæc est vera, & vnica merces eorum, qui secundum Deum contristantur, de perpetua eius visione gaudere. Quam profectò mercedem promisit ipse sublimiter, cum ait. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quam desyderabat ardenter propheta cum dicebat. Sitiuit anima mea ad Deum fon. vi. quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Quam se apostolus cum sibi similibus accepturum gratulabatur, di. Videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciē. Quā

In quo consistat beatitudo, & qd sit beatitudo.

nos

nos quoque,& fideliter quærere, & veraciter apprehendere donet ipse certantium auxiliator, & vincentium remunerator Iesus Christus &c.

DOMINICA IVBILATE. Sermo II. in ordine. XLIII.

MVNDVS gaudebit, vos autem contristamini. Ioan.16.

Omnes homines simul & bestiæ delectationem, ac gaudium naturaliter appetunt, ac prosequuntur. vt vult Aristo. 7. Ethico Concordat Eudoxus, vt recitat philosophus 10. Eth. Ideo delectatio ab omnibus hominibus laboriosè quæritur, pariter & gaudium, sed non æque sapienter. Plurimi siquidem illa quærunt in rebus caducis, quorum gaudium non permanet sed necessario cadete amato vnde gaudebant, perit gaudium,& vertitur in luctum. Quia vt ait Cirillus in apologo lib. 1. ca. 9. Impossibile est amato perdito non dolere. Et quanta iucunditas fuit in fruendo, tanta erit tristitia in carendo. Alii verò prudentius, atque consultius quærunt in rebus permanentibus gaudere, & horum gaudium manet qa cuius fixũ bonum, huius sempiternum est gaudium. Cirillus in apologetico vbi supra. Ne ergo vana gaudia quærentes in tristitiam finaliter cadamus, docet dominus loquens discipulis de quo vtiliter est gaudendum, de sua videlicet resurrectione gloriosa. De hac quicunque gauisus fuerit, gaudio nunquam priuabitur, sicut & Christi resurrectio non euacuabitur, dicente apostolo Ro.6. Christus resurgens ex mortuus iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Hanc resurrectionẽ, & statum immortalitatis futurũ (quia mundani facto non credunt, licet fortè corde, ideò gaudent de præsenti bono. Iusti verò dissolui cupientes & esse cum Christo, cognoscentes quia corp⁹, quod corrumpitur, aggrauat animam, tristantur, & dolent de malis huius seculi, de incolatu mundi huius tam prolongato, vt Psal. loquitur. Sciunt enim per fidem, ꝙ non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirim⁹. Ideò de his dicitur: Mundus gaudebit &c. Pro gratia Aue Maria.

Euangelium explicabitur per aliquas doctrinas morales ex eo sumptas. Mundi nomine secundum August. super Ioann. malitia mundi huius intelligitur idest hominum mundi huius amicorum. Vnde Iaco. dicit. Qui voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur. Tales homines mundani, futurorum inscii,& ignari ex sua voluntate culpabili nunc gaudent, in hoc quidem die, quę est ad pacem sibi, vt loquitur dominus ad Hierusalem quam vidit destruendam, eo quod non cognouit tempus visitationis suæ. E regione verò discipuli domini,& amatores iustitiæ nunc tristantur, cupientes dissolui, & esse cum Christo, eo quod corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem Sap. 9. Et licet verba Christi cum inquit. Modicum & non videbitis me &c. possunt multipliciter exponi, tamen pro nunc ei nõ dissonè contra literam: Potest primò per modicum intelligi totum tempus huius seculi pro ætate cuiuslibet hominis vsq; in finem mundi secundum glo. Secundò vt per modicum saluator velit intelligi temp⁹ tribulationis, & militiæ status huius viæ. Modicum quo videtur tempus consolationis secundũ primum intellectum, valet verbum modicum ad contemptum prosperitatis huius seculi modici. Sed secundum ad tolerantiam præsentis tribulationis. Quod enim in præsenti momentaneũ est,& leue tribulationis, inęstimabilem gloriam operatur in nobis 2. Cor. 4. Nã secundum apostolum ad Rom. 5. Accessum habemus ad Deũ per fidem, in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum autem sed etiam gloriamur in tribulationibus, scientes, quia tribulatio patientiam

Quid intelligit p modicum quo dñs videtur & nõ videtur.

tiam, patientia autem probationem probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit. Quis enim ſperauit in eo, & confuſus eſt? Eccle. 2. Ille autem con fundi dicitur ſecundum Auguſt. qui, quod ſperauit non inuenit, ſicut contingit illi, qui ſperat in homine, & ponit carnem brachium eius. Hierem. decimo ſeptimo.

Vtrunque modicum dici poteſt, & eſt vnde Iob. Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. capitu. vigeſimo & capitu. ſeptimo. Ventus eſt vita mea. Item in pſalmo. Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra prætereunt. Et Iaco. quarto. Quid eſt vita noſtra, niſi vapor ad modicum parens? & ſimilia multa. Sed quid ſcripturam allegamus? facti euidentiam cõſulamus, de ſecundo, modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tribulationibus 1. Pet. 1. & 2. Corin. 4 vt ſupra allegatum eſt. Et 1. Ioann. ſecundo. Filioli mei nouiſſima hora eſt. Eſa. 54. Ad punctum in modico dereliquite. Ibidem: In momento indignationis meæ abſcondi faciem meam parumper a te. Item ſi ſit reſpectus ad æterna, nulla eſt comparatio. Sed neque condignæ ſunt paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis Roman. 8. & Sapien. 5. In inferno dicent, tranſierunt omnia illa tanquam vmbra. Et paulo poſt. Nati continuò deſinimus eſſe &c. Breue itaque, & modicum eſt tempus huius ſeculi, breuis mundi proſperitas: breuis tribulatio, & modica, quæ tamen in æſtimabilem præſtabit (rectè à nobis acceptata) gloriæ coronam.

Hinc ex euangelio aliquot colligere poſſumus doctrinas. Prima. Mundus non eſt diligendus, quia vanus, & vanitatum vanitate plenus. Prima pars poteſt hic ſumi ex euãgelio vltra iſtud quod dicitur 1. Ioan. 2 Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum non eſt charitas Dei in eo, quia omne, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt &c. Illud non eſt diligendum, quod ſecum affert perpetuam, & gehennalem triſtitiam. Dilectio mundi, ſeu mundus (hoc eſt mundana vita rationi rectæ contraria) eſt huiuſmodi, igitur. Sicut enim triſtitia diſcipulorum vertenda eſt in gaudium ſempiternum, ita gaudium mundanorum in triſtitiam ſempiternam. Ducũt enim in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Iob. 21. Vide ibi textum. Sed quod ſit vanus, oſtendit Eccle. capit. ſecundo qui poſt omnium indagationem dixit. Vidi ideſt certè cognoui in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole. Ecce teſtimonium quia vanus, eo quod non exhibet bona, quæ promittit, vt poſſit doceri de ſingulis, ſed & mala affert in eo, quod ſpiritum affligit.

Nec hoc ſolum ſed quia omnino deficit, & in ſe confidentem prorſus confundit. Vnde 1. Corinth ſeptimo. Prę terit figura mundi huius. Ideò idem ſapiens ait. Vanitas vanitatum. Vanitas in mundo quia fallit, ſeu quia falſus eſt, & à ſtabilitate alienus. Quia falſus decipit, quia inſtabilis, deficit. Vanitas vanitatum, quia affligit. Omnia vanitas, quia finaliter deficiunt. Nunquid ibi vanitas vanitatũ vbi verũ promittitur gaudium, & iucunditas? Promittitur ſufficientia, & copioſitas, promittirur reuerentia, & claritas, nec tamen inueniri poteſt. Apparet foris in imagine, ſed intus vacat à veritate. Hinc Boetius dum omnia, quæ in mundo bona videntur, pertractauit, de eis ita concludendo ait. Hæc igitur, vel imagines veri boni, vel imperfecta quędam dare bona videntur, verum autem bonum dare non poſſunt. Gaudium enim, & quæcunque mundus ſuis præſtat dilectoribus, ſicut de hypocritis. Iob. 20. ſcribitur. Velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna.

Secunda doctrina. Vtilius eſt homini in hac militia contraria, & triſtia per-

perpeti, quam cupitis voluptatibus ſatiari. Nam ſecundum Gregor. Mala, quæ nos hic præmunt, ad Deum citius ire compellunt. Exemplo de curſore idem oſtendi poteſt, cui ſi in itinere amæna occurrunt prata, conuiuationes multæ &cet. facilè trahitur eorundem delectatione, & à termino aliquanti ſper præpeditur. Item illa bonorum tribulatio cedit in vtilitatem nedum ipſi, qui patitur, ſed & cęteris in exemplum. Vnde Gregor. decimoſexto moralium. Flagella bonorum, aut vitia perpetrata purgant: aut ea, quæ poterant perpetrari, deuitant &c. Et libro quinto. Dum tot dura toleratis, qui tam recta agitis, quid aliud, quam iuſto Dei iudicio exempla datis? quia ex veſtra pęna colligendum eſt quomodo feriat, quibus iraſcitur, ſi ſic vos affligi patitur, in quibus lætatur. Aut quomodo illos percuſſurus eſt qui bus iuſtum iudicium exhibet, ſi etiam vos hic cruciat, quos piè redarguens fouet? Hæc ille.

Nullus deterreri debet laborum magnitudine.

Tertia doctrina. Non debet quemquam deterrere laboris magnitudo, ſi delectat reſurrectionis gloria, & præmii celſitudo. Ad magna enim præmia non peruenitur, niſi per magnos labores. Et cum beatitudo ſit præmium pro meritis reddendum, ex diuina tamen miſericordia potiſsimum donandum præexigit meritum. Chriſti denique actio noſtra eſt inſtructio. Et non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Ideò neceſſe eſt ea via conſequi beatitudinem, qua & Chriſtus ingreſſus eſt in gloriam ſuam. Lucæ vltimo. Hæc doctrina ex euangelio colligitur cum dominus ait. Mulier cum parit, triſtitiam habet, cum autem natus eſt &c. Triſtitia enim pariendi non omittitur nec vitatur vt filius habeatur. Hinc apoſtolus. Omnes, qui volunt piè viuere in Chriſto, perſecutionem patientur, ſecundo Thimoth. tertio. Et in euangelio. Plorabitis, & flebitis vos.

Quarta doctrina. Dulcius, facilius, & beatius eſt viuere Chriſto, quam mundo, vel diabolo. Iugum .n. Chriſti ſuaue eſt, & onus eius leue. Lucæ vndecimo capitulo. Sic quoque viuere eſt ſecundum rationem viuere: & legi diuinæ ſatisfacere. Denique ſi quis vult videre ſtatum mundi, vix poſsibile eſt quod quis mundo placeat, niſi aſinum prorſus dimittat, non erit ſine ludibrio. Si quis voluptati etiam venereæ ſtudet, quantis ſubiiciatur curis & anxietatibus, expertus nouit. Sic de diuitiis, de prælatione, de omnibus quoque huius ſeculi vanitatibus &cet. Hinc Sapiens. Labor ſtultorum affliget eos. Eccleſiaſt. decimo. Item vt inique agerent, laborauerunt. Hierem. nono.

Beatus quoque Bernard. ad Eugenium Papam de conſideratione libr. primo iuxta principium ſic ait. Primò videtur tibi aliquid importabile, proceſſu temporis non erit tibi graue, deinde erit tibi tolerabile, paulò poſt læue ſenties, & paulò poſt non ſenties, paulò poſt delectabit. Ita quoque eſt in omni proceſſu actionis bonæ.

Hortatio ad mala ſufferenda.

Studeamus itaque chariſſimi hoc tempore modico patienter ferre mala, quæ nos præmunt quia ad Deum ire compellunt, & veluti in balneo poſiti ſuſtineamus fricari multipliciter, vt non habeamus vllam maculam, neque rugam. Applica ad propoſitum. Quinta doctrina. Et ſi dominus ſeſe tempore modicæ aduerſitatis abſcondit, attamen auxilium gratiæ ſuæ in tempore opportuno non ſubtrahit, ſed auxilium conſtanter agenti, & pugnanti abundantius impendit. Hinc ait. Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis &c. Faciet quoque cum tentatione prouentum &c.

DOMI

DOMINICA CANTATE Sermo I. in ordine XLIIII.

De vtilitate & fructu trãsitus, domini ex hoc mũdo ad patrem.

EXPEDIT vobis vt ego vadam Ioan.16.

Vtilitatem,& fructum transit⁹ domini per passionem suam ex hoc mũdo ad patrem, qua.s.genus humanum patri est reconciliatum,à potestate diaboli redemptum,atque perditæ hæreditati restitutum, apertè declarat scriptura,traditq; ecclesia vniuersa. Ait enim apostolus ad Eph.1. Gratificauit nos in dilecto filio suo,in quo habemus redẽptionem per sanguinem eius,remissionemque peccatorum secundum diuitias gratiæ eius. Sequitur. Instaurare omnia in ipso, quæ in cęlis, & quæ in terris sunt. Canit quoq; ecclesia de vespertino Christi sacrificio in crucis ara.O verè digna hostia, per quam fracta sunt tartara redem. plebs cap.re.ad vitæ præmia. Certum itaque habet, & clarum omnis fidelis,quantum expediebat nobis ad salutem transitus Christi ad patrem,nisi enim transisset mortem pro nobis degustando, salua non fieret omnis caro.Sed non ita clarum, immo intellectu difficile, & obscurum, quod eo transitum suum discipulis expedire testatur, quoniam nisi transierit, spiritum consolatorem accepturi non erant. Nunquid pręsentia Christi aduentum impediuit spiritussancti? Nunquid saluator mundi salutis vnctionem prohibuit, aut mittens missum secum non compatitur,vt dicat, Si nõ abiero, paracletus non veniet ad vos? Et vbi manet impatiens patrum desyderium, aduentum Christi secundum carnem tantopere desyderantium? vbi clamor prophetæ.Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Si præsente saluatoris facie non datur spiritussanctus,per quã diffunditur charitas in cordibus fidelium,qui operit multitudinem peccatorum.Intelligitis, puta quanta attentione opus est, quanto necesse habemus magisterio,vt verba salutis, salutẽ nobis conferant diligenter auscultantib⁹, non præstent erroris occasionem negligentibus.Vt ergo nos doceat intus spiritus veritatis,qui docet omnem veritatem ad salutem necessariam,ad eam orationibus recurramus, quæ ab eodem meruit & instrui, & fęcundari,aduocatricem nostram virginem Mariam &c. Aue Maria Primò recitabitur euangelium. Secundò addetur doctrina, per q̃ declarabuntur thematis verba.

Euangelium Ioan. 16. Euangelium istud profundum est, & multis mysteriorum sacramentis onustum,quia & essentię vnitate in personarum trinitate & personarum trinitatem in essentiæ vnitate,operationum quoque discretionem continet,quorum omnium profunditas,omnium creaturarum intellectũ, & maximè simplicium supergreditur, & excedit. Continet etiam doctrinas, & pro secularibus, & spiritualibus multum proficuas, Siquidem in euangelii principio mentio fit de patre, & similiter in fine filius loquitur, & spiritussancti missionem promittit, ecce tres personæ. Essentiæ vnitas ostenditur in personarum circũincessione,vnde filius dixit.Quæcunque habet pater,mea sunt. Et iterum filius de spiritusancto. Ideò dixi,de meo accipiet,ecce eandem triũ personarum essentiam. Operationum quoque appropriata tangitur discretio quia patri autoritas,filio redemptio,ac reditus ad patrem, in quo perfecta satisfactio,& peccatorum reparatio,perditorumq; recuperatio per passionem, & mortem eiusdem designatur.Spiritui sancto consolatio, iustificatio,& illuminatio approprianṫur. Ad horum declarationem, & doctrinarũ intellectũ tria quæruntur. Primum,quomodo filius ꝓmittit alium consolatorem spiritumsanctum,quasi ipse non sufficeret, cum tamen dicat de se.Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos.Mat.11. Secundum, quomodo non venit spiritussanctus, nisi filius abierit. Nunquid filii præsentia præsentiã spiritussancti impediuit, cum tamen contentus sit mansione pectoris ipsius? Io.

1. Tertium. Si ita necessarius est spiritussancti aduentus, quibus signis deprę henditur eius præsentia?

Ad primum dicitur, quod simpliciter sicut trium est vna essentia, vna deitas, ita vna operatio ad extra. Siquidem opera trinitatis ad extra sunt indiuisa, secundum Augustinum in de trinitate Et sicut tres personæ vnus sunt Deus, ita vnus creator, vnus consolator, vn⁹ reparator, vnus beatificator, non tres creatores, tres iustificatores &c. Nec obstat, quod saluator dicit Ioan. 13. Rogabo patrem meum, & alium para.da. vobis, quia alium in persona etiam alium ab humanitate, quam videtis, & auditis. Vnde quilibet trium ad omnia sufficit, & tamen nullus sine alio, quia nullus est sine alio, nec operatur sine alio. Nihilominus tamen attribuuntur vni personæ aliqua plus, quam alteri Sic in omnibus patri autoritas, quia est principium totius trinitatis. Siquidem pater à nullo est, est enim principium sine principio, a quo sunt filius, & spiritussanctus. Filio attribuitur redemptio, qa ipse solus humanitatem assumpsit, licet redemptionem ipsam fecerit pater & filius, & spiritussanctus. Spirituisancto iustificatio & peccatorum remissio, ac interna animæ consolatio, quia ipse est donum patris, quo gratificatur anima in amicitiam Dei assumpta. Nec datur donum illud, quod est gratia sine spiritusancto. Siquidem donum est amoris ad voluntatem pertinens, & ideo spirituisancto attribuitur.

Præsentia filii non impedit. S. S.

Ad secundum dicitur, quod nequaquam præsentia filii impediuit spiritũ sanctum, immo sine ipso & patre non venit spiritussanctus. Ioan. 14. Ad eum veniemus &c. Sed ad litteram plenitudo spiritussancti danda non erat visibiliter, nisi facta plena restauratione, & restitutione deperditorum, quæ fuit cõsummata per domini ascensionem. Nõ ergo hoc dixit dominus, quasi hic positus mittere non potuerit spiritum sanctum. Ita enim conuersatus est in terris, vt nihilominus maneret in cælis apud patrem. i. in patre, immo & hic mittere potuit. Constat siquidem supereũ baptizatum spiritumsanctum descendisse, & mansisse. Sed & manens in terra spiritumsanctum dedit, dum ex sufflaret, & diceret, Accipitee spiritumsanctum, quorum remi. &c. immo eligendo eos in discipulos. Siquis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Roma. 3. Sed ad discipulos dominus dixerat. Iã non dicam vos seruos, vos autem dixi amicos, Io. 15. Sed neque spiritussanctus diuisibilis est, vt particulariter dari possit. Hęc enim electio, & dilectio, sine gratia non fuit. Sed quia non erant dispositi in tanta plenitudine, ac donorum cumulo accipere, vt eis totiq; mũdo sufficeret, quibus prædicare debebant. Ideo ait. Si non abiero &c. Disponebantur autem magis per corporalem Christi absentiam. Et ideo ait. Si autẽ abie. mittam eum ad vos, secũdum August. enim & Bedam corporali eius affectu delectati, & conuersatione, minus curauerunt diuina eius mysteria intelligere, minus etiam in Deum amoris affectibus ferri, sed carnaliter cognouerunt, carnaliter & dilexerunt, contenti cum eo semper manere in terris. Sicut de Petro patet dicente domino, Absit à te domine. Mat. 16. dum se passurum pręnunciaret, eum retrahere volens. Item in transfiguratione Matt. 17. Domine bonum est nos hic esse. Et Thomas. Vadamus, & moriamur cum illo, ita dilexerunt corporalem pœnitentiã, vt sine ille non delectaret viuere. Subtracta autem humana forma, iam ad cęlestia, quo caput suum migrasse cognouerunt, desyderio aspirabant. Non enĩ poterant solidum cibum, & spiritualẽ spiritussancti consolationem esurire, nisi primum lacteo cibo subtracto Christi. s. humanitate, quo subtracto, iam spiritualia nosse cœperunt. Sicut ille, qui iam cœperat, spiritu ait. Et si secundum carnem Christum noueramus, sed iam nunc non nouimus 2. Corin. 5 quia etiam Christi carnem iam non secundum carnem nouit, quia verbum factũ carnem spiritualiter nouit. Sublato ergo domino vbi thesaurum suum esse co-

cognouerunt, illuc desyderio mentis pergere studuerunt. Quod autem sancti patres Christi aduentum in carne desyderabant, hoc non propter carnem sed propter spiritus plenitudinem, quę non nisi in carne Christi perficienda erat, & propter humani generis redemptionem, ac largiorem spiritussancti in mentem missionem postularunt. Caro enim nō prodest quicquam. Spiritus est qui viuificat. Ioan. 6. Sicut ergo spiritus dandus non erat in plenitudine gratiarū ante Christi ascēsionē secūdū literā ita mysticè non datur inuisibiliter manente consolatione visibili, & sensuali. Non enim compatiuntur se consolatio diuina, & sensualis, ac secularis, vt latè declarat beatus Bern.

In nouitate vitæ profectu ro consolationes carnis sunt relinquendę.

Vnde accipienda est hæc regula. Si in nouitate vitæ proficere volumus, & in amore Dei fortificari, oportet vt consolationes carnis, & mundi relinquamus. Falluntur nimium, qui vt liberius carnis, & mundi voluptatibus seruiāt, terminum sibi statu aut in via, putantes sibi sufficere, si maiora caueant peccata, & manifestas transgressiones, laxantes sibi frenum ad omnes delitias non manifeste prohibitas, dicentes sibi illud Cancellarii parisiensis in de mysti the pra. cap. 4. Nolo merita apostolorum, & martyrum, nolo volare per summa, incedere per planiora contentus sum, sufficit mihi vita communis, si cum infimis saluari potero, satis est. Iam enim perfectio est nolle esse perfectum. Seruit huic exemplum familiare. Habet aliquis præpotens, ac nobilis filios plures industriosos ad ampliandum rem domesticam. Cæteris laborantibus vnus illorum vacat ocio, nihil curans dummodo non sordidè viuat, & si nihil lucretur altum, vel præclarum, suo ingenio condecenter excogitando, dicit sufficere sibi habita, non curat habenda. Euocat eum pater ad actus sublimiores monet, stimulat &c. quis non videat hunc odiosum patri futurum, si obaudit, nec obedit? Sic & in via Dei euocat nos ad actus sublimiores, sed ocio torpentes negligimus, & cum perfici possemus, nolumus ex electione, secundum hoc dicit beatus Bern. In via Dei non progredi, regredi est, Lapis siquidē in altum proiectus, dum suo impetu non pellitur, sursum proprio pondere descendit. Et ita dum impetu spiritus non tendimus sursum in Deum, deficimus pondere carnis descendendo. Ad qđ nos nostri corporis figura instruit. Siquidem, nihil organorum retro, sed ante posuit natura sagax, vt in virtutibus semper procedentes, non retrocedētes, crescamus. In hac ergo mutabilitatis regione stare non possumus, aut progrediamur ad vitam, aut regredimur ad miseriam, secundum qualitatem mētis nostræ motiuam in nobis prædominantem.

Duplex qualitas motiua corporū.

Duplex est qualitas motiua corporum, leuitas. s. & grauitas. Ita pondus animæ secundum Augustinum in li. confes. amor est. Est autem amor duplex secundum Aug. 14. de ciui. Dei. Amor. s. Dei, & amor sui, qui fecerunt duas ciuitates. s. cęlestem, & terrenam. Ille quasi leuis, animum semper sursum tollit, iste deorsum premit. Et habent quasi transmutationes circa idem subiectum, & quantum ille crescit, tantum iste decrescit. Habet quilibet suum fomentum. Amor sui fouetur carnalibus delectationibus, & terrenis oblectationibus. Extenditur autem hic amor sui ad dilectionem omnium, quę homo propter se diligit. Sic suo modo amor Dei ad amorem omnium, quę propter Deum finaliter diliguntur se extendit. Amor Dei delectationibus spiritualibus inflammatur. Itaq; quę vnum amorem fouēt, alterum infirmant. Hinc est illud Aug. Gustato spiritu desipit omnis caro, & èconuerso. Qui ergo in via Dei progredi voluerit, & spiritussancti igne repleri, oportet fugere consolationem carnis, & mundi, quibus (vt dictum est) nutritur amor noster, infirmatur amor Dei. Hæc enim est natura spiritualis flammæ secundum Chrys. super Matt. vt nullam secum carnalium cupiditatum ardere patiatur. Nec ideo minus cauēdæ, quia modicæ, ac breues, ac præ

ceptis Dei non directè contradicentes, qa modico oleo crescit maximus ignis, & fomes peccati semper ad malum inclinatur. Sufficiat pro huius probatione doctrina Christi omnium dignissima di centis. Expedit vobis, vt ego vadam. Ni si enim ego abiero para. non veni, ad vos. Si autem abiero, mittam eum vobis.

Signa q-bus cognoscitur adesse. S. S.

Ad tertium. Euangelium aliqua signa ponit aduentus spiritussancti. s. repræhensio conscientiæ de fidei debilita te, de iustitiæ imperfectione, de iudicij futuri defectuoso timore. Hæc enim in se cognoscens homo, & emendam si ꝓpositũ concipiens, testimoniũ habet spi ritussancti. Quo cõtra negligentes hñt spiritumsanctum testem contrarium. Ipse enim est, qui reddit testimonium spiritui nostro.

Qui ergo credit in Christum, ei amore inhęrendo, hic hêt testimonium. Refert autem credere Deũ, & in Deũ. Credere in Deũ nõ est sine spe, & charitate. Cre dit ergo in eum, qui ei charitate vnitur, & incorporatur. Aug. serm. 62. de verbis euangelij. Secundũ signũ est propositum de recuperando iustitiam neglectã, hoc est propositũ firmũ conformandi se voluntati diuinæ. Iustitia enim, de qua spi ritussanctus mundũ arguit, est iustitia legalis, non particularis. s. efficax imple tio omnis paternę voluntatis, & obediens subiectio toti legi. Sic eñ ait apo stolus. Humiliauit semetipsum factus obediens &c. Misericordię fuit, quod causam nostram agendo peccata nostra portauit in corpore suo super lignum. Iustitiæ fuit, quod post gloriosum mor tis triumphum ad patrem rediit. Hæc .n. iusta quędã merces fuit obedientiæ illius, qua factus est obediens vsque ad mortem ignominiosissimam, sententia est Aug. ser. 62. de verbis euangelii. Meritò ergo mundus de iustitia Christi, qua ad patrem vadit, arguitur, qui, quæ sua sunt, quærit, non quę Iesu Christi, per inobedientiam, & non impletionẽ legis, qui est amor effectiuus. Et sic redargutio de peccato est redargutio de amore effectiuo, sed de iustitia est de amore effectiuo. Siquidem iustitia via est ad regnum, sicut ait dominus. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Mat. decimonono. Tota verò iustitia est legis obseruatio. Hanc verò Christum tenuisse, probat patens ascensus eius ad patrem. Si enim iniustus, & non ex Deo fuisset (vt iudæi conuitiando dixerunt) ad patrem non ascendisset. Tertium signum est, Si timemus iudicium finale futurum, quia si diabolus princeps mun danorum iudicatus est sententia damnationis, & nos, qui membra eius sumꝰ, iudicabimur. Si enim nos hic iudicaue rimus, concipientes propositum salubre viuendi Deo, non iudicabimur à domino. Ideo hic attendamus arguen tem spiritum, & reformemur ad eius correptionem, vt ibi eum habeamus eundem nos saluantem, & omnia remittentem. Discamus ergo in fide solidari, sine qua impossibile est placere Deo, vnde & peccatum infidelitatis an tonomasicè peccatum dicitur. Et quia omnis malus ignorans 3. Eth. imitemur iustitiam eius, qui ascendit ad patrem, non patiamnr frustrari exemplar nobis ostensum. Non solum est vita in præmio, nec veritas tantum in verbo, sed via in patenti conuersationis exemplo. Timeamus iudicium, quia si prin ceps mundi huius iudicatus est, si peccantibus angelis non pepercit 2. Pet. 2. si non originali mundo, si non Sodomi tis, si non Israel in deserto Quid de nobis fiet? Hæc cogitantes, & opere perficientes, testimoniũ habemus spiritussancti præsentiæ.

DOMINICA CANTATE Sermo. II. in ordine. XLV.

CVM venerit ille, arguet mundum de peccato. Io. 16.

Saluator noster ex hoc mũdo trã siturus ad patrem, discipulos, quos ex omnibus mũdi huiꝰ hominibꝰ elegerat

vt per eos salus conquisita mundo nunciaretur ac in fidei vnitatē electi congregarentur, sua absentia nimium contristandos agnoscens, ne in ipsa tristitia sua succumberent, paternè consolatus est, promissione alterius paracleti, spiritus.f.sancti, cuius consolatione, omnis eorum tristitia vertenda erat in gaudium, & gaudium tale, quod deinceps nemo tolleret ab eis, sicut dicitur in eodem ca. Sed fortè di. Quomodo promittitur spiritussanctus, quem iam recepetūt? Iam enim electi, iam dilecti erāt à domino, vtrūque attestante veritate. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos Ioan. 15. Et cap. 13. Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transiret ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Sed sine spirirusancto inhabitatore neque eligi. (Siquis spiritum Christi non habet, hic non est eius, Rom. 8.) neq; diligi poterant, dilectione saltem gratuita, quæ dilectos facit amicos Dei, qua discipuli dilecti sunt, quibus iterum dominus ait. Iam non dicam vos seruos, vos autem dixi amicos. vbi supra 15. cap. Hæc enim gratuita dilectio est per charitatem infusam, quæ sine spiritusancto non infunditur. Rom. 5. Charitas diffusa est &c.

Neque spiritussanctus diuisibilis est, vt partim aut imperfectè primò, & post domini ascensionem totaliter, & perfectè daretur. Indiuisibile enim, aut totū datur, aut omnino non datur. Sed facilè soluitur. qui in spiritussancti datione non modo substantiam, sed operationē rimatur. Nam diuisiones gratiarū sunt vnus autem spiritus, propter quod August. homil. 74. super Ioan. Non solum non habenti, verumetiam habenti non incassum spiritussanctus promittitur. Non habenti, vt habeatur, habenti, vt amplius habeatur. Recepturi itaq; erāt spiritumsanctum quantum ad plenitudinem charismatum, & consolationem, quem iam totum habuerant quantum ad substantiæ illapsum, & gratiæ iustificantis infusionem, qui tanta eos perfectione illustraret, tanto amoris igne depulso timore accenderet, vt per eos mundum constanter de peccato, de iustitia, & de iudicio argueret. Pro gratia Aue.

Signum manifestum præsentiæ siue aduentus spiritussancti euangelium prodidit, quod nō solum in discipulis, sed etiam in nobis eius inhabitatio attestatur. Hoc est argutio mundi de peccato, iustitia, & iudicio. Nam sicut spiritussanctus per illos mundum maiorem (ad cuius conuersionem mittendi fuerant) arguit. Ita in nobis mundum minorem nosipsos in conscientia propria de eisdem peccatis emendando corripit. Videamus ergo breuius, quomodo hæc per apostolos Secundò paulò latius quomodo hæc agit per nosipsos. Quo ad primum spiritussanctus apostolis missus, mundum per eos de triplici peccato arguebat, videlicet. De peccato infidelitatis. De peccato negligentiæ iustitiæ. De peccato contemptus iudicii. Sic dominus declarat, dicens quo ad primum quia non crediderunt in me. Quo ad secundum, quia ad patrem vado, & iam nō videbitis me. Quo ad tertium, quia princeps mundi huius iudicatus est. Peccatum illud, de quo iudicādus erat mundus, peccatum infidelitatis est. Nominatur autem peccatum infidelitatis specialiter, peccatum antonomasicè secundum glo. interlis. quia eo manente cætera manent, eo discedente, cętera remittuntur. Vnde Ioan. 10. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit carne, viuet spiritu, sicut Abraam, Isaac, & Iacob, quorum Deus nominari voluit, nō vtique mortuorum spiritu, sed viuorū. Mat 22. Et qui viuit, & credit in me, nō morietur in æteruum, etiam si ad tempus carne dormierit. Sed de hoc infra. De iustitia Christi, & sanctorum neglecta, quam mundus non imitatur, quæ est via ad regnum, sicut ait dominus, Si vis ingredi ad vitam, serua mandata Mat. 19. Tota verò iustitia est legis obseruatio. Hanc autem tenuisse Christū probat patens eius ascensus ad patrē. Hoc est, quod ait, de iustitia autem, qa ad patrem vado, non rediturus ad car-

Signa p̄sentia S S.

nem

nem mortalem, ideo ſubdit, & iam me non videbitis.ſ. in mortalitatis habitu, ſed in gloria patris. Ad quam propter obedientiam iuſtitiæ exaltauit illum pater, Ad Phil.2. De iudicio extremo contempto, quo Sathanas mundi princeps.i.mundanorum caput, & rector iã iudicatus eſt, quia iam foris miſſus, iudicio ignis eſt reſeruatus. Videbam inquit Luc.10. Sathan ſicut fulgur de cœlo cadentem. Vbi autem caput, ibi & membra eius. Quomodo autem ſpiritus per apoſtolos de his arguit, patet ex Actibus apoſtolorum, & epiſtolis, quemadmodum de his in ſuis prædicationibus mundum arguerunt, & ad oppoſitas virtutes induxerunt. Tantum de primo.

Sine inhabitatione S. S. nemo ſaluatur.

Sicut præſentiæ ſpirituſſancti dati apoſtolis nedum ad propriam ſanctitatem, ſed etiam ad communem eccleſię vtilitatem teſtimonium eſt arguitio mũdi &c. Ita ſimilis operatio eiuſdem ſpirituſſancti in nobis ſignum eſt eius præſentię ſalutaris. Valde autem, & omnino neceſſaria eſt nobis inhabitatio ſpirituſſancti, ſine quo ſalui eſſe non poſſumus. Sic enim ſine charitate ſaluaremur, contra illud apoſtoli 1.Cor.13. Charitatem ſi non habuero, nihil ſum, & cętera nihil mihi proſunt. Charitas increata ſpirituſſanctus eſt, creata vero non ſine ſpirituſancto vt ſupra. Laboremus ergo vt ſic in nobis hoc ſit ſignum argumentationis. Eſt autem, ſi diſplicet infidelitas, neglectus iuſtitiæ, contemptus iudicii.

Hęc tria peccata, & vitia cętera includunt, & totam animam deordinant. Conſiſtit enim animę vita incognitiua & effectiua quo ad operationes, & paſſiones. Per infidelitatem deordinatur cognitiua, per negligentiam iuſtitiæ operationes affectiuæ, per contemptum iudicii paſſiones affectiuæ. Per oppoſitas virtutes tota anima rectificatur per fidem cognitiua, per iuſtitiam operatiua, per timorem affectiua. Sine his ſalus nulla eſſe poteſt. Fides fundamentum eſt, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. Heb.11. & Io.4. Qui non credit, iã iudicatus eſt. Iuſtitia fidem format, ne ſit inanis, ne ſit mortùa, ſi fuerit ſine operibus iuſtitiæ ſecundum Be. Iacobũ in ſua canonica cap.2. Timor paſſiones animæ temperat, ne fidem, & iuſtitiam obruant, qui licet non ſit principalior in paſſionibus, cedit enim amori, qui eſt fons paſſionum eſt, tamen initium ſapiẽtiæ ſecundum prophętam, & ita quaſi frenum aliarum. Nam timor moderatur ſpem, gaudium, amorem & dolorẽ. His ergo in nobis exiſtentibus, nihil deeſſe poteſt. Nam fides tanquam prima theologicarum virtutum, vt perfecta ſit, cæteras includit, charitatem dico, & ſpem. Iuſtitia eſt virtus vniuerſalis 5. Eth. omnes morales virtutes complectens. Neque enim iuſtus eſſe poterit intemperatus, incontinens, inconſtans, inprudens. Timor ferula eſt, & frenum cęterarum paſſionum. Non enim diligit non diligenda, nec ſperat vana, nec gaudet, aut deſyderat peritura, nec dolet præſentia incommoda, qui timet futura, & æterna intolerabilium pęnarum iudicia, ſicut paratus eijcit merces qui ſummerſionem timet.

Quomodo virtutes habere poſſimur.

Ad has ergo virtutes tendamus, ſit nobis liber, & exemplar Chriſtus, qui nobis factus eſt via, veritas, & vita. ſit magiſter ſpirituſſanctus, qui nos attendere doceat exemplar hoc, & eius doctrinam intelligere, opera imitari, iudicium futurum timere. Credamus hunc verum Dei filium, veritatem patris, & ſapientiam, ſtudeamus præomnibus intelligere, & memoriæ commendare ei9 doctrinam, vitam, mandata. Hæc eſt ſola, & perfecta ſapientia, & ſcientia Ieſum ſcire, & hunc crucifixum. Scientes certiſſimè, quia ignorans ignorabitur. 1.Cor.14. Et qui erubuit hoc noſcere, & confiteri Chriſtum coram hominibus, erubeſcet, & eum Chriſtus confiteri coram patre; & angelis eius. Luc.9. in effectu. Lamentatur B.Bern. hominum ſtultitiam, & labores in diſcẽdis perituris, & negligentiam in ſtudendo ſalutaria, & æterna In meditationibus ſuis. vide ibi. Non autem ſufficit credere dictis, & doctrinis Chriſti, niſi etiam ea

per

per imitationem eius opere impleamus Nam secundum Iaco. diabolus credit, & contremescit. Neque enim solum veritas est Christus in doctrina, & promissis, est etiam via iustitiæ in præceptis, & voluntate patris implendis. Considerate charissimi, quod beatitudo, quã expectamus, merces est, & præmium laborum, ac corona certaminum, secundum illud Voca operarios, & redde illis mercedem. Matthęi. 20. Et merces vestra copiosa, est in cęlis. Luc. 6. Sed nemo, qui non laborat, præmiabitur. Nemo, qui non legitimè certauerit coronabitur in agone. 1. Tim. 2. Non ergo decipiamus nosmetipsos, Deus non irridetur. Quæ seminat homo, hęc & metet, de carne corruptionem, de spiritu vitam ęternam. Gal. 6. In carne seminat, qui carni seruit, curam carnis agẽs in desyderiis, parum, vel nihil curans de spiritu. Qui in acquisitione temporalium solliciti sunt, tędiosi in omnibus, quæ ad Dei honorem, & veram salutem proficiunt, qui mandata Dei negligunt implere, immo scire, qui saltem dominicum diem, & in ea domino, & propriæ saluti vna hora laborare, immo vacare ad diuina, laborem putant, & tędio victi omittunt. Quid rogo illi sperare possunt, pro quo opere æterna p̃mia percipere præsumunt? Decipiunt certè non Deum, sed seipsos, iustitiam Christi imitari contemnentes.

Timendum est iudiciũ.

Timeamus tandem dilectissimi iudicium finale certissimè futurum, vbi secundum opera sua quilibet iudicabitur Nullum ibi fugę præsidium, nulla excusatio, nullum de alienis meritis auxiliũ nulla omnino personarum acceptio. Nã si stella matutina nobilissima creatura Lucifer ipse pro neglectu iustitię proiectus est, & iudicatus. Cui hominũ parcet iudex iustissimus? qui discernit inter stellam, & stellam? glebas non discernet? qui aurum examinauit, & reprobauit, limũ terræ non iudicabit? sententia est beati Bern. In his certè si nos iudicauerimus, & nosipsos arguendo emendamus, certum habemus signum pręsentiæ spiritussancti. Quia si neglexerim⁹, non ipse negliget iudiciũ suum, & quos hic iudicat ad emendationem, tunc iudicabit ad æternam damnationem. Est quidem spiritus benignus, & suauis, sed suscipiendus, contemnendus aut spiritus, iræ, & furoris. Vnde caueamus ab ira columbę, hortatur Hieremias c. 25. Quoniam si benignitas Dei, dulcedo Dei, dilectio Dei, indulgentia Dei nos condemnat, quid est, quod saluari possit? Ideò hic attendamus arguentem spiritum, & reformemur ad eius correptionem, & ibi habeamus eundem nos saluantem, & omnia remittentem. Amen.

DOMINICA VOCEM iocunditatis Sermo I. in ordine. XLVI.

AMEN, amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Io. 16.

De oratione p̃cessionũ. orandus est Deus licet immutabilis.

Recessurus à discipulis dominus corporali præsentia ad spiritualem præsentiam, qua semper cum domino esse, atque sibi confabulari poterunt, instruit, cum ad orationis instantiam hortatur, atque orationis efficaciam demõstrat. Nam secundum Isido. lib. 3. de sum. bo. cap. 8. Qui vult semper esse cum domino, frequenter oret, aut legat. Nam cũ oramus, cum Deo loquimur, cum legimus, nobis loquitur Deus. Quamuis autem Deus pater sciat, quid nobis opus sit, antequam petamus. Mat. 6. Est quoque in sua voluntate immutabilis, sicut dicitur 1. Reg. 14. Neque enim homo est Deus, vt agat pęnitentiam. Non tamen desistendum est ab oratione, sed omni instantia, necessaria corporis, & animæ à domino petamus. Sicut ipse hortatur Luc. 11. Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis, omnis enim, qui petit &c. Quoniam is, qui præuidit, & præordinauit hæc, vel illa certo tempore se daturum, præuidit, & pręordinauit etiam media, quibus hæc consequamur. s. orationes, opera meritoria nostra, vel aliorum &c. Sic Deus saluauit Paulum interuentu sancti Stephani. Act. 8. Cornelium

lium illuminauit ad fidem, sed per Petrum Act.10. Amicis Iob parcere statuit, sed per sacrificium Iob. eiusdem. vlt. Non ergo inanes sunt preces nostræ, sed efficaces; propter quas, & non aliter Deus dare disposuit, secundum verbum thematis, Amen, amen dico vobis. Pro gratia Aue maria. Quia in huius dominicę euangelio a d orationem confugere docemur, & quomodo orare efficaciter debeamus instruimur. Ideo rectè dies rogationum subiungun tur, vt edocti opere expleamus, & semen verbi Dei proiectum in cor, multiplicem afferat fructum. In quibus etiam diebus non priuatim, sed in publico patrem orantes, processionem facturi, animas nostras coram Deo effundimus. Necessarium itaque iudicaui. Primò causam institutionis processionum inquirere. Secundò, quam sint impetratorię, & efficaces. Tertiò, quomodo fieri debent, vt sint efficaces nobis apud Deum. Quæ vt congruentius fiant, textum euangelii prætermittamus &c.

Causa institu- tiõis Rogationũ. Quantum ad primum Lætania in greco, rogatio in latino dicitur. Dicun tur autem illę lætaniæ siue rogationes minores, ad differentiam maiorum, quæ fiunt in die sancti Marci. Nam illæ habitæ sunt in maiori loco, scilicet Roma, a maiori episcopo institutæ scilicet Grego. magno, pro maiori causa, scilicet peste inguinaria, populum subitò vastante. Istæ autem in minori loco, à minori episcopo, pro minori causa institutę leguntur, scilicet secũdum Guilhel. in Rationali, à Mamerto episcopo Viennensi in Vienna, propter morsus ferrarũ, terręmotus hominis in Gallia perimentium, cum ieiunio triduano, & tempore Zenonis imperatoris. Et post assumptæ, & approbatę creduntur per totam ecclesiam vniuersalem nedum decreto, sed & vtendum moribus. Nam in concilio Aurelianensi, vt habetur de conse. dist. 3. Rogationes. ita statutum est, Rogationes, & lętanias ante ascensionem domini placuit celebrari, ita vt præmissum triduanum ieiunium in dominicæ ascensionis solemnitate soluatur, per quod triduum serui, & ancillę ab opere relaxentur, quo magis plebs vniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis vtantur. Item eadem dist. Pronunciandum. numerantur rogationes inter dies feriandos. Non tamen ex eisdem causis, quibus primò institutæ sunt in Vienna, sed propter remotionem mali pęnę. s. guerrarum, famis, & pestilentiæ, ad quæ omnia mala reduci possunt, saltem temporalia. Secundò propter impetrationem gratiæ, qua sequi meremur dominum iam in cælum ascensurum. Fit ergo primo vt per orationes & ieiu nia &c. dicta mala effugere valeamus. Hoc. n. tempore bella surgunt, fructus tenerrimi periculo expositi sunt. Hoc et tempore plus homines peccant voluptati seruientes, vnde pestilentię, & cætera dicta fiũt. Dicitur etiam, quod Romani propter suam voluptatem, quam post quadragesimam resumpserunt, sic sunt puniti. Nos ergo similiter faciamus &c. Secundò, quia iam instat ascensio domini. Nos ergo dominum recessurum peta mus, sursum corda leuemus, terrena despiciamus. Ad quod faciendum (corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sa.9.) ideo ieiunium prçmittitur. Auis enim abundans carne, & pauper pennis volare nonpotest &c. De secundo ad ostendendum efficaciam processionum. Notandũ, quod ecclesia duplices instituit processiones. Quasdam ad rememo randum processionem Christi, & apostolorum. Et hæ fiunt solemniter, & gau diosè, vt in purificatione, in palmis, de quibus nihil ad præsens. Alias ad impetrandum liberationem à malis imminentibus, & illæ sunt magis meroris & pœnitentię, quales sunt rogatio nes. Hę itaque processiones, dum fiunt, vt oportet, multum sunt imperatorię. Duplices processiones institutæ ab ecclesia.

Et hoc potest ostendi ex tribus. Primò, quia in ea est congregatio totius populi, quæ repulsam non patitur. Si enim vt Iacobus ait, Orate pro inuicẽ, vt saluemini, quia multũ valet dep-

catio iusti assidua. Eiusd.5.quanto magis totius populi, vbi præsumitur multos fore iustos. Hinc Mat.18. dominus dicit, Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re,quam petierint, fiet illis à patre meo.Causam subiungit Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo,in medio eorum sum. Si ergo tantum placet domino paucorum consors oratio, quantò magis multorũ concordi charitate effusa. Hæc nouit apostolus,qui 1.Cor.1.ait:Quoniam & adhuc eripiet nos de tribulatione, adiuuantibus &vobis in oratione pro nobis vt ex multarum personis facierũ eius, quæ in nobis est donationis, gratiæ agãtur Deo pro nobis. Ecce ex multitudine mulierum,& virorum orantium,cõfidentiam hausit ereptionis,vt sic exaudita multitudine,tota multitudo obligetur Deo ad gratiarumactiones rependendas, Secundò, quia processio actus est excellentis fidei,& profundę humilitatis.

Fides autem necessaria est oranti,dicente Iaco.1 Postulet autem in fide nihil hęsitans. Et Mat. 21. Omnia quæcunque petieritis in nomine meo, credentes accipietis. Similiter humilitas orationem facit exaudibilem. Vnde in psal. Respexit in orationem humilium &c.& 1.Petri 1.Deus superbis resistit,humilibus autem dat gratiam. Est autem processio signum, & protestatio exaltationis Dei, & humiliationis populi. Nam populus Deo processionem faciens;præsertim cum precibus,& missis processionalibus, protestatur in hoc Deum fore primum, & vniuersale gubernationis principium, excellentissimum,potentissimum,&sapientissimum ad omnes miserias subleuandum, & cũcta bona tribuendum. Recognoscit etiã in hoc suam miseriam,& indigentiam, atque subiectionem. Ob has etenim causas legimus Deo factas processiones, & propter consimiles fieri videmus.

Quid processio sit.

Hæc intendisse filios Israel procedentes obuiam Christo venienti in Hierusalem in die palmarum, verba, quæ protulerunt, declarabant. Clamabant siquidem,Benedictus,qui venit in nomine domini rex Israel, fili Dauid osanna in excelsis. Matthei 21. Iosaphat quoque rex Iuda,cum cognouisset maximã multitudinem filiorum Moab,ac Amonitarum, ac habitatorum montis Seir contra se venire, cui resistere non poterat, processionem instituit ad rogandum dominum,& ieiunium indixit. Cõgregatoque Iuda, & de vrbibus suis venientibus ad deprecandum dominum, stans in medio eorum Iosaphat, ait,domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cęlo, & dominaris cunctis regnis gentium, in manu tua est fortitudo, & potentia, nec quisquam tibi potest resistere. Et sequitur,In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimùs huic multitudini resistere, quæ irruit super nos, sed cũ ignoremus, quid agere debeamus,hoc solum habemus residui,vt oculos nostros dirigamus ad te &c.2.Par.20.Ecce patet clarè ex verbis regis, quid per suam conuentionem significabant. Sic quoque cum hominibus processionem facimus, superiores eos agnoscimus, quia inferioribus nõ fiunt, vel honoramus eos, aut eorum iram mitigare studemus, vt cum principem, vel regem suscipimus, aut nos inimicis subiugamus, sicut de Holoferne scribitur Iudith. 3.

Tertiò, quia processiones huiusmodi, dum ita, vt oportet, celebrantur, propter cantica, missas, orationes, propter denique cerimonias multiplices, multum sunt excitatiuæ piarum mentium ad deuotionem, qua præparatur animus ad ardenter petendum, ad impetrandum certitudinaliter, ad capiendum abundanter. Et ob hoc tam in veteri, quam in nouo testamento leguntur institutæ. Iohel nanque 2.dicitur,Canite tuba, sanctificate ieiunium, vocate cętum, congregate populum, sanctificate ecclesiam,coadunate senes, congregate paruulos, & sugentes vbera matris.Et sequitur,Dicent,Parce domine,parce populo tuo, & ne des hęreditatem tuam in perditionem. Et pręmittitur, Quis scit, si conuertatur, &

igno-

ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem. Et in nouo testamento instituit Liberius papa, vt pro liberatione à fame, peste, gladio & huiusmodi, semper lętaniæ fiant, quod & ecclesia vsque ad nostra tempora continuat, cuius autoritas summè est veneranda. Eas denique efficaces fuisse historiæ, & sanctorum patrum scripta multipliciter ostendunt. Nam per processionem Gregorii, cessauit pestis inguinaria. Per rogationes Mamerti episcopi, ferarum inuasio, terręmotus &c.

Qũo agẽdæ processiones vt sint impetratoriæ.

Quantum ad tertium videndum, quomodo agendę sunt processiones, vt nobis fiant efficaces ad impetrandum necessaria mentis, & corporis, quia nostra culpa est, si non semper impetramus. Iacob. 4. Petitis, & non accipietis, eo quod malè petatis. Quis nouit explicare deordinationes in clero, in laicis cauillationes, discursus, paucitatem comitantium, comessationes, fontanea, & cętera multa? Audite concilium Aurelianense, vt supra. Sunt autem duæ causæ deordinationis, & inefficaciæ processionum nostrarum. Vna, quia imparato animo nos processioni immiscemus, & orationi sordentes in peccatis resistimus, contra illud Eccle. 18. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse, quasi homo, qui tentat Deum. Ideo necesse est, vt ab his operibus emũdemus nos, per quæ iram Dei meruimus. Alioquin si auertimus aures nostras, ne audiamus legem Dei, oratio erit execrabilis. Prouer. 28. Vnde peccatis polluti processioni insistentes, plus offendunt, quam placant dominum, propter quod nonnunquam, qui se sacris immiscuerunt, & paulo ante coniugali operi, non tamen illicito deseruierunt, grauiter à Deo puniti sunt, vt de quadam nobili muliere recitat Grego. lib. 1. dialo. cap. 10. Necesse ergo erit primum à peccatis saltem peccatorum detestatione propter Deum offensum purgari &c.

Secunda causa est ignorantia nostra, quia opera exteriora, & cerimonias specietenus, & multò carnaliores Iudęis ad ea, quæ latent mysteria, pęnitus non aduertimus. Non attendentes, q͛d secundum Augustinum in de doctrina christiana, obseruantia ecclesiastica nedum verbis aliquid significat, sed & factis. Et secũdum philosophum 10. Eth. In moribus plus creditur operibus, quã sermonibus. Ideo secundum Augustinũ de fi. & le. vniuersaliter quicquid exterius corporaliter, & sensibiliter in sacris agitur, figura, & repręsentatio quædam est spiritualium, per quæ simplices, & indocti velut per quędam sensibilia instruantur ad spiritualia cognoscenda. Quæ quia non attendimus, plus ad risum, quam ad deuotionem excitamur.

Tria consideranda in processionibus.

Inter alia itaque consyderemus in processionibus nostris tria. Primum, quia præfertur crux, & vexillum, quæ sequuntur capsulę reliquiarum. Deinde sequitur clerus, post clerum populus, primum viri, deinde mulieres. Procedunt autem bini, & bini ordinatè, atque cantibus, orationibus, vel meditationibus vacantes, animam suam corã Deo effundunt, suas miserias exponendo, & auxilium Dei suppliciter postulando.

Præcedunt crux, & vexilla, & reliquię duplici de causa. Primò, ad terrendum dęmonem, & fugandum, quoniam hoc signo victi sunt, ideo valde terrenus. Nam dicit Chrys. Vbicunque dęmones signum dominicum viderint, fugiunt, timentes baculum, quo plagam receperunt. Correspondet figura T Exod. 11. & Ezech. 9. Vnde canit ecclesia, Ecce crucem domini, fugite partes aduersæ, vicit Leo de tribu iuda. Verum, quia nõ solum Leo ille Christus vicit, sed & in virtute eius sancti omnes crucem suam post Christum ferentes, diabolum vicerunt, sequuntur crucem, & vexillum signum triumphale reliquię sanctorum. Secundò, vt in cruce Christum intelligamus, qui in terra veniens, nos verbo, & exemplo præcessit, seipsum viam nobis fecit in facto, veritatem in verbo, vitam in crucis mysterio. Itaq; sicut processio crucem sequitur ordinatè, donec redeat in ecclesiam, sic nos mores,

& vitã Christi sequentes,& præ oculis iugiter habentes,ipsum sequamur, donec videamus Deum Deorum in Sion, de virtute in virtutem ambulemus post triumphale signum, donec victores vitiorum finaliter coronemur. Ad hoc conferunt sanctorum suffragia,& exempla. Ideo eorum reliquiæ crucem sequuntur.

Quia verò ordinatè sequitur laicus clerum,præter hoc quod confusionem tollit, significat nobis perfectionem pastorum super gregem, & contemplatiuorum super actiuos. Et pulchrè hoc fuit figuratum in excubiis arcæ.Num.3.vbi circum circa sacerdotes,& leuitę arcam girabant,nec quisquam laicorum accedere quouismodo ausus est.Separantur à viris mulieres, nec quæ spiritu incipiuntur,carne consumentur. Gal.3. Impertinens nimium est commixtio,vt cũ diuinis intendere debemus, viris mulieres misceantur: & præsente obiecto nequam ab intentione spiritus, ad turpitudines animus distrahatur.Procedunt autem bini, & bini ob commendationem fraternæ charitatis, secundũ Ber. ser.de puri. ac socialis vitæ, ac detestationem singularitatis. Propter hoc ẽt misit discipulos suos binos, & binos ante faciem suam &c. Luc.10. Quisquis ergo solitariè incedere curat,perturbat processionem,nec sibi soli nocet, sed cęteris est molestus. Hi sunt, qui dictum ordinem non seruant, sed segregant se metipsos,animales, spiritum non habentes,nec solliciti sunt seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.Hęc Bernard. Hi reuera non petunt patrem in nomine Christi, quia ordinationẽ Christi,& ecclesiæ sponsę suæ paruipendũt, dehonestant &c.Ideo non exaudiuntur seque ad Christum non pertinere ostendunt, quia quæ à Deo sunt, ordinata Roman.3. sed ad diabolum principem horroris, & confusionis, cuius opera exequuntur,confundendo opera Christi.Idcirco vt nostræ orationes fiant acceptæ Deo, singuli in suo ordine incedant, canentes, & psallentes spiritu, & mente, pariter & voce.

Nemo præcurrat, nullus laicorum se clericis immisceat. Nulla omnino fœminarum nisi in ordine suo post viros præcurrere, vel processioni obuiare præsumat, alioquin non se Christum probat imitari, sed contrariari, quatenus orantes exaudiri mereamur &c. De oratione latè vide in canone nostro super Pater noster. in multis lectionibus.

DOMINICA VOCEM iucunditatis Sermo II.in ordine.XLXII.

VSQVE modo non petistis quicquam in nomine meo &c. Io.16.

In cunctis deficit super humana infirmitas,nec maximis, nec in minimis sibi sufficit. Quod clarè apostolus cõtestatur, dum facultatem aliquid cogitandi ex nobis, tanquam ex nobis nobis in esse pœnitus diffitetur.Et quid cogitatione mobilius, atque facilius? quippe quam omnis humana operatio præsupponit. Alieno itaque indiget homo in omnib⁹ adiutorio. Sed vnde hoc requiret?num à creatura aliqua?rectè id ageret,nisi scriptum legeretur.Vanitati subiecta est omnis creatura. Roma.8. Necesse ergo est à Deo, solo stabili,solo indeficienti,& perfecto auxilium expectare.In Deo nanque sumus viuimus & mouemur.Act 17. Verũ, quia Deus nullius existit debitor, quæcunque impendit, sola voluntate gratuita, ac liberalissima donat benignitate,sicut idem Paulus de seipso confitetur. Gratia Dei inquit,sum id,quod sum 1. Corint decimoquinto & 3.de conso. metro.nono Quem non externę pepulerunt fingere causę. Verum insita summi forma boni liuore carens. Nullo aptiori medio,quam oratione supplici cuncta nobis requirimus opportuna. Hinc & gentilis ille,& prope diuinus Plato in minimis quoque rebus diuinum auxilium docuit implorare.Totiens deniq; dominus ipse in euangelio nos ad petendum

Qui sho mo in cũctis deficit eget auxilio.

hor

hortatur vt etiam Luc. 18. dicat: Oportet semper orare, & nō deficere, nec aliquando orationibus nostris fatigat, immo delectatur eis, paratissim⁹ dare, q̄ rectè postulātur, sūmā idcirco nobis praestās impetrādi fiduciā, qm̄ ipse petere iubet, quæ p̄stare vult atq; potest. Hinc b. Aug. in de verbis euangelii ser. 29. ait: Non vtiq; nos tantum hortaretur, vt peteremus nisi dare vellet. Erubescat humana pigritia, plus vult ille dare, quam nos accipere. Plus vult ille misereri, quam nos à miseria liberari. Et quoniam apostoli nondum, quæ oportuit, petierunt, recessurus ab eis dominus vnicum contra omnes imminentes aduersitates commendauit præsidium, ipsam scilicet orationem, cui etiā exauditionis fructū adiunxit, dicés Vsq; modo &c. Pro grā Aue Mar. Recitabitur primò euangelium. Secundò elicietur doctrina. Tertiò exhortatio. Euangeliū Amen, amen dico vobis &c.

In omnibus recurrēdū é ad dominum oratione

Doctrina hæc est: Progredienti in via salutari ad vniuersa obstacula remouendum, est fidenter ad orationum suffragia recurrendum. Clarissimè hanc doctrinam tradit in euangelio dominus promittens exauditionem petentibus patrem in nomine eius, quecunq; petierint. Nec de promissione dubitandum dicente Iacob: Petat autem in fide nihil dubitans. Et dominus cuidam petenti vt fidelem suum à dæmonio liberaret: Respondit: Si potes credere omnia sunt possibilia credenti Matth. nono. Dumtaxat sollicitè curemus, vt quomodo, & quando oportet, oremus, sic enim confidenter orantes accipiemus, dicente Bernard. serm. 5. de quadragesima: Nemo nostrum paruipendat orationem suam. Dico enim vobis quia ipse, ad quem oramus, non paruipendit eam, postquam egrassa sit ab ore nostro, ipse eam scribit in libro suo. Et vnum e duobus indubitanter sperare possumus, quoniam aut dabit quod petimus, aut q̄ nouit nobis vtilius.

Quomodo autem orandum sit dn̄s in eo significat cum dicit: Siquid petieritis patrē in nomine meo. In nomine, Iesu petit, qui ita petendo se habet ad Deū quō dominus se habuit ad genus humanum. Affectuosissimè dilexit gen⁹ humanū dominus, quē amoris affectū, vt nobis declararet, & nostrum in se affectum prouocaret, tantis suppliciis (cum tamen aliter posset) nos liberare voluit, vt supra habitum est in octaua Paschæ. Qui ergo affectuosè orat ex feruenti charitatis desyderio, hic in nomine Iesu orat. Siquidem tepida oratio in ascensu languescit, & deficit, eo quod non habeat vigorem, ait Bern. sermone 4. de quadragesima. Orandum itaque erit affectuosè nec confert aliquid verborum tepida multiplicatio, nec clamorosa vocis exaltatio, sed affectus magnitudo. Hoc est, quod dominus. Matth. sexto orantes docet in cubiculo mentis clauso ostio affectu scilicet orare, contra vocis clamorem, & pauca loqui, contra verborum multiplicationem. Ideoque prius, quam oremus, affectum præparemus, quo præparato, iam tempus est, quo oremus, immo verò bene affici, orare est, cum Damascen. teste: Oratio est ascensus mentis in Deum per pium, & humilem affectum.

Quomō præparemur ad orationē

Affectus autē præparatur lectione, & meditatione. In meditatione mea exardescet ignis idest affectio ignita, siue amorosa. Neque enim est affectio aliqua bona, & laudabilis quam meditatio non pariat. Siquidem meditatio attenta diuinæ potentiæ, sapientiæ, & bonitatis, propriæ infirmitatis, ignorantiæ, malitiæ, affectus parit timorem, admirationem, amorem, vt latè ostendit Ioannes Gerson de mystic. theol. practica. capitulo. octauo. Sed quis hæc rectè cogitabit, aut caueri poterit, ne inania quædam, & falsa meditando, limites à sanctis patribus constitutos transcendat, nisi contra hæc lectione, aut auditione fuerit instructus? sicut ait propheta: Tunc non confundar cum prospexero in omnib⁹ mandatis tuis. Sic ad orandum dn̄s Samaritanam induxerat mulierem Ioan 4. Cui quasi lectionem proposuit di-

cens, Si scires Dei donum, & quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam qua audita, & per sequentia clarius instructa, meditata est in corde suo bonum sibi fore, & vtile habere hanc aquam. Accensa quoque habendi affectu, ad orationem conuersa est dicés, Domine, da mihi hanc aquam. Ecce quomodo auditus verbi, & sequens super hoc meditatio, incitauerunt eam ad orandum. Quomodo enim esset sollicita ad affectuosè orandum, nisi prius petenda docuisset verbi auditio, accendissetque ad ea obtinenda meditatio? Huncque orandi modum, siue hos gradus accedendi ad dominum innuit Petrus 1. Pet. 4. Estote inquit, prudentes, & vigilate in orationibus. Primum ergo est per prudentiam cognoscere petenda, quam confert lectio. Secundum vigilans, & studiosa cognitorum masticatio, quæ est meditatio excitans feruorem, & affectum. Demum sequitur desyderatorum bonorum petitio. Et quia apostoli domini nódum cognouerunt clarè petenda ad salutem, licet prius varia à domino postularunt, sicut Petrus, vt dominus sibi ipsi parceret à morte. Filii Zebędei, vt sederent, vnus à dextris, alius à sinistris & huiusmodi. Sed non quomodo oportuit, non in nomine Iesu, nondum enim cognouerunt, quomodo petendum esset, ideo audierunt à domino. Vos nescitis, quid petatis. Et nunc vsq; modo nó petistis quicquam in nomine meo? Núc hoc sermone clarius à domino instructi, dicentibus ipsis, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia &c. Instabat nunc tempus accommodum, in quo secundum exhortationem Christi peterent affectuosè, & acciperent rectè petita.

Quid reddat orationé nostram affectuosam, & attentam.

Hoc est ergo, quod orationem nostrã reddit affectuosam, & attentam, & ita ad impetrandum efficacem, si eam præuenimus lectione, & meditatione. Lectionem nomino omne id per quod ad cognoscendum, & discernendum actualiter petenda excitamur, siue id fiat lectione, auditione, aut rememoratione. Meditationem verò appello studiosam consyderationem bonitatis, & fructus eius, quod petendum est, vel eius, qui petendus est, vel etiam pro quibus fit petitio, qua affectus ad id desyderandum accenditur. His enim præuiis exercitiis fit, vt in ipsa oratione animus ferueat, & minus euagetur. De quo abbas Isaac (vt refert Cassianus in coll. patrum colla. 10. cap. vlt.) ita ait, Quales orantes volumus inueniri, tales nos esse oportet ante tempus orandi. Necesse eñ est mentem in tempore supplicationis suæ de statu præcedenti formari, illisque eam cogitationibus orantem, vel ad cęlestia sublimari, vel ad terrena dimergi, quibus ante orationem fuerit immorata. Et in de mysti. theo. practi. ca. 5. Gerson, Prodest præuenire tempus orationis vocalis ea præmeditando, quæ depromenda sunt, vt liberius transeat in affectum.

Dicis fortè, Orare volo, sed orationis formam ignoro. Et licet plurimos libros plenos orandi formulis tenet ecclesia, sed hos aut legere nescio, aut si nouero, & propter nimiam prolixitatem, siue mentis nimia euagatione (qua statim rapitur ad alia) atque tędio nec legere huiusmodi valeo, nec audire. Sed ad hoc dicitur exceptis orationibus, ad quas homo præcepto obligatur à quarum solutione nec distractio mẽtis, nęc tędium excusatur. Omnino cauendum est à longis verborum compositionibus, pariter & tædio, frequenter quidem, sed breuiter orandum fore Cassianus colla 9. vlt. docet, ne immorantibus nobis aliquid inscere insidiator possit inimicus. Sit in Ægypto patres creberrimas, sed breuissimas orationes habuere. Sic de sancto Bartholomæo legitur, quod centies in die, centies in nocte flexis popletibus adorauit. Et Beatus Hieronymus. Melior est inquit, quinque psalmorum decantatio cum puritate, & spirituali hilaritate, quam totius psalterii modulatio cum anxietate cordis, atque tristitia, de

com

conſe.diſ.5.non mediocriter. Poterit er go quilibet ſecundum proprium affe-ctum, verbis illi correſpondentibus Deum inuocare. Poſſumus tamen hãc orationis breuis formam quaſi pro exemplo ſtatuere, quæ etiam ſua generalitate omni neceſſitati accommodatiſſimè famulatur, vt ſimplices illa poſt dominicam orationem, aut ſymbolum quaſi concluſione vtantur, aut etiam ſine iſtis pro ſua breuitate frequenter repetant, & ſero, & mane quotiens euigilant, quotiens ad opus accedunt quotiens ceſſando ab opere recedunt, arridentibus proſperis, infeſtantibus quibuslibet aduerſis, quam ſapientum vn⁹ in tractaculo de triplici via ad Deum pro incipientibus ordinauit

Orandi breuis forma.

Hæc ergo eſt orandi, quam diximus, forma. O optime domine pulcherrime, dulcis, & miſericors miſerere nobis, mei, vel illius, quos, vel quem precioſo ſanguine domini noſtri Ieſu Chriſti vnigeniti tui filii redemiſti. Et nonne oratio hæc conſonat illi cantico eccleſiæ, in letaniis, & rogationibus frequentando. Miſerere, miſerere populo tuo quem redemiſti Chriſte ſanguine tuo &c.

In hoc breui verborum contextu quaſi lectio quædam in quinque primis verbis præmittitur, quæ meditationem ſecum affert, bonorum affectuum gignitiuam, quibus præparatur animus ad ritè, quod ſequitur, perorandum. Habẽt enim ſapientes oratores hanc (vt Ambro. in lib. de ſacramentis loquitur) diſciplinam, qnod incipiunt à iudicis laudibus, vt eum fautorem ſibi præſtent, & beniuolum faciant cognitorem, quod etiam conſuetudo ſacrarum habet ſcripturarum. Ita & quod præmittitur in primis quinque verbulis, dominum, quem oramus, laudibus attollit, atque eius ſic beniuolentiam captat. Nõ quidem illum noſtris laudibus flectamus, inclinemus, aut moueamus, quſi immutandum à ſuę inſtituto voluntatis, pro pter quod hominem orare volẽtes pri⁹ laudamus.

Sed vt noſipſos orantes excitemus, vt feruenter, deuotè, & humiliter ad illum, & compaſſione ad nos afficiamur. Et quamuis dominus in ſeipſo ſit omni perfectione pleniſſimus, vt omnes noſtras in ſe ſufficiat abſorbere pias affectiones, quia tamen ſecundum abyſſum ſuæ diuinitatis habitat in monte vmbroſo, & condenſo, ac luce inacceſſibili à nobis facilius cognoſcitur per reſpectus, quibus ſe habet ad crea turam, & ſecundun hoc paratus erit in nobis affici ad eum.

Habet autem ſe multipliciter ad creaturam. Generaliter quidem ad omnem tanquam principium productiuum, ſiue creatiuum. Et ſecundum hoc dicitur bonus. Bonum eſt ſui diffuſiuum ſecundũ Diony. & quia bonus eſt, nos ſumus, ait Aug. 1. de doctrina chriſtiana. Vel tanquam principium conſeruatiuum, & regitiuum ſecundum imperiũ ſuæ voluntatis. Et ſecundum hoc dicitur domino ſicut ſcriptum eſt, Qui dominatur in virtute ſua in ęternum pſal. 65. Habet etiam ſe ſpecialiter ad electos iam aſſumptos in gloria tanquam beatificator, quos in contemplationem ſuę indicibilis pulchritudinis ęternaliter ſuſpendit, & amoroſa ſui fruitione inextinguibiliter accendit, & ſecundũ hoc dici poteſt pulcherrimus. Hoc eñ quod potentiam delectat, atque ad ſe trahit, pulchrum ab ea iudicatur. Sic dictũ eſt per prophetã, Confeſſio, & pulchritudo in conſpe. eius pſ. 95. Ad viatores autẽ, qui in charitate ſibi famulantur, atque cæteris contemptis ſibi adhęrent ſolũ dominũ timentes, habent ſe, vt amantiſſimus pater, aut ſponſus multis eos ſuauitatibus, & internis conſolationibus reficiens, & poſt ſe trahens. Et ſecundum hoc dicitur dulcis, ſicut ait propheta. Quã magna multitudo dulcedinis tuę domine, quã abſcondiſti timentibus te pſ. 33. Habet ſe deniq; ad peccatores longanimiter expectans, & dãs pęnitentiæ locum, pulſans quoq; & ad conuerſionem multipliciter vocans. Reuerteteſq; à peccatis quantiſcunq;, & quotieſcunq; in ſinũ charitatis ſuæ colligit, ſicq; cõmiſſa indulget peccata, vt

æpius ab ipso, quem sic abominabiliter,& perseueranter offenderunt, potiora consequantur beneficia, ac dona cęlestia,quam innocentes, & quantum ad hoc,quia sic peccatorũ miserię compatitur,misericors rectè appellatur. Sicut scriptũ est.Sa.11. Miseerris omniũ,quia omnia potes, & dissimulas peccata hominũ propter pęnitentiã.Diligis enim omnia,quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Parcis autem omnibus,quoniam tua, sunt domine, qui amas animas.In his ergo quinq; diuina bonitas à primordialis diffusionis manifestatione vsq; ad fęces existentium in peccatis ostenditur.Primum excitat nos ad gratitudinem. Secundum ad timorem.Tertium ad visionis desyderium.Quartum ad spem.Quintum ad compunctionem omnia simul, & sigillatim ad amorem, quorum declaratio omittitur nunc gratia breuitatis.

Hortatio ad deuotè orandum.

His ergo tanquam lectione quadam præmissis ab meditatione ruminatis,excitatisq; passionibus,quæ dicta sunt,affectuosè orabit dicens mente, vel ore, quod sequitur, Miserere &c. quod in sua generalitate pro se,& omnibus contra vniuersas miserias petere poterit, aut specialiter contra certas sui,vel alterius dirigere prout necessitas sua,vel aliorum,aut intentio exigit,& requirit quod verò sequitur, quos precioso sanguine &c. Humilitatem orantis, nihil in suis meritis, sed solum in merito misericordissimæ passionis Christi confidentis attestatur, quæ valde exaudibilem precem reddit.Respexit in orationem ihumilium (ait propheta) & non spreuit precem eorum. Et beatus Grego.2.moral. §. 104. Ille inquit, veram Deo orationem exhibet, qui semetipsum, quia puluis sit, humiliter videt, qui nihil sibi virtutis tribuit,qui bona quæ agit, esse de conditoris misericordia recognoscit.Ecce habetis formulam quandam orationis præmissa occasione,& materia meditationis, cui impressi,& affectu reformati, & si vsque modo non petistis quicquam in nomine saluatoris, non dispositi ad orandum, tempus est nunc orationis,ideo affectuosè, & feruenter petite, & accipietis gaudij plenitudinem, Præstante domino nostro Iesu Christo, Amen.

DOMINICA EXAVDI
Sermo 1. in ordine.
XLVIII.

QVI descendit, ipse est, qui ascendit super omnes cęlos Eph.4.

Mystice per tractatiouerborũ Xpi Qui descendit. &c.

Quia omnis Christi actio, nostra est instructio. Nam secundum Grego.1. lib.dialo. Redemptor noster per mortale corpus omne, quod egit, hoc nobis in exemplo actionis prębuit; vt nostrarum virium modulo eius vestigia sequentes inoffenso pede operis præsentis vitæ carpamus viam. Propter quod etiam Ezechiel. propheta in medio sanctorum animalium.i. perfectorum hominum similitudinem hominis vidit,illius vtique, qui cum in forma Dei esset, seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus est,& habitu inuentus vt homo.ad Phi.2. Quoniã,quod sancta sunt, hoc in eis de specie similitudinis est.i.de virtute imitationis. Per hanc enim similitudinem hominis Christi, quę nunc in moribus tenetur, quandoque ad similitudinem gloriæ peruenitur,ait Greg.hom.2.super Ezech. Quæ cum ita sint,cur non ostensio dominica cuius historiam sermone proximo prosecuti sumus,ducatum præbentibus verbis apostoli. Qui descendit,ipse est &c. nobis imitabilem doctrinam propinabit, vt sicut imitando actiones eius operatas in terris,portamus imaginem terreni,ita imitando perfectionem ascendentis,portemus quoq; imaginem cęlestis?Propinauit sine dubio,quoniã sicut nobis descendit,ita etiam nobis ascendit.Et vniuersa, quæ in assumpta humanitate gessit veniendo, manendo, recedendo,nobis proficiunt ad saluté. Quęramus itaq; doctrinã salutarem in opere salutis, atq; in historia intellectũ mysti-

sticum,& moralem. Ascendit autem dominus ad patrem, vt cum patre mitteret totius consolationis spiritum, sicut ipse ait, Expedit vobis vt ego vadam. Ioan 16. Si enim non abie.para non ve. ad vos. Si autem abie.mit.eum ad vos. Poterat autem eum mittere manens in terris, quem vna cum patre inseparabiliter secum habuit, vbicunque erat. Ego inquit Ioan.8. non sum solus, sed ego,& qui me misit pater. Suo ergo ascensu, sine quo missurus non erat spiritum paracletum, aliquid significauit agendum nobis, quo aptaremur ad tanti doni capacitatem. Et quia accedit eiusdem spiritussancti sacratissima solemnitas, cuius necessariam nobis præsentiam hodiernum euangelium commendat, vtile duxi, verba apostoli, quibus Christi ascensum breuiter descripsit, mysticè pertractare, quatenus intelligamus, quomodo ad susceptionem dignam huius paracleti spiritus præparemur Pro cuius executione pro gratia Aue, Videamus primo, quam nobis sit necessarium habere habitatorem nostri spiritumsanctum. Secundò quid pro huius acceptatione sit agendum. Primum docebit euangelium. Secundum verbũ apostolicum Recitetur littera euangelii.

Quã nobis sit necessariũ habere habitatorem nostri S. S.

Ad finem nostrum æternum, videlicet beatitudinem consequendam, inter cætera tria nobis valde sunt necessaria Vera cognitio, quo ad intellectum, indeflexa rectitudo, quo ad effectum, & quantum ad vtrunque probatum conscientiæ testimonium. Est enim finis noster ęterna beatitudo in cognitione faciali summæ, & æternæ veritatis, in amore purissimo summæ bonitatis, atq; securitate certissima perpetuitatis, quæ est testimonium quoddam conscientiæ de nunquam amittenda visione hac iucundissima, ac fruitione, cuius declaratio nunc supponitur ex aliis. Ad lucem veritatis pertingere nemo potest per tenebras ignorantiæ, quia siquis ignorat ignorabitur. 1.Cor.14. neq; ad purã dilectionem diuinæ naturæ, quæ spiritualis est per impuritatem mundi, & carnis, quia, qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, metet vitam æternam, ad Gal.6. Ad securitatem deniq; & quietem conscientiæ perpetuam nõ attingitur per conscientiam remordentem, vel dubiam, quia omne quod non est ex fide.i.ex conscientia fideliter testificante, peccatum est Roma 14. Omne etenim, quod fit contra conscientiam, ædificat in gehennam. Glo.ibidem. Et ideo 2. Corinth.1. Apostolus, Hæc inquit, est gloria nostra, testimonium cõscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis, & synceritate Dei conuersati sumus in hoc mundo. Hic est oculus, qui dum fuerit simplex, concordans.s.actione, & sine errore, totum corpus lucidum est.

Hæc tria ex nobis habere non sufficimus Sumus enim nos vt Bernar. ait ser.8. de aduentu domini, faciles ad errorem, si discernere volumus inter bonũ, & malum, decipimur. Sumus fragiles, & procliui ad cedendum tentationi, ac facilè mobiles à rectitudine, ita quod si tentamus facere bonum, deficimus, si conamur resistere malo, deiicimur, & superamur. Fallit nos quoque sæpe proprium conscientię iudicium, vt dicamꝰ bonum malum, & malum bonum, quia omnis homo mendax, cooperantibus ad id ordinatis animi passionibus, ira, odio amore &c. quæ secundum philosophum in li. rhet. rectũ peruertunt iudicium rationis. Indigemus ergo alio illuminatore, quem nulla decipiat fallacia. Auxiliatore, quem nullius aduersarii deiiciat potentia. Testificatore, quem nulla reprobet exceptio. Hic est spiritussanctus, quem apostolis suis, & omnibus fidelibus promisit dominus. Nemo enĩ cognoscit quæ Dei sunt, nisi spiritus Dei 1. Cor.2. Propter quod hic in euangelio nominatur spiritus veritatis, quia veritaté instruit, & veraces facit, Quicquid enim fideles rectè sapiunt, eiusdem spiritus est munere concessum, ait Beda. in homil. Ipse fortissimus, & inexpugnabilis auxiliator, qui vbi vult, spirat, & conterit naues Tharsis, de quo

quo apostolus ad Rom. 8. Ipse adiuuat infirmitatem nostram. Et pro tanto dicitur paraclet⁹ idest consolator in euãgelio, & ab Esa. non tantum spiritus scientiæ, & fortitudinis, quia secundũ Bed. in homil. non solum per ipsum, quæ rectè agere, vel etiam cogitare debemus, agnoscimns, sed etiam vt bene operemur, quæ nouimus, per ipsum accipimus. etiam ne aduersitate aliqua à bonis, quæ cepimus, repellamur. Ipse denique, qui nouit, quæ sunt in homine, veracissimus, atq; certissimus testis est conscientiæ. Hinc ait apostolus. Ipse enim spirit⁹ reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus filii Dei Roma. 8. Et in euangelio dominus. Ipse testimonium perhibebit de me scilicet in vobis, non solum omnia de me scienda reuelando (vt Beda ait) sed certos vos faciendo de mea præsentia in ipsa intentione, qua omnia propter me operamini, & in me tanquam finem ordinatis, quo habito testimonio, iam efficaciter etiam vita, & doctrina testimonium de me perhibebitis, quia ab initio mecum estis, ex me principium operaudi sumentes & finem. Fortè propter hos triplices effectus spiritussancti in cordibus fidelium valde necessarios orauit propheta psal. 50. Et spiritum rectum in noua in visceribus meis, cor ab errore purgantem, & spiritum sanctum ne auferas à me, sanctificantem. i. firmantem me in conformitate tuæ voluntatis, ne proiicias me, declinationẽ à facie tua. Et spiritu principali confirma me, testimonium salutis perhibente, quod est principale, quo tendimus, vt sic mihi reddatur lætitia, conscientiæ securitas, quæ teste Salomone, est quasi iuge conuiuium. Prouerb. 15. Et quidem necessaria fuerunt hæc apostolis, quos magna expectabat persecutionis tentatio, quam prædicit dominus. Sed non minus nobis, quibus ipsa prosperitas in maiori est periculo. Dicit enim propheta. Cadét à latere tuo mille, & à dextris tuis decem millia, & si non à persecutore foris impugnante, tamen à carne intus, ac mundo foris, atq; dæmone intus, & foris seducere conantibus, ad quorum suppressionem, & victoriam opus est spiritu fortitudinis, veritatis, & confirmationis.

Audistis necessitatem nostram, quantum indigemus cęlesti dono habitatore spiritu sancto. Quæramus quomodo id habere possimus, & quidem paratum est donum si inuenerit conueniẽs receptaculum. Christus missurus hoc donum ascendit super omnes cœlos. Exemplum dedit, sursum corda nostra vocauit, vt & nos ascendamus post illũ super omnes cœlos, necesse est habitationem conuenire habitatori. Hinc videmus diuersa animantia pro diuersitate suæ complexionis diuersas quærere mansiones, & quędam delitescere aquis alia subterraneis absco ndi foueis, quædam in materia, aut petrarum nidificare cauernis, alia sub diuo nidiculum sibi præparant in eminentioribus arborum ramusculis. Spiritussanctus Deus est, altissimus est, cœlestis est, ver⁹ creator cœlorum, & totius vigoris dator, sicut scriptum est: Verbo domini cœli firmati sunt, spiritu oris eius omnis virtus eorum. Altum ergo, & cęleste requirit habitaculum, sicut per alium prophetam scriptum est. Cœlum mihi sedes est. Esa. 66. & in psal. 10. Domin⁹ de cœlo sedes eius. Oportet ergo nos, vt simus illi congrua habitatio exemplo Christi sursum ascendere, & cęlum fieri. Cœlum à terra leuatur, & purum est, nullius fęditatis capax. Oportet itaque primum põdera vitiorum proiicere, quia non ascendũt cum Christo vitia. Nam cum bonitatis autore non ascendit malitia, nec cum magistro humilitatis superbia nec cum filio Virginis libido, atque luxuria. Non vtique ascendunt vitia post virtutum parentem, nec peccatum post iustum, nec infirmitates, & morbi possunt ire post medicum, vt quidam patrum ait in sermone de ascensione, qui incipit: Omnia charissimi. Omnia enim hæc dum nobis dominantur, deprimunt nos, & quasi retia quædam, vel compedes ne ascẽdamus

Quid faciendum vt S. S. habeam

damus illigant, atque tenent. Quod si vnusquisque nostrum eas subdere sibi studeat, ac super eas stare consuescat, ex ipsis sibi gradum construit, quo possit ad superiora conscendere. Eleuabũt nos dum fuerint infra nos. Et sic de vitiis nostris scalam nobis facimus, si vitia ipsa calcemus, ait idem vbi supra. Oportet ergo ante omnia habitaculsi animæ vitiis purgare vt cœlo assimilemur.

Scala virtutum erigenda vt ascendamus.

Deinde vt ascendamus virtutum scalam erigamus, cuius etsi multi sunt gradus secũdum numerum virtutum, vnũ tamen, & principalem gradum ascendamus, qui sufficit nos in altum sustollere, ipse est humilitas ceterarum fundamentum virtutum. Per hũc enim dominus ipse est exaltatus. Quid .n. aliud sibi vult illa verborum apostolicorum connexio? Qui descendit, ipse est, qui ascendit super omnes cœlos, nisi ostendere, quia dominus descendendo ascendit. De quo pulchrè beatus Bern. sermone 2. de ascensione ita ait. Christus cũ per naturam diuinitatis non haberet, quo cresceret, vel ascenderet, quia vltra Deum nihil est, per descensum quomodo cresceret inuenit. Veniens incarnari, pati, mori, ne moreremur in æternũ. Propter quod Deus exaltauit illum, qa resurrexit, ascendit, sedet ad dexteram Dei, sicut etiam loquitur clarè apostolus ad Phil. 2. Vade ergo & tu fac similiter, ait Ber. Neq; enim ascendere potes nisi descendas, quia vt æterna lege fixum est, omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Qui aliter vadit, cadit potius, quam ascendit, quia sola est humilitas, quæ exaltat, sola, quæ ducit ad vitam. Hæc Bernard. Exaltari voluit primus angelorum non descendens per humilitatẽ, sed extollens se in seipso, & cecidit de altitudine cęlorũ in profundum abyssi. Nos ergo ascendentes (ait August. in sermone de ascensione qui incipit: Saluator noster) non extollamur, nec de nostris, quasi de propriis meritis prę sumamus. Sursum quidem cor habere debemus, sed ad dominum. Sursum.n. cor non ad dominum, superbia vocatur, sursum autem cor ad dominum, refugium vocatur. Videte fratres magnũ miraculum. Altus est Deus, erigis te, & fugit a te, humilias, & descendit ad te. Quare hoc, quia excelsus est, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Humilia de proximo respicit vt attollat alta idest superba de longè cognoscit, vt deprimat. Hæd ille.

Vera pparatio ad S. S. habitaculum ẽ vera profundaq; humilitas.

Quia ergo ascendere oportet vt accipiam⁹ spiritumsanctum, neq; ad Deũ aliter ascendere possumus nisi per humilitatem descendendo, quoniam qui descendit, ipse est, qui ascendit, manifestum est quoniam bona nostri habitaculi post sordium eliminationẽ præparatio est vera, ac profunda humiliatio. Quod etiam per Esaiam dominus apertissimè testatur cap. vltim. dicens. Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? Siquidem quies, & timor domini sunt quasi effectus quidam humilitatis. Dum enim humilis culpas suas ac defectus semper quasi præsentes videt, nullis afflictionibus exasperatur, animo semper quietus patienter omnia fert, dignum se maioribus reputans flagellis, semper denique timet, ne sua indignitate domino displiceat, quem tantò maiorem recognoscit, quo se minorem attendit, sicut propheta ait: Ascendit homo ad cor altum idest profundum. Sic enim habet litera græca, & exaltabitur Deus. Neq; enim fons gratię spiritussanctus ascẽdit, sed in medio montium in conualli bus pertransibunt aquæ gratiarum ps. 103. Siquidem omnis vallis implebitur mõtes verò, & colles humiliabũtur. A montibus aquę dilabuntur, in vallibus colliguntur.

Sed cauendum ne sit humiliatio ficta non vera. Est enim humilitas plena dolo nequiter se humiliantis. Eccl. 19. qua verbis humilibus, & excusatoriis latentem cordis, aut actionis superbiam contegere moliuntur, quæ quia simulata est æquitas, ideò secundum Augu. super psal. 63. duplex est iniquitas.

tas.

tas. Sit ergo vera nostra humilitas, vt infirmitatem, imperfectum, & indignitatem nostram in veritate cognoscam⁹ nec dolosè excusemus, diligentes nos tales ab omnibus iudicari quales nosipsos aduertimus in corde. Et consydera tè quam facilis est hæc præparatio, quã omnis homo exhibere potest, quoniam nec auro, nec argento comparari oportet. Si enim dixisset dominus. Ascende tu ad honores, dignitates status altos, vt à me exalteris, vt donum cęleste accipias. Iam quam pauci id efficere, & non nisi maximis periculis, & laborib⁹ possent manifestum est. Nunc ait: qui descendit ipse qui ascendit, vt nemo sit qui dum velit se præparare ad donum summum, non possit. De quo beatus Ber. in sermone 2. de quadragesima ait: Nihil facilius est volenti, quam humiliare semetipsum. Certè qui contendit supergredi proximos multas inueniet difficultates, multos habebit æmulos, multos patietur contradictores ascendentes equidem ex aduerso. O ergo (ait Bern. in sermone de ascensione 2.) peruersitas O abusio filiorum Adam, quia cum ascendere sit difficillimum, descendere facillimum, ipsi & leuiter ascendũt, descendunt autem difficili⁹. Parati ad honores celsitudines graduũ ecclesiasticorum, ipsis etiam angelicis humeris formidandos. Ad sequendum autem te domine Iesu vix inuenitur, q vel trahi patiatur, qui velit duci per viam mandatorum tuorum, quę est humilitas. Et reuera facilè est humiliari: quoniam vniuersa præbent occasioné humilitatis rectè consyderanti. Respice creatorem, angelicam naturam, electos, cœlum denique, & terram, vniuersa, quæ in eis sunt, totam irrationalem creaturam, immo ipsum infernum, ac principes tenebrarum. Intuere, & teipsum, gratias, dona & virtutes, vitia, peccata & culpas, merita deniq; & demerita omnia si rectè consyderantur sufficiunt in te generare humilitatem, quoniam si rectè vides, omnibus te his inferiorem cognoscis, cuius deductionem breuitas rescindere iubet. Nullum ergo nobis relinquitur excusationis velamẽ si non descendimus ipsi, vt ascendamus sublimandi per dominum post suum descensum ascendentem dono spiritus sancti paruulis, & humilibus repromisso. Cui nos aptare dignetur, qui cum eodem spiritu sancto, & patre viuit, & regnat Deus, & dominus noster Iesus Christus in secula benedictus.

DOMINICA EXAVDI Sermo II. in ordine. XLIX.

VOS testimonium perhibebitis. Ioan. 15.

Apostolis suis hæc verba locutus est dominus ore proprio. Ad nos autem hæc demandauit scripto autentico. Oportet nanq; omnem cum Christo in beatitudine gauisurum, in sua peregrinatione ei perhibere testimoniũ. Alioquin qui eum erubuerit, & sermones eius, hunc & filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum. Lucæ 9. Testimonium verò non fictum sed verum exigit, qui est veritas patris æterna. Testimonium verum est, dum vox menti, res voci, & opus consonat sermoni. Nam veritatem philosophi descripserunt, adæquationem rei ad intellectum, & per consequens etiam ad vocẽ quæ est signum passionum animæ, & intellectus secundum philosophum 1. peri her. Sunt ergo ea, quæ sunt in voce &c. Is autem testatur opere se esse seruulũ Dei, qui deuotum, beniuolum, & alacrẽ se exhibet eius iussioni. Ait autem. Præbe fili cor tuum mihi. Prouerb. 23. Et item. Sto ad ostium, & pulso &c. Apoc. 3. Qui ergo gratum curat præparare habitaculum huic spiritui, vt seru⁹ domino, vt creatura creatori, vt filius parenti, hic est, qui testimonium perhibet. Ad præparandum ergo sibi habitaculum nos vocat dicens. Vos testimonium perhibebitis. Pro gratia Aue Maria.

Quid sit testimonium verum perhibere Christo.

Quia in proximo est festiuitas spiritus-

rituſſancti, quæ ineffabilia ſua munera Chriſtus miſit apoſtolis, & amicis ſuis vt ad hanc præparemur eccleſia in euāgelio hodierno hortatur. Quomodo autem diſponi debeamus, apoſtoli nos docent, qui idcirco domino aſcendente non ſtatim receperunt ſpiritum ſanctum, ſed poſt dies decem, hoc eſt decem præceptorum obſeruantiam; vt his diebus magis prepararetur eorū capacitas, & ad dignam præparationem eorum exemplo noſtra inſtrueretur infirmitas. Quid itaque egerunt aſcendēte domino ita ſubtracta eis conſolatione deſyderantiſſima, quam habuerunt de corporali præſentia Chriſti alias corporales conſolationes non quæſierunt, ſed ſecundum domini verbum regreſſi in Hieruſalem, & expectabant promiſſionem patris perſeueranter manentes in cenaculo. Hæc primo. Sedebant quieſcentes in tranquillitate, ac pace cordis, quia Actuum primo dicitur. Erant vnanimiter perſeuerantes. Et capitu. quarto. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. hæc ſecundò. Licet vacabant à terrenorum cura, & ſollicitudine, non tamen à ſpirituali operatione, quoniam perſeuerabant in oratione in cenaculo, vt Actu. primo innui videtur. Et erant ſemper in templo laudantes, & benedicentes Deum. Lucæ vltim. Et licet quidam expoſitores hoc referant ad tempus poſt miſſionem ſpirituſſancti. Hieronym. tamen refert ad tempus inter aſcenſionem pentecoſt. dicens, quod licet apoſtoli ante aſcēſionem propter metum iudæorum includebantur, ſed per eius aſcenſionem confortati, exibāt cauſa orationis ad templum, licet non accepiſſent ſpiritum ſanctum in ſigno viſibili.

Recedendum à mundanis ſocietatibus q vult S.S accipere.

Ita & nos diſcipulos domini imitātes his diebus recedamus à mundanis ſocietatibus, conſolationibus, carnalibuſq; delectationibus, ſicut hortatur Ber. ſermone de aſcenſione. Hodie ſedenti. Spirituſſancti gratiæ noſtræ exiguitatis modulo nos præparantes exinanire per omnia noſmetipſos, & à delectationibus miſeris, & caducis conſolationibus corda noſtra euacuare ſtudeamus. Eiiciamus oportet ancillam, & filium eius, quia non ē hæres filius ancillæ cū filio liberæ. Gen. 21. Filius ancillæ carnis, & mundi tranſeuntes ſunt conſolationes. Sed liberæ filius conſolationem ſignificat ſpiritus. Nulla enim conuentio luci ad tenebras, veritati, & vanitati, & ſpiritui, & carni. Et quarto Regum. quarto. vbi vaſa vacua nō inuenit, oleum ſtare neceſſe eſt. Et Lucæ quinto. Nec mittunt vinum nouum niſi in vtres nouos, vt ambo conſeruentur. Quia ſi iam habitę carnali valefecimus delectationi, & conſolationi, non alia continuò eſt quærenda ſed perſeueranter diuina conſolatio expectanda. Etiamſi moram fecerit, quia veniet & non tardabit Abacuc ſecūdo Apoſtoli decem dies in hac expectatione ſederunt perſeuerantes, & nos perſeueramus deſolati à mundo, & amicis, carnalibuſque oblectamentis, nouit dominus figmentum noſtrum. Fidelis Deus, qui non patietur nos tentari ſupra, quam poſſumus. Et addit Bernardus. Si fideliter expectas præuenit decimum diem, nec decimum diem expectabit. Præuenit certè in benedictione dulcedinis deſolatam animam, vt fœliciter, & non ad inſipientiam ſibi conſolari renuens, in ipſius memoria delectabiliter inebriata, ab vbertate domus eius, & voluptate torrentis eius potata &c.

Duplex S.S. aduētus.

Eſt tamen aduertendum quod duplicem ſpirituſſancti intelligamus aduentum. Vnum quo venit vt cor hominis ſanctificatiuè inhabitet, gratificet, & hæredem regni efficiat, cuiꝰ aduentus neceſſarius ad ſalutem. Nemo in ſtatu ſalutis, & in gratia poterit eſſe, qui non illo modo habet in ſe ſpiritum ſanctum. Vnde ſi quis ſpiritū Chriſti non habet, hic nō eſt eius. Ro. 8. Et ſic ad recipiendū ſpiritum ſanctum requiritur, & ſufficit euacuare ſe ab omnibꝰ illicitis, & ꝓhibitis delectatiōibꝰ, qbꝰ ſine pctō morta. frui nō licet qa ſicut nemo ī mort. exiſtēs habet ſpūſctū, ita nemo

caret

caret eo existens sine mortali, eo q; inter esse in mortali, & esse in gratia nõ sit medium, nec inter statum damnationis, & salutis. Alius est aduentus q̃ nedum inhabitando animam sanctificat, sed specialiter visitat, perficit, ac magnitudine suæ dilectionis replet, atque ipsum, quem sic visitat, in se transformat, vt secum vnus fiat spiritus non essentia, sed voluntatis conformitate. Quam consolationis dulcedinem exprimere nemo potest, nec intelligere in expertus. Quam nouit, qui dixit, quam magna multitudo dulcedinis &c. Ad sic recipiendum spiritum sanctum non sufficit renunciare illicitis mundi consolationibus, & carnis delectationibus sed etiam licitis, quantum status mortalitatis admittit. Et secundum hoc cõcordari possunt dicta beati Bern. serm. de festo ascensionis. Hodie sedentes, vbi dicit. Et quantò magis illis euacuatur tantò illis impletur. Si multum, multum. Si parum, parum. Et in alio quodam sermone dicit spiritum sanctum recipi non posse, nisi prius carnalibus consolationibus funditus renuncietur.

Secundò oportet vt non moueamur impetu secularium curarum, aut inquietudini passionum, iræ, inuidiæ &c. subdamur, sed quiescamus sedentes in tranquillitate pacis vnanimes. Non .n. potest spiritus pacis nexus patris, & filii amorosus inhabitare cor rancorosum, inuidia liuidum, multiplicitate curarum diuisum, quomodo enim fieri potest vt diuisum in seipso vniatur cũ Deo? Oportet ergo cor nostrum pacificari triplici pace. Quo ad seipsum, ne mordeatur peccat i conscientia. Quo ad proximum, ne torqueatur bonorum fratris inuidentia. Quo ad Deum, ne ab eo recedat duplicitatis inconstantia. Hanc pacem describit Augu. in de verbis domini. Pax est securitas mentis, quo ad primum, tranquillitas animi, quo ad secundum, simplicitas cordis, quo ad tertium. Securitas mentis acquiritur diligenti sui examinatione, contritione, & confessione. Tranquilitas animi, concordi fratrum conuersatione, ac charitatiua dilectione, dimittẽdo ex animo omnes offensas &c. Simplicitas cordis possidetur per intentionis debitam directionem, vt in omnibus agendis vnum intendatur sicut finis, honor scilicet & gloria Dei. Sic hortatur apostolus. Omnia quæcunque facitis, in gloriam Dei facite. Si enim sic omnia referimus in Deum oculus noster simplex est, nec vnitatem cordis poterit multiplicitas actionum versare.

Triplici pace op⁹ est ad acceptionem S.S.

Tertium est proximum præparatiuũ vt semper in templo domini oremus, non in illo materiali solum, sed in tẽplo cordis. De quo dicitur: Nescitis quia templum Dei sanctũ ẽ, quod estis vos, ibi piis suspiriis, & affectionibus ad dominum clamemus, puras tendentes manus, promissa dona postulemus, quæramus, pulsemus, donec aperiatur nobis, donec pater misericordiarum, qui videt in absconso, dabit spiritum bonum poscentibus se. Lucæ 11. Donec fiat repente de cœlo sonus spiritus vehementis, aduenientis vtiq; ignis, quẽ dominus Iesus venit mittere in terrã, & voluit vehementer accendi Luc. 12. Ipsum igitur ignem in cordibus nostris per eum mundatis, ac præparatis accendere dignetur is, cui testimonium perhibere iubemur dominus noster &c.

Quid requiritur ad vtrãq; gratiã accipiendam.

Sermones de festo penteco. habes in parte de festiuitatibus Christi. Sequuntur nunc sermones in dominicis peregrinationis.

DOMINICA I. PEREgrinationis. Sermo I. in ordine L.

HABENT Moysen & prophetas audiant illos. Luc. 16.

Hactenus etiam saluatoris nostri beneficia, quibus humanum genus redimere

redimere,& omnia ad salutem conferentia, largissimè dignatus est conferre commemorationibus festiuis, & diuinis quasi præsentia exhibuit. Proposuit inquam, nobis, & in memoriam reduxit nobilissimam hominis creationé, eiusque omnibus corporaliter viuentibus prælationem, grauissimum hominis lapsum, misericordissimum Dei patris respectum, aduenientis filii incarnationem, hominis lapsi expiationem, perfectam vtriusque corporis, & animæ viuificationem, cœli apertionem, loci præparationem, ac priscæ dignitatis restitutionem, spiritussancti missionem ad mentis nostræ eleuationem, & de carne in spiritum mutationem, angelici panis præparationem, quo non tantum cibamur, & confortamur, sed etiam saginamur, vt securi ambulemus ad beatitudinem Christi incarnati misericordia nobis debitam. Omnibus itaque præparatis, nil restat nisi vt viã arripiamus, quatenus parata nobis gaudia consequamur. Hinc & temp9 istud peregrinationis dicitur. In quo per arbitrii libertatem, & collatam nobis diuinitus charitatem ambulare habemus relinquendo peritura, tendendo ad cœlestia. Hinc Petrus. Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos &c. 1. Pet. 2. Non enim habemus hic manentem ciuitatem. Hebr. 13. Hoc enim à nobis requirit dominus, qui nostræ saluationis nos voluit esse cooperatores Et ne tantorum bonorum nos teneat obliuio iugiter nos monendo, & pungendo per sacram scripturam vocat, & prẹfata bona per Christum nobis exhibita sacrarum literarum lectione, vel auditione in memoriam reducit, quod thematis verba innuunt cũ dicitur. Habent Moysen, & prophetas &c.

Expositio breuis euangelii.

Euangelium, quod audistis fidem informat, & mores ædificat. Et secundum hoc plures ex eo sumi possent doctrinæ. Quantum ad ea, quæ fidem, seu cognitionem concernunt circa defunctorum animarum statum plura videnda essent scilicet de sinu Abraæ, damnatorum cognitione, membris animæ, corũ cruciatu, chaos intercepto, beatorum ad miseros transitu, salutis amicorum desyderio, quorum aliqua Metaphorica sunt, tametsi euangelium rei gestæ contineat historiam, vt pleriq; volunt. Verum de his omnibus latius loqui temporis breuitas vetat. Notandum tamen breuiter, hoc quod in euangelio dicitur ad literam, vt pleriq, volunt contigisse ante Christi passionem, quo tempore etiam iusti descenderunt ad inferna, non tamen damnatorum. Itaque sinus Abraæ limbus fuit patrum, locus requiei iustorum, quo detinebantur luẽtes non pœnam sensus, sed damni tantum Electi verò, & saluandi Abraæ filii dicuntur, propter fidẽ, quẹ per Abrañ patrem multorum credentium commẽdatur. Cognitio verò damnatis seruata est ad pœnam, non ad solatium. Volunt tamen aliqui doctores (vt recitat Magister in fine quarti, & sunt verba Gregorii) quod mali in inferno positi ante diem iudicii bonos supra se vidẽt cuius tamen intellectus alibi videtur. Potest enim Deus eis reuelare aliquorum beatitudines in augmentum pœnæ eorundem Sed nec est in eorum potestate cognoscere, quæ volunt, sed quæ Deus vult eos cognoscere in augmentum pœnæ, pro demerito suæ culpæ, ad quæ deniq; debitam habent propinquitatem, à pẹnarum magnitudine non absorptæ.

Quid digitus Lazari.

Membra animæ scilicet digitus Lazari, cuius anima sola descendit ad limbum, virtutes, seu virtuosæ actiones metaphoricè dicuntur, quibus homo mercatur regnum, sicut manu lucratur cibum. Cruciatus verò membrorum, pẹna sensus dicitur, quam sustinent animæ defunctorum. Interminabilis .s. tristitia, desperatio perpetua pœna vermis, & in fructuosa pẹnitẽtia, huiusmodi enim pœnæ sensus, & consimiles, animæ debentur propter corporis, & membrorum eius abusum. Chaos verò firmitas in pœnis, & omnium pẹnarum infinibilitas perpetua dici potest. Transit9 beatorum fortè intelligi potest naturalis compassio, vel conditionalis, si pẹnã istam

istam, non demeruissent. Desyderium salutis amicorum non est ad bonum viuentium, nec ex amore bono procedit, sed metu augmenti pęnæ, quia fortè fuerunt eis occasio peccati dum viuerent. Sic secundum Augu. pœna Arrij continuò crescit in inferno propter multitudinem errantium, quibus præstitit efficacem occasionem. Hæc de litera breuiter, vel solum tetigisse sufficiat.

Nunc pro secunda parte ex euangelio sumamus aliquas doctrinas morales. Prima? Qui pęnas diuitis horret in morte, eius caueat vestigia imitari in hoc tempore. Nam secundum apostolum, quæ seminat homo, hæc & metet. Gal. 6. Pęnas verò eius, quis enumerare sufficit, quæ tamē quaternario numero comprehendi possunt, vt sequenti sermone patebit? Quæ verò fuerit vita diuitis, in euangelio non exprimitur hoc dempto ꝙ dicitur, quia epulabatur quotidie splendidè. Induebatur bysso, ecce concupiscentia carnis. Et purpura, ecce superbia vitæ. Negabat deniq; micas pauperi Lazaro, ecce concupiscētia oculorum. Notatur itaq; de gula, de superbia, de auaritia. Hinc Aug. ait ser. 28. de verbis euangelii. Delicatis escis ad inuentionem cocorum gaudebat. Inexplebilis est auaritia diuitum, semper rapit, nunquam satiatur, nec Deum timet, nec hominem reueretur, non patri parcit, non matrem agnoscit &c. Compensatur itaq; modo de diuitiis pęna, pro purpura flamma, refrigerium pro paupertate, refectio pro nuditate, vt salua sit æquitas stateræ. Ideò negatur in pœnis misericordia diuiti, quia dum viueret pauperis noluit misereri. Qua mensura itaq; mensus est dum viueret (Luc. 6.) in hac vita, remetietur nūc sibi iusto Dei iudicio in inferno. Secunda doctrina. Si placet pars Lazari in patria, placeat oportet eius imitatio efficax hic in via. Nam vt ait apostolus. Qui non laborat non manducet, nec coronabitur nisi qui legitimè certauerit, 2. Timot. 2. Nec stantes in foro ociosos remunerat dominus. Matth. 22. sed in vinea (licet sero) laborantes.

Tertia doctrina. Mundo seruientes, & seculi pompis, atq; diuitiis studētes æternis cruciabuntur pœnis. Hinc ait Ioan. Qui diligit mundum, nō est charitas Dei in illo. Et apostolus. Radix omnium malorum cupiditas 1. Timo. 6. Et sequitur. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desyderia multa, inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & in perditionem. Hæc apostolus. Claret denique doctrina ex historia euangelica de diuite epulone, cuiꝰ nomen tacetur, quia à Deo ad primum beatificum ignoratur, pauperis verò exprimitur. Hinc recipit pro veste flammam perpetuam, pro cibo delicato famem infinibilem, pro familia societatem tartaream, pro tenacitate omnis refrigerii negationem, perpetuam desertionem, & perpetuā obliuionem. Lazarus verò pauper, qui seculi pompas, & diuitias contempsit, lumē perpetuum, angelorum cetum, decorem fulgidissimum, satietatem optimā, omnis boni communicationem, perpetuā remunerationem Ecce quam districta sunt Dei iudicia, & diuersa meritorum stipendia. Quarta doctrina. Qui pęnas perpetuas cupit euadere, & vita gaudia possidere, viam, quam Lazarus exemplauit, arripiat, & omnia impedimenta fortiter repugnando deuincat. Vincat inquam, modo triplici, ratione scilicet experientia & fide. Ratione attendat, quia non est hic nisi labor, & dolor, & afflictio spiritus. Comedit enim aliquis, quia fames cruciat. Bibit, quia sitis constringit. Nihil ergo iucundum sed omnia laboribus plena sunt, & diffusè declarat beatus Bern. serm. 12. de diuersis, & sermone 35. Per experientiam, dum videt breuitatem, instabilitatem, & continuum transitum omnium, quæ sunt sub sole, & nihil stabile permanere. Ea propter Ioan. inquit. Transitus mundus, & concupiscentia eius.

Mundo seruientes æternis cruciabuntur pœnis.

Per

Per fidem verò diuinam cognoscat iustitiam, cuilibet prout in hac vita meruit siue in bono, siuè in malo pœnam, vel gaudium retribuentem. Caueat ita q; semper homo ne bona in hac vita recipiat, & huius temporis bona sint ex diuino iudicio pars sua. Hoc innuit Abraam cum dixit. Recordare fili quod ad rationem pertinet. Nunc auté ad experientiã, quæ est dé præsentib⁹ Habẽt Moysen & prophetas, ad fidẽ pertinet.

Occasiu peccandi data condignam recipiet pœnam.

Quinta. Peccandi occasio efficax data per aliquem alicui dum viueret existenti in mundo, condignã recipiet pœnã secundũ demerita sequacium in inferni barathro. Patet hęc doctrina, qa diues ille dum esset in inferno, amore suiipsius & vt pęnæ augmentum vitaret, voluit fratres suos abstrahi a malo, cuius dum hic viueret fuerat occasio. Sicut enim ex numero saluandorũ extensiuè crescit gaudium beatorum, ita pariformiter suo modo ex multitudine damnatorum crescit odium malorum in inferno detentorum, dum vident sortè secum plerosq; detineri, ob quorum damnationem, & ipsi veniunt damnandi, quia causa fuere peccati.

Sexta doctrina. Temerarium est, & magnæ infideliaatis iudicium, plus velle credere, si quis ex mortuis resurgeret, & futura notificaret, quam scripturæ sacræ diuinitus inspiratæ, infallibiliter notificanti futura malorum tormenta, & iustorum præmia. Patet auctoritate euangelii, & Simonis de Cassia in de doctrina christiana, cum inquit. Multi dum malè viuunt, optant quempiam ex mortuis resurgere vt annuncient, siquid boni, vel mali post hác vitam erit, & quid erit. Asserunt se ad meliora conuerti, si ex mortuis iam notis audierunt vera esse, quæ per fidem sancta ecclesia dogmatizauit, sed in reprobum sensum huiusmodi optantes dati sunt, vt magis velint in meliora mutari ex vno resurgente ex mortuis, quam ex fide vniuersalis ecclesiæ quæ credit omnes ex mortuis in fine seculi surrecturos. Quis autem ex mortuis veniens magis valet dissuadere peccata & homines ad meliora couertere, quam Moysaica lex, quam scriptura scripturarum, quam ipsa veritas, quæ humanis mentibus relucet? Quis ex mortuis aptior alterius seculi bona, & mala prædicaret? quis ad pœnitentiam inuitator cautior, quam Christus, qui verè infernum nouit, & cœlum, per quem facta sunt & secula? Habebant illo tempore Moysen, & prophetas, habent tẽpora christiana hos Christnm, & apostolos. Si istis peruersi non credunt, quomodo credent homini ex mortuis veniẽti? Si Christo, q resurrexit, & multos suscitauit, & apostolis qui in eius virtute defunctos reuocarunt, non creditur, neq; si resurgent cẽtum millia crederetur. Neque si angeli omnes euangelizarent, si spiritus innumeri in linguis humanis verba prædicarent, si omnes mortui reuocarentur ad vitam cum scientia, & potestate loquendi, si ostenderentur oculis humanis bona superna, & inferni tormenta. Super omnia hæc plus est Christus, cui præomnibus adhibenda est fides. Hæc ille. Nouit ista, qui tanquã Christi organum euãgeliũ, quod ab ipso per reuelationẽ acceptum, postquã gallicis publicauerat, dixit. Licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter id, quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Rationem subdit, quia euangelium, quod euangelizatum est a me, non est secundũ hominẽ, neq; ab homine accepi, sed per reuelationem Iesu Christi ad Gal: 1.

Quãta auté sit blasphemia quãq; inutile imò piculosũ desyderare huiusmodi mortui resuscitationẽ, & quã friuolè se carnales homines excusent in peccatis, sic colligi potest. Quid enim magis impiũ, ac Deo plus iniuriosum esse poterit, quã æternæ, & diuinæ veritati, quæ nobis in scripturis reuelata ẽ vnius mortui resurgentis dicta (q̃ falsa esse possunt) præponere? cui vt dicũt credere vellent de statu mũdi alterius, Deo aũt, q pri⁹ p legẽ, & pphetas, dein de proprio ore euãgelii veritatem ppalauit, credere nolunt. Multifariam, multisq;

N

multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, per quem fecit & secula ait apostolus Heb. 1. Sed quam esset inutile, & damnosum sic ad mortuorum dicta vitam emendare, ex eo patet, quoniã qui sic aliquid boni facerent, id agerẽt timore pęnæ, vel amore proprii cõmodi solũ, non amore Dei & iustitię. Nã cur non mõ cauent peccata, quæ etiã naturalis ratio dictat iniusta, & ita Dei offensiua? Tunc aũt vellẽt certificari per mortuuũ de pœna ꝑ hoc vitanda, aut gaudio acquirendo, in quo non Deũ, sed seipsos quęrũt, quare ꝑ huiusmodi vitæ emẽdationẽ nihil ꝓficiũt ad vitam æternã. Omnia.n. ad Dei gloriã referenda docet apostol⁹ ad Ro. 14. & 1. Cor. 10. Etsi crebrò resurgerent mortui, ait Chrys. iterũ contẽneretur, neq; ꝙ frequenter fieret miraculo, ꝙ ipsi petunt deputaret. Si raro, paucis proficeret, quoniam tantũ illis, qui resurgẽtes audirent.

Periculosum esset desiderare huiusmodi resurrectionem mortuorum.

Esset deniq; multũ periculosum. Tũ quia diabolus facilè se huic rei immisceret apparendo in specie alicui⁹ mortui, vt Sauli in specie Samuelis 1. Reg. 18. & falsum de futuri statu seculi nunciaret, plurimosq; pertraheret in errorem tantò facilius, quantò ad propinquos, in quorum appareret specie homines maiorem fidem habẽt. Tum quia si verè aliquis resurgeret, non facilè ei credendum esset, quis certificaret hunc de saluandis esse? Quod si ex damnatis esset, ita nos vt diabolus propter suam inuidiam, & in malo obstinationem decipere conaretur. Quod deniq; friuola, & mendax sit excusatio, patet secundum Chrys. per simile, quoniam Lazarus domini potestate à mortuis resurrexit, & tamen Iudæi ipsi nõ crediderunt, nec malam vitam correxerũt Sed & Christum resuscitantem, & Lazarum resuscitatum occidere voluerũt. Ioan. 11. Similiter multi Christo resurgente, Christo consurrexerunt, & apparuerunt multis. Matt. 27. Et plures per apostolos, & alios sanctos vsque ad nostra tempora (sicut per beatũ Martinũ beatam Helisabet, beatum Bernardinũ vt dicunt, qui nostro tempore claruit) resuscitati sunt, nec tamen tunc Iudæi nec modo peruersi christiani vitam suã emendarunt. Non ergo fidelium christianorum est mortui resuscitationem, aut quæq; miracula expetere, pro fidei suæ confirmatione, sed eorum, de quibus domiuus ait. Matth. 12. Generatio praua, & adultera signũ quærit &c.

DOMINICA I. PEREgrinationis. Sermo II. in ordine LI.

RECORDARE quia recepisti bona in vita tua. Luc. 16.

Naturale est omni creaturæ tendere in bonũ.

Tendere in bonum iuditum est omni appetitiui à natura. Neque enim ferri in aliquid potest sub ratione mali quoniam bonum est, quod omnia appetunt. 1. Ethicor. & Dio. Nemo operatur ad malum aspiciens. Licet autem cuncta quæ fecerit dominus, sint bona valde. Gen. 1. Non tamen omnia omnibus bona, nec bonũ alicui pro tẽpore, semper bonũ est illi. Sicut lumen solis, quod dulce est, & delectabile oculis sanis pœna est, & odiosum malis, atq; tẽpus flendi, tẽpusq; ridendi prodit. Eccl. ca. 3. Addens quia omni negocio tempus est, & opportunitas capit. 8. Vnde etsi lætari, ac gaudere bonum sit homini, sed non nisi tempore opportuno, Ne ergo effrenatè in bonum quodlibet feratur appetitus, aut pro tempore, pro quo sibi huiusmodi foret malum, adiuncta est cuilibet appetitui regula sui directiua. Non cognoscentium quidem appetitus certissima dirigitur regula, à qua nec in modico declinat. Agit enim inquit commentator 2. meta. velut rememorata directa ab agente infallibili, illa .s. sapientia conditoris quæ à fine ad finem attingit fortiter, disponens omnia suauiter. Sap. 8 Hinc tam certa inconfusaq; actio, motus, & mutatio cęli elementorum, vegetabilium, ac sensibilium, suis temporibus ordinatissimè distributa. Appetitui verò rationali ad

dita

dita est ratio recta, quæ appetenda demonstret, tempora discernat, circumstātias singulas præuideat, & quasi pedes oculi præcedat in omnibus voluntatē. Sicut admonuit Salomon Prouerbr. 4. Præcedant palpebræ tuæ gressus tuos idest consilia, rationes, opera voluntatis, secundum Greg. in pastora. 38. quib⁹ vniuersa desyderia, & motus voluntatis suis temporibus distribuantur Alioquin si præcedit appetitus rationis oculum, confusè, & indiscretè expectanda prosequens, & prosequenda differens, quid mirum si cum præsentibus perdat futura? Sic diuiti illi contingit, qui quoniam gaudium, & voluptatem quas in futuro possidere debuit, insipienter prę occupauit, perdidit, & pro consolatione audire meruit increpatoria: Recordare quoniam recepisti bona in vita tua. De quo pro gratia Aue Maria.

Recordare quia recepisti bona in vita tua. Verbum illud durum, & tremendum cum eo, quod sequitur, & Lazar⁹ mala nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris, nulla vnquam de cordibus fidelium deleat obliuio, illorum maximè, quos præsentis seculi transitoria bona, voluptates, diuitię, & honores delectant, ne & ipsi pro præsentibus, quæ amplectuntur, perpetua perdant, & pro gaudio momētaneo cruciatus sustineāt sempiternos. Quæ vt tenacius nostræ insigniantur memoriæ primum stipendia diuersa differentium meritorum secundum euangelii descriptionem audiamus. Secundò ex eodem doctrinam quomodo istius effugere tormenta, illi⁹ verò infinibilia gaudia mereamur, colligamus. Quibus exhortatio ad proficiē dum huiusmodi opere breuiter annectetur. Quo ad primum recitetur euangelium ad litteram cum declarationibus necessariis terminorum sumendis ex primo sermone, cui addatur, quod sequitur. Audistis charissimi diuitē epulonem pro temporalium suorum abusu ac duritia in pauperem, intolerabilib⁹ pęnis perpetuò condemnatū. In quo inscrutabilem diuinorum iudiciorū abyssum libeat attendere, ac pondus importabile diuinæ seueritatis pertimescere. De quo in Homil. Greg. O inquit, quāta est sublimitas iudiciorū Dei. O quā districtè agitur bonorū actuū, malorūq; retributio. Multum valde diuina iudicia distāt ab humanis. Nam sæpe (vt Greg. ait) iustitia nostra dum ad examen diuinæ iustitiæ reducta fuerit, iniustitia apparebit & plerunq; sordet in conspectu iudicis, quod intentione fulgebat operantis. Vnde vt idem ait. 3. moral. Ante terribilis iudicis subtile, atq; incomprehensibile examen non solū mala, quæ commisimus, sed etiam bona timeamus. Quia sæpe in eius iudicio culpa esse depræhenditur, quod virtus ante iudicium putatur, & vnde expectatur pia merces operis, inde iudicium iustè sequitur vltionis. Hinc per prophetam ait. Ego iustitias iudicabo. Quis enim hodie non diceret iustum hominem, qui sua contentus substantia, aliena non raperet, proximum non deciperet, nulli grauis, aut onerosus esset, licitè quæsitis vt libet vteretur, sine grauamine proximorum? Sed ecce talis nobis in exemplum terribile proponitur. Diues enim ille vt in homilia Gregorius dicit, & concordat Augustinus in de verbis euangelii sermone 25. non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria non dedisse. Nec dicitur quia vi quempiam oppresserit, sed quia in acceptis rebus se extulit, & licitè concessa immoderata voluptate sibi adhibuit. Et Chrys. homil. 21. Diues ille purpuratus, & splendidus non accusatur quia auarus fuit, non quia res alienas tulerit, non quia adulter fuerit, non quia aliquid malèfecerit. Tria siquidem sunt quæ de diuite narrantur & quia quotidie epulabatur splendidè, ac bysso vestimento molli, & nitido induebatur, ecce voluptas. Induebatur deniq; desuper purpura veste splendidissima, ecce superbia. Nam quod pro sola inani gloria q̄ritur præciosius vestimentum, secundū Greg. res ipsa testatur, quia nemo ibi vult præciosis vestib⁹ indui vbi ab aliis non potest videri. De tenacitate quo-

Diuersa stipendia meritorum.

que, & immisericordia notatur, quoniam pauperi Lazaro oculis suis quoti die oblato, etiam de his, quæ superabundarunt non subuenit. Ecce parcitas immoderata. In his perseuerans sine emendatione ad extrema peruenit. Hęc sunt pro quibus ad infernum nunquam eruendus iusto Dei iudicio damnatur, horribilibus quoq; pęnis sine fine exponitur cruciandus.

Quibus pœnis torqueatur diues epulo.

Quibus pœnis? Infinitis vtiq; secundum Chry. quia non dicit, cum esset in tormento, sed in tormentis, neq; secundum partē, sed totus in tormentis erat oculos solos liberos habuit, vt alterius lętitiam posset aspicere, vt sic magis torqueretur, quia nō habebat, quod aliꝰ habat. Aliorum diuitiæ, eorum, qui in paupertate sunt, tormenta sunt. Hæc Chrysosto.

Possumus tamen inter alias, quadruplices penas notare, quarū vna duratio ni, siue peccatorum continuationi aliæ tres tribꝰ peccatorū generibꝰ corrñdet Prima detentio, siue captiuitas ꝑpetua, & omniū pęnarū infinibilitas, quæ ꝑ sepultionem in inferno significatur. Iustū enim est eum, qui peccare non desinit, sed in peccatis vitā finire, in pena detineri donec fuerit. Erit autem semper, quia natura immortalis, ideò & pœna inauferibilis, de quo Gregor. 4. dialo. cap. 14. & 15. moral. Flammis vltricibus traditus semper moritur, quia semper in morte seruatur ne si consumeretur vita morientis, cum vita etiam pœna finiretur. Et hoc notatur cum dicit: Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Nam q̄ cadit, aliquando vel adiutus resurgit, sed qui sepelitur, amodo ambulaturus non expectatur, sed obliuioni traditur. Sic quia in pęnis sepultus diues miserabilis dicitur, obliuioni perpetuæ traditus, & nunquam liberandus clarius designatur. Pensemus nunc si valemus perpetuitatem in tormentis, & apparebit intolerabilitas horrenda. Neque pœna quæcunq; leuissima morsus puta culicis, aut pulicis, intolerabilis iudicabitur, si perpetuitas adiiciatur. De hac pœnarum interminabilitate dicitur Iob 20. Luet, quæ fecit omnia, nec tamen consumetur., Item apocalip. 20. Cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Altera est pœna sensus immanissima, quę ignē inter omnia nobiscum constituta maximè penalem designat, quæ voluptati præteritæ correspondet, nam qui totꝰ igni concupiscentiæ seruiebat, in eo q̄ totus delitiis affluebat epularum, & vestium mollitie, totus, ignibus traditur puniendus. Hinc clamat, crucior in hac flamma. De hac pœna dicturus est dominus peccatoribus ad sinistram statuendis. Ite maledicti in ignem æternum &c. Non quod ibi sit solus ignis crucians factum sed quod apud nos vehementissimè affligit, ponitur pro cæteris. Thom. distinctione. vltimi quarti.

Secunda pœna respondet voluptati

Tertia pœna auaritiæ respondet.

Tertia pœna respondet auaritiæ, per quam indigenti Lazaro vitæ necessaria negauit, & est desperatio, & desolatio perpetua, qua omnis spes auxilii, omnis spes euadendi penitus aufertur. Quod in eo significatur, quia minimū quid petiit, nec tamen diues obtinuit. Miserere mei inquit, pater Abraam, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti in aquam. Non est ausus petere vt totum digitum omnino, nec manum, sed extremum digiti mittat in aquam vt vel vna guttula refrigeret linguam meam. Sed ecce qui minima negauit pauperi, micas, scilicet de mensa cadentes nulli vsui applicatas nec ab eodem, cui negauit, guttam aquæ recipit. Insuper amplius cruciatur dum habitæ fœlicitatis memoria innouatur. Recordare quia recepisti bona in vita tua Infelicissimum enim genus infortunii est fœlicem fuisse, secundum Boet. Et vt sciat se nunquam exaudiendum, ad perpetuam suam desolationem, additur. Et in omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatū est, vt qui volunt hinc ad vos transire, non possunt, quoniam neq; angeli, qui in hac vita degentibus tantò assistunt ministerio, nec beati auxiliatores beniuoli suo patrocinio possunt

adire

adire damnatos miserationis affectu proter conformitatem voluntatis suæ cum diuina. Ibi ergo cessat influere beneficium vena illa misericordię indeficiens, ipsa misericordię mater, quę nũc laxauit sinum ad omnium conuerti volentium susceptionem, nihil prodest miseris meritum apostolorum, sanguis martyrum, intercessio confessorum, charitas virginum, quorum in terris constituti, nec monita audierunt, nec imitati sunt exempla. Sic ergo (sicut Sap. 5. scribitur) spes impij quasi lanugo, quæ à vẽto tollitur, & quasi spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffusus est, & tanquã fumus, qui à vento diffusus est, & tanquam hospitiũ vnius diei prætereuntis. Iob 11. Effugium peribit ab impiis, & spes eorum abominatio animæ. Videte, quam iusta retributio, quod verum est, quod dominus ait, Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Matth. 7. Ideo inquit August. serm. 35. de verbis euangelii, Negatur in pęnis misericordia diuiti, quia ipse dum viueret, noluit misereri. Ideo rogans diues non exauditur in tormentis, quia rogantem pauperem non exaudiuit in terris. Et quia neque officio linguę, verbo saltem consolatorio dignatus est pauperem vlcerosum alloqui, in lingua magis conqueritur se cruciari. Et à quo pauper olim desolatus relinquitur, ipse eiusdem pauperis varia quærit subsidia, quæ vniuersaliter denegantur. Sic recti corde duro æterna respondet desolatio. De hac desolatione dicitur in euangelio repetitis vicibus, Amen, amen dico vobis, quia nescio vos.

Quarta pœna remorsus conscientia.

Quarta pæna vermis. i. durissimi remorsus conscientiæ, ac pęnitentia infructuosa. Tunc enim pęna oculos aperiet ad videndum peccatorum magnitudinem, quos prius delectatio clausit in culpa. Quod significatur in eo, quod fratres suos auizare disposuit, quos in vita exemplo suo irretiuit, videns nunc ex aliena culpa sibi imminere pœnam, qui prius noluit scire propriam. De hac pœna dicitur Esa. vltimo, Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur. Hæc respondet pompę superbiæ, vt qui noluit proprios defectus ad salutem cognoscere, sed inaniter extolli super se, nunc in profundo inferni oppressus cogitur sine obliuione cum cordis inexprimibili dolore cogitationib⁹ suis ad pęnam semper inhęrere. De quo Sapient. 5. pulchrè ad propositum dicitur, Stabunt iusti &c. vsq; Iusti autẽ

Ecce dilectissimi, si huiuscemodi inferni damnatione percutitur diues, qui sua non tribuit, qua pæna mulctandi sunt, qui aliena diripiunt, qui pauperes vi, & fraude opprimunt? Vbi nunc vanus clamor secularium tota die se iustificantium, & frustra pęnas euadere sperantium pro eo, quod non sunt raptores, fures, latrones adulteri, & deceptores, non tamen cessantes toto annisu seculi vanitatibus, & corporis voluptatibus deseruire, ac diuinę legi obedientiam paruipendere? Hi quoque, qui nedum preciosè, sed turpiter, & inhonestè vestiuntur &c. Attendant nihilominus, & timeant vani, & aberrantes religiosi, clerici, moniales, & monachi, qui patrimonium Christi in superbia, & voluptate turpiter, neglectis pauperibus dissipant, quorum omnis labor in vestium cultu, & munditia, ac ciborum delicata præparatione laborat, quanta eos pęna maneat, dum secularem diuitem talibus illicitè insistenté, vorax hæc (vt audistis) flamma consumit. Timeant, ne & ipsi pro consolatione hic recepta, audiant perpetuæ desolationis verba. Recordare, quia recepisti bona in vita tua.

Causa damnationis diuitis qa curã carnis habebat.

Audistis pęnam dictu horribilem, quam diues ille incidit, causam puto intellexistis, quomodo carnis suæ curam in desyderiis egit, tempore hoc, quo purgandæ animæ cura haberi debuit. Ideo improperium hoc audiuit, Recordare, quia recepisti bona in vita tua. Bona. s. corporis posterius expectanda, in vita tua quæ animę seruitiis est cõcessa. Nã secũdũ Ber. ser. 6. de aduẽtu animab⁹ hoc tps est, nõ corporibus assignatum. Meritò quippe anima prioré,

ſibi vendicat ſollicitudinem,& quia dignior,& quia prior corruit,& quia corpori bene eſſe non poteſt niſi per animam. Denique ſi Chriſti membra volumus inueniri,ſequendum eſt nobis ſine dubio caput noſtrum, qui & ipſe prius venit ad animę reformationem,peccati ſcilicet deletionem,non tollere moleſtias carnis, ſed peccata mentis, ſicut Ioan. ait: Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi .Veniet iterum non iam, in humilitate ſed gloria,& maieſtate,gratia corporis reformandi. Sicut dicit apoſtolus: Saluatorem expectam⁹ dominum noſtrum Ieſum Chriſtum q. re.cor .hu.no.con.cor.cla. ſuæ, ad Phil. 3.Conſyderate, quæſo quam inurbanum,immo quam crudele,non credere corpus tam dignè hoſpiti animæ ſcilicet ſuæ à quo tanta recipit,ab eo nanq; oculus viſum, auris auditum,lingua vocem, palatus guſtum, capiunt ſingula membra motum, ſi quid vitæ,ſi quid ſenſus,ſi quid decoris,huius hoſpitis ē beneficiū. Diſceſſus enim probat, quid præſentia conferebat. Protinus enim anima diſcedente lingua ſilebit, oculi nil videbunt,obſurdeſcent aures,corp⁹ omne rigebit facies expalleſcet, in breui quoque totum cadauer putreſcet,& decor omnis in ſaniem vertetur. Cum ergo corpus nihil boni habeat niſi per animam,a quam tantūmodo,cum exul eſt à patria recipit, & inimicitiarum cauſa à facie domini eiecta, quantum recipiet ab ea,cum in beatitudine fuerit Deo reconciliata,& ad patriam ſuā recepta,maxime cum in ea plenè beatificari non poterit, niſi dum ipſam ſuā gloriam corpori ſuo ſecūdum q. capax eſt communicabit? Deſyderat equidem reuniri corpori,ipſumq; habere conſolationis ſocium,quem habuit tribulationis,& laboris. De quo quaſi admirās beatus Bern.ſerm.3. de omnibus ſanctis,carnem alloquens, ait: Vnde tibi hoc ò miſera caro, o fœtida caro, vnde hoc tibi? Animæ ſanctæ, quas propria Deus inſigniuit imagine, quas redemit proprio ſanguine,te deſyderant,te expectant, & ipſarum ſine te compleri lætitia,perfici gloria, conſummari beatitudo non poteſt. Adeo viget in eis deſyderium hoc naturale, vt necdum tota eorum affectio liberè pergat,in Deū ſed contrahatur quodammodo,& rugā faciat,dum inclinatur deſyderio. Quia ſi animam ibi replli contingat, & perpetuis cruciatibus deputari, caro animæ reunita, huius damnationis exors non erit, ſed omni horrore,ſqualore,& miſeria confecta, & ipſa tradetur ignibus ſempiternis.

Vnde certiſſimum (ſacra atteſtante ſcriptura) hoc manet, q. ſicut in præſenti corpori bene eſſe non poterit,niſi per animam viuiſicantem, ita nec in futuro niſi per animam beatificantem. Qui ergo per præſentes conſolationes illicitas putat ſe ſuo corpori ſeruire, ſimilis eſt ei, qui ruinoſę domus ob fundamenti, aut ſuſtentantium infirmitatem columnarum ſuccurrere voluerit, neglecto fundamento,& ſuſtentaculis, tectum magis grauat. Ipſa enim anima eſt corporis ſuſtentaculum, ac viuificās fundamentum. Corpus velut tectum eius ipſam animam continens, & abſcondens. Hoc ergo vnum eſt, quo corpori benefacimus,quo eius penas, defectus,& miſerias cauere poterimus vniuerſas,ſi hic ipſum in ſpiritus redegerimus ſeruitutem, ſi nō vt dominum,ſed vt ſeruum animæ nutriamus. Quo .n. magis in præſenti ſeruiet,eo apparebit glorioſius in futuro. Seruo autem debemus nutrimenta vitæ correctionem diſciplinæ,& laborē in vtili opere. Hinc Eccle.10. dicitur: Cibaria, & virga, & onus aſino. Panis, diſciplina, & opus ſeruo. Carnem ergo oportet ſuſtentare, caſtigare,& ne otietur, laboribus occupare. De quo Greg. homi.10.in Ezech. Caro aliquando nobis inquit adiutrix eſt in bono opere,aliquando ſeductrix. Si igitur plus ei damus,quam debemus hoſtem nutrimus. Si neceſſitatibus ei⁹ non reddimus,quæ debemus, ciuem necamus. Satianda eſt ergo caro, ſed ad hoc vſque, vt in bono nobis opere famulari ſufficiat,ne vel nimis attenuata deficiat, aut incraſſata recalcitret, & repu.

Sicut in præſenti corpori bene eſſe non pōt ſine anima viuifi cante ita infuturo ſine anima beatificante.

repugnet, sicut scriptum est: Qui seruū suum nutrit delicatè à pueritia, sentiet eum contumacem. Prouerb. 29. Quia autem non omnes similibus operibus sunt astricti, & officiis, non potest dari regula vniformis corpus nutriendi. Aliter enim laborantes corporaliter, vt rurales, & mechanici, aliter laborantes spiritu, vt contemplationi vacantes, & clerici. Illorum est corpus suum cibis grossioribus fortificare. Istorum verò moderatius reficere, ieiuniis, & abstinentiis macerare, ita tamen moderate, vt non extenuetur. Totum ergo studium carnem propriam nutriendi ad bonum mentis tendat. Ita corpus quilibet nutrire, ac regere laboret, ac in statu illo conseruare, quo aptum magis nouerit spiritui secundum statum, & officium suæ vocationis.

Vt animæ nūc puideamus hortatio.

Nunc ergo dilectissimi si carnem diligitis, siquidem carnem suam nemo vnquam odio habuit, ad Ephes. quinto. Si fortitudinem, si pulchritudinem, si agilitatem, si delectationem, si voluptatem concupiscitis, si gaudium amatis, rectè amate, ita amate, vt consequi valeatis, quod desyderatis. Ibi quærite, vbi inuenire poteritis, hic in lachrymarum valle si hæc quæritis, laborem sine dubio perdetis. Sunt enim illa dotes quædam futuræ beatitudinis, quas corpus habere non poterit, nisi per redundantiam beatitudinis animæ in ipsum. Animam ergo nostram excolere nunc studeamus. Vitiorum sentes, & spinas eradicando purgemus. Virtutum germina inseramus, vt tandem ad fructum plenum, animæ fœlicitatem pertingere possimus.

Qua beatificata, & corpori reunita, omnia, quæ in corpore desyderamus, recipiemus, tunc quippe & corpus resurget spirituale, omni mutabili creatura fortius, sole pulchrius, aere subtilius, ventis agilius, alienum ab omni corruptione, impassibile, immortale, nullius capax tristitiæ, nullius pœnæ, sed plene affectu lætitię, & iucunditate.

Sic nos dominus, & saluator noster verbo, & vita docuit, qui omni tempore, quo inter hominus mortales conuersatus est, corpus suum sacrosanctum contriuit mundandis animabus studuit, & vniuersa, quæ nobis instituit sacramenta, medicinas quasdam non corporis, sed animæ dereliquit. Sic apostoli, sic martyres, sic confessores, sic beatæ Virgines, & vniuersi amici Dei vixerunt, sic docuerunt. Et quo magis hic corpus attriuerunt, paupertatem. coluerunt, honores spreuerunt, tribulationes pro Christo susceperunt, eo nunc beatiores in anima, corpora recipient gloriosiora. Quapropter vt Chrysost. hortatur, diuitis exempla deterreant, pauperis Lazari prouocent animam christianam. Quando aliquem diuitem viderit, quando sibi applaudit in diuitiis, in pompa, illum diuitem cogitet, consyderet vocem, & clamorem Lazari digitum postulantem. Vtrunque si proponimus diuitiæ nobis viles, & paupertas æstimabitur præciosa. Quoties denique ad illicita desyderia titillamur, offeruntur voluptates, arrident prospera recordemur, ne si his illicitè vtamur, bona nostra recipiamus in hac vita, sed magis spernamus, vt in futuro ea possidere abundantius mereamur. Per dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre, & spiritu sancto viuit, & regnat, Deus per omnia secula seculorum Amen.

DOMINICA II. PEREgrinationis. Sermo I. in ordine LII.

PARATA sunt omnia Luc. decimoquarto.

Conditus est homo ad æternam beatitudinem possidendam, vt habet Magister in secundo. Beatitudo verò præmium est dandum pro meritis. Sed nec placere possunt Deo opera cuiuspiam, nisi & ipse actor prius plus pla-

ceat. Respexit enim Deus ad Abel, & munera eius. Placent Deo opera nostra, quia primò nosipsi grati, & accepti sumus Deo. Non autem Deo placet homo ad vitæ æternæ consecutionem, & meritorum executionem ex puris naturalibus. Sed neque eius opera nisi ex gratiæ gratum facientis, seu charitatis inclinatione procedant. Vnde apostolus primo Corinthiorum decimotertio sine charitate se nihil esse dicit, nec opera sua nullatenus ad vitam prodesse. Similiter Roma. sexto. ait Gratia Dei vita æterna. Hanc gratiam ex meritò Christi recipimus, cuius plenitudine omnes recipimus gratiam pro gratia. Lex enim per Moysen data est gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Ioann. primo. Ad habendum ergo gratiam, & charitatem, quæ per spiritum sanctum diffunditur (Christi merito) in cordibus nostris, misit Deus pater per incarnationem filium suum vnigenitum in hunc mundum. Eius enim missio, incarnatio est. In hac sua missione magnam instituit cœnam in ecclesia triũphante, ad quam omnes homines vocauit.

Vult enim voluntate antecedente omnes homines saluos fieri, & ad veritatis agnitionem peruenire. Multi verò nolunt parere suæ vocationi. Sed non obstante malignorum voluntate, præparauit nobis cœnam amplissimam omnia continentem, quæ ad salutem sunt necessaria, gratiæ scilicet collationem, sacramentorum efficaciam, regni apertionem, spiritussancti missionem, edulii cœlestis præparationem &cet. Nec restat nisi viam arripere, & cœnam ingredi, se seque cœlestis mensæ conuiuam futurum facere per gloriam, hoc per gratiam. Ad hanc nos vocans, vt omnem trepidationis notam tolleret, & plenam sufficientiæ copiam ostenderet: Parata sunt omnia Pro gratia Aue.

Tria proponuntur in euangelio. Cœna magna, ad quam sumus vocati. Numerosa excusantium multitudo ad oblata beneficia ingrati. Obedientium conditio, qui fuerunt ad cœnam parati.

Cur dicitur cœna & nõ prandiũ.

Cœna ad quam vocati sumus æterna beatitudo est. Non obiectalis, quæ non est facta, sed formalis consistens in visione, fruitione, & intentione, respectu cuius anima se habet passiuè solum non actiuè vt multis placet. Hæc quia est effectiuè à Deo, vel forte ab anima beati, potest dici facta.

Dicitur cœna, quia vltima hominis refectio. Vnde Augustin. in confe. Domine fecisti nos ad te, inquietum cor nostrum donec requiescat in te. Et propheta: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Cœna ergo dicitur, quia vltima hominis refectio, post quam non est alia, sicut nec post cœnam corporalem. Non ergo prandium, sed cœna dicitur, quia post prandium, non post cœnam alia refectio expectatur. Hæc dicitur magna, quia magnus, qui reficit, & satiat omne desyderium. Deus ipse est merces magna nimis. Gene. decimo quinto. Magna, quia mansiones multæ ibi sunt. Ioann. decimo quarto pro capacitate singulorum. Cuius magnitudinem ille prædicet, qui effari poterit, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit &c. Ibi aderit omne bonum, abest omne malum, omne volitum eo modo vt volitum est habetur, omne nolitum elongabitur.

Ibi satietas omnium bonorum perfectissima &c. vt latè habet beatus Augustinus in medita. capitu. vigesimoquinto in hymno de gloria paradisi, quia parata sunt omnia.

Sed diceres: Cur ergo si ita est, non omnes festinant saturari delitiis huius conuiuii, sicut ad corporales delitias explendas multi currunt, anxie quærentes eas? Item: Cum omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt Roma. decimo tertio. Attingit enim à fine vsque in finem fortiter &cet. Ordo autem secundum Augustinum decimonono de ciuitat. Dei capitu decimotertio. est parium, dispariumque rerum, sua cuique

loca

loca distribuens dispositio, ergo dissimi lia simul stare non possunt. Cum ergo ad cœnam magnam non nisi magni vo cantur: Cur hoc exclusis magnis, pauperes, debiles, ceci, claudi admittuntur?

Ad primum dicitur secundum Gregor. in homil. quod est differentia inter delitias corporales, & spirituales. Corporales non habitæ desyderium ac cendunt. Habite comedentem in fastidium vertunt maius, quam fuerit eorum appetitus. Spirituales non habitæ in fastidio sunt. Habitæ verò tantò amplius desyderantur, quantò amplius habentur. In illis appetitus placet, experientia displicet. In istis appetitus vilis est experientia magis placet. Augent enim spirituales delitiæ desyderium in mente dum satiant, quia quantò magis eorum sapor percipitur, qui nihil habet amaritudinis, tantò amplius cognoscitur, quod auidè ametur. Et ideò non habitæ amari non possunt, quia eorum sapor ignoratur. Hinc propheta. Gustare, & videre quoniam suauis est dominus. Item Eccle. vigesimoquarto. Qui me edunt, adhuc esurient &cet. In corporalibus sensus turbatur, & earum cognitio perit, ideò fastidium generant. In his intellectus illuminatur, affectus inflammatur, quo inflammato cognitio augetur, ex consequenti magis appetitur &c.

Ad secundum: Ad cœnam magnam non nisi magni veniunt. Magni non mole corporis, sed virtute. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth. decimo primo. & Luc. decimo sexto. Lex, & prophetæ vsque ad Ioannem, ex eo regnum Dei euangelizatur &ce. Est autem magnus coram Deo, qui verè magnus est, Deus enim in iudicio non fallitur. Est magnus mundo, qui iudicando non decipitur, & tales nulli sunt apud Deum. Qui enim se exaltat, humiliabitur.

Hinc contra superbientem Saul dicitur: Cum esses paruus in oculis tuis, caput in Israel factus es primo. Regum decimo quinto. Et apostolus primo Corinthior. primo. Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia. Quia enim in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes, hoc patet de apostolis, de rustico Petro, & rustico Ioanne vt beatus Augustinus loquitur.

Ideoque cum nihil amatur nisi cognitum, & bona spiritualia longè obsunt ascensu, ideò eorum cognitio non quæritur, ex consequenti nec quæruntur, nec appetuntur, nec desyderantur. Secus de carnalibus bonis, in quibus quia semper aliquid amaritudinis, & penalitatis latet absconditum, ideò statim respuuntur, & fastidium generant. Spirituales verò quantò plus scrutantur tantò amplius omnis boni dulcedinem afferunt, ideò habitæ delectationem accendunt.

Ad cœnam magnam non nisi magnam vocatur.

Defectus ergo cognitionis in causa est. Et quia diuites huius seculi, & carnis voluptati studentes magni sunt in oculis suis spiritualia nesciunt, spiritualia non querunt, nec appetunt, & ex consequenti nulli reputantur apud Deum, secundum verba apostoli 1. Corinth. 3.

Ideò eis dimissis vocantur magni, & sapientes apud Deum, quem nil fallere potest, qui sunt magni virtute, & Dei amorosa cognitione. Dimissis magnis huius seculi O mentes culpabiliter excecatas, offert dominus quod rogari non debuit. Non rogatus dare vult, quantus contemptus iudicaretur siquis amicorum magna offerret donaria, magna valde gratis, & indebitè, hoc est sine merito, alteri homini, & recusaret accipere cum opus haberet? Sed qualis comparatio hominis ad Deum? bonorum corporalium, & temporalium respectu spiritualium, & æternorum? Nulla. Studeamus ergo parere vocationi domini, quia parata sunt omnia.

Secun-

Numero sa multitudo sese excusantium.

Secundò tangitur in euangelio numerosa multitudo sese excusantium, & ingratitudinem magnam exhibentium In his enim excusationibus omnis alia excusatio venire nolentium includitur. Omne enim, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum, vel superbia vitæ, vt inquit Ioan. Tales fuerunt, qui in euangelica parabola sub triplici differentia signati omnes simul se excusare cęperant, ne ad conuiuium venirent. Vnus ait, quia villam emi & necesse habeo exire, & videre eam, rogo te, habe me excusatum, secundum Augustinum. de verbis domini, per villam emptam appetitus dominandi eis, qui in villa habitant, intelligitur, qui haud dubium ex radice superbiæ ortũ duxit. Non enim sine præsumptione propriæ excellentiæ quis appetere potest regimen aliorum, quod partes nostri sancti tanto studio fugierunt. Vigilanter autem dicit dominus in persona huiuscemodi dominia appetentes, villam emi, non ait, in commissionem accepi, sed emi, quoniam etsi status præsidentiæ licitæ acceptari possit, emi autem licitè omnino non potest. Emit autem quisquis fauore, obsequio, prece, precio, minarum terrore, aut promisso per se, vel alium prælationis officiũ seculare, vel spirituale sibi vsurpat. Ait nanque August. 19. de ciui. cap. 19. A studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet ociũ. Locus verò superior, sine quo populus regi non potest, etsi ita teneatur, atque ministretur, vt decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem ocium sanctum quærit charitas veritatis. Negocium iustum suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæque, atque intuendę vacandum est veritati, si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem. Grego. etiam in pastora cap. 9. partis prime. Virtutibus pollens non nisi coactus ad curam accedere debet animarum, virtutibus verò vacuus, nec coactus accedat. Hinc Eccle. 7. dicitur, Noli quęrere ducatum ab homine, neque à rege cathedram honoris. Cui consonat illud apostoli, Nemo sibi assumat honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, ad Hebræ. 5. Si placet istã materiam extẽdere, Vide sanctum Thomam 2. 2. quæst. 185. art. 1. vbi latè prosequitur, & disputat, Si liceat episcopatum appetere, vide ibi, Quid autem ait emptor villæ? Necessè habeo exire, & videre illam Quæ est illa necessitas, quæ compellit relinquere cęnam, & ad videndum villam exire nisi necessitas finis emptionis? Emit, vt dominetur (August. vbi supra) vt præsit, non vt prosit, alioquin vocationem expectasset, non contra domini præceptum emisset. Vt ergo assequatur, quod emit, necesse habet exire, & videre. Quid? non homines, sed villam. Non enim hominũ mores scrutatur, quomodo secundum iustitiam regantur, quomodo Deo acquirantur, sed villam videt. Videt villam secundum Gregorium. in homil. qui sola exteriora cogitat propter substantiam terrenam. Qui scilicet pompam diligit terrena lucra appetit, de subiectorum salute, & iustitia non tractat, quærens quæ sua sunt, nõ quæ Iesu Christi. Hęc est mala necessitas, amor sui inordinatus, quo negligens delicatissimam cęnã, exit videre villam. Exit longius extra seipsum, extra Deum, dum etiam latenter superbiam dissimulat, vt ipsam ficta humilitate palliet, dicens, rogo te, habe me excusatum. Dum enim (secundum Greg. in hom.) dicit, Rogo, & tamen venire contemnit, humilitas sonat in voce, superbia in actione. Sic faciunt quicunque peccatores, aut ad regimen se insufficientes profitentes, nec tamen desistunt, dicentes corripienti, Peccator sum, roga pro me. In verbis humilitas, in actione continuata superbia demonstratur.

Qui iuga boum emit auarus est.

Alius iterum se excusauit à cęna dominica. Iuga inquit, boum emi quinq; & eo probare illa, rogo te habe me excusatum. Hic auarorum personam gerit, quos diabolus decipit, dum exteriora bona cupidis offert, quatenus concupiscendo emant. Rectè enim terrena substan

ſtantia quinque iugis boum ſignatur, quoniam iugatis bobus terra ſulcatur, & ſicut in ea fructus quæritur, ita cupidus iugis ſenſuum ad exteriora ligatis in ſolis terrenis fructum quærit, quem quia non niſi magnis laboribus,& periculis,& ſpiritualis lucri diſpendiis quęrit, & accipit, quaſi dato precio emere dicitur. Vadit probare ea, dum relictis virtutum lucris perpetuis, in caducis diuitiarum acquiſitionibus delectatur. Qui enim volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli 1. Tim.6.

Tertius autem excuſans ſe, ait, Vxorem duxi, ideo non poſſum venire, hic voluptatum ſectatores ſignificat, ſicut Grego.ait. Quid per vxorem, niſi voluptas carnis accipitur? Nam quamuis bonum ſit coniugium, atque ad propagandum ſobolem diuina prouidentia inſtitutum, nonnulli tamen non per hoc fęcunditatem prolis,ſed deſyderia expetunt voluptatis. Et idcirco per rem iuſtam ſignificari poteſt non incongruè res iniuſta. Si eos, qui vocati ſunt deleſtationibus variis ſecundum ſuæ complexionis,aut malæ conſuetudinis conditionem,à cæpto itinere deijcit, ne vocationi pareant, ſed magis à cœna, ad quam pergere cęperant, ſe excuſent. Multos nimis hac arte deiicit', facilè.n. nondum in virtutibus ſolidati proſperi tatibus capiunrur, quia ſolet proſperitas, & voluptas oculos claudere, quos nonnunquam aduerſitas aperit. Hinc in pſal.90.ait Dauid, Cadent à latere tuo mille,& à dextris tuis decemmillia. Per latus ſiniſtrum ſecundum Bern. aduerſa per dextrum proſpera intelliguntur. Multi cadunt victi aduerſitatibus, ſed longè plures immerſi voluptatibus. Paucos mille, multos decemmillia repræſentant.

Obedientium, q iuerunt ad cenã, conditio

Tertiò tangitur in euangelio obedientium conditio, qui fuerunt ad cœnam parati, hi ſunt pauperes, & debiles,cęci & claudi. Pauperes.ſpiritu,quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ. Mat. 5. Hi ſunt & humiles, vt vult gloſa ſuper illo Mat. 3. Sine ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.i. humilitatem. Talis enim eſt conditio oppoſita ſuperbiæ ſeu ſuperbę præſumptioni, quę impedit quenquam venire ad cœnam magnam. Oportet ergo venire volentem eſſe humilem, ne ſuperbiæ faſtu dominari velit in populis, & debilé ne de ſe magna pręſumendo altioribus ſe ingerat,& intrudat. Vnde ſecundum ſanctum Thom.2.2. quæſtio.185.art.1. cum in epiſcopatu, & ſimiliter in ſacerdote tria poſſint conſyderari.ſ. ſacerdotalis clericalis vita,qua ſalus propria,& aliorum curatur,altitudo gradus,reuerentia ſeu honor,& ſufficientia temporalium,quæ conſequuntur ad priora, appetere epiſcopatum,aut clericalem prę lationem hoc tertio modo illicitum ẽ, & pertinet ad cupiditatem, auaritiam ſeu etiam ambitionem quærentem honores. Sic dominus ait de phariſęis Matth.23. Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis &c. Salutationes in foro,& vocari ab hominibus Rabbi. Appetere ſecundo modo quo ad celſitudinem gradus præſumptuoſum eſt. Appetere primo modo laudabile eſt ſecundum ſe, & virtuoſum, dum ex zęlo charitatis præcisè procedit,& non eſt alia intentio ſiniſtra. De hoc vide latius Thomam vbi ſupra. Secundo vocati ſunt,& venerunt cęci, terrena neſcientes contra Deum, hi ſunt iuſti iuſtitia legali. Dum ergo contemnunt affectu iſta inferiora propter Deum, iam homo cæcus eſt reſpectu eorundem, & hoc eſt renunciare omnibus quæ poſſidet homo. Non velle quippiam illorum contra Deum, iuſtitiam, vel æquitatem. Sic ait ſaluator Lu.13. Omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Tertiò vocati ſunt claudi, qui affectu carnali non præmuntur,qui carnem neſciunt, ſed ſpiritui viuunt. Claudi inquam, carnalium affectu illecebroſo, ſed rectè rationis vinculo compediti'. Affectiones ſiquidem, & animæ paſſiones pedes dicuntur, dum ergo reſpectu carnalium, freno continentiæ,& temperantię ligantur, iam claudi ſunt,& cęteris

teris paribus ad cœnam venire parati. Studeamus ergo habere has conditiones oppositas, quia vt dicit dominus, Nemo illorum trium virorum, qui vocati sunt, superbus scilicet auarus, & luxuriosus, gustabit cœnam dominicam.

DOMINICA II. PEREgrinationis. Sermo. II. in ordine. LIII.

COEPERVNT se simul omnes excusare. Luc. 14.

Omniū rerū dulcissima ē pax, àqua longè nolunt ad cœnā venire.

Omnium rerum dulcissima est pax, quam vniuersaliter omnis natura desyderat, sicut 19. de ciui. Dei cap. 11. beatus Augustinus ait, dicens, Tantum est pacis bonum, vt in rebus etiam terrenis, atque mortalibus nihil gratius solet audiri, nihil desyderabilius concupisci, nihil postremo melius inueniri. Anima itaque rationalis, quia natura quædam est, pacē sui appetit, & pro ea quoad potest, laborat. Cuius pax secundum eundem, eo li. cap est ordinata cognitionis, actionisque consensio. Perturbatur pax illa, dum aliud dictat ratio, atque aliud vult appetitus, dum non suam voluntas sequitur regulam i. rectę rationis dictamen, sed magis sibiipsi est regula Oriturque illud bellum in ęternum quod conscientiæ remorsus, siue vermis vocatur, quia vt magister in prologo dicit, Inter veri assertionem, & placiti defensionem pertinax pugna, dum se veritas tenet, & se voluntas erroris tuetur. vt ergo huius discordiæ molestia repellatur, excusatio quæritur quatenus id, quod placet, etiam liceat, & iam peruerso ordine incipiat ratio consentire voluntati, cui magis èconuerso tanquam suæ ductrici voluntas debuit obedire. Sicque pacem in suo volito assequatur. Hinc omnes illæ callidæ adinuétiones, quibus malum bonum, & bonum dicitur malum, quibus excusationes querūtur in peccatis, quibus deniq; mifereri nedum alios, sed periculosius decipiunt semetipsos. Quod videre est in his, qui secundum euangelium hodiernum vocati venire nolentes ad nuptias non cōtenti fuerunt nuptias relinquere, quoniam in seipsis conscientiæ non cessabat remorsus, qui de inhonestate, & mēdacio arguebat. Sed vt iā licentius agerent, quæ volebant, & ita bellum cessaret intestinum, ad excusationes varias se diuerterunt, & coram nunciis, qui se iam dudum vocatos introducere venerant, & ad veniendum adhortari, cœperunt simul omnes se excusare. De quibus pro gratia Aue ma.

Quid sit cęna, ad quam vocamur.

Primò recitabitur euangelium, secundo excusatio non venientium vnde processit aperietur.

Cęna illa, ad quam vocati sumus, atque venire possumus, quoniam omnia parata sunt, æterna beatitudo est secundum Grego. & quia in extremo tempore nobis donabitur, & quia post istud (quoniam æternum est) nullum conuiuium aliud expectatur. Quæ quia magna est, & simpliciter iucundissima, & optima, magnis desyderiorum à nobis est votis requirenda, expeditisque ad eam gressibus est currendum, dicente apostolo, Nescitis, quod hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Sic currite, vt comprælendatis 1. Cor. 9. Currimus autem ad illam, & venire incipimus nō pedibus corporis, sed mentis, cuius duo pedes sunt. Intellectus, & effectus, quia nō loco appropinquamus Deo, qui nulli deest loco, siquidem cęlum implet & terram. Hiere. 23. sed cognitione, & amore. De quibus prophæta ait, Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. His enim duobus pedibus anima graditur, quocunque mouetur. Primus pes intellectus, vel actus eius scilicet cognitio. Secundus affectus, vel affectio, & ideo secundus, quia hic leuari non potest nisi prius se moueat primus. i. intellectus. Quis enim (ait Gre. in hom.) amare valet, quod ignorat? Ad ambulaudum his pedibus vocati dudū sumus, cum. s. secundum Grego. donū intellectus accepimus. Vocamur etiam per dies singulos secundum eundē quoties à prædicatoribus ad seculi contempi

ptum, & æternorum desyderiorum inuitamur. Vocati autem venire contemnimus cum donum intellectus, quod accepimus, operibus non insequimur. Dū quoque salutaribus prętermissis studiis rebus transitorijs insudamus. Econtra vocati venimus, cum acceptam intellectus gratiam perficimus operādo. Principium ergo nostri gressus est recta cognitio. Consummatio verò est affectio ordinata. Neque ordinata potest esse affectio, vbi erat cognitio. Vnde non immerito primus labor est rectificare intellectum, sine quo frustra proceditur ad ordinandum affectum. Si lumen, quod in te tenebræ sunt, tenebrę quantæ erunt? Mat. 6. Intellectus rectitudinem impedit ignorantia, & lumen eius obūbrat, sicuti est videre in hominibus sese excusantibus in euangelio. Tales quippe homines nobis in euangelio sub triplici differentia designantur, in ternario hominum illorum, quorum alter quia villam emit, alter iuga boum quinque, tertius vxorem duxit, venire ad conuiuium se excusauit. Hæc enim negocia sunt, quibus cum homo curam impendit, à cognitione salutis, qua itur ad conuiuium se subducit. Auaritia, curiositas, voluptas.

Tria nos remouēt à cœna. auaritia curiositas, & voluptas.

Auaritia per eum, qui villam emit. Curiositas per eum, qui quinq; iuga boum comparauit. Voluptas autem per eum, qui vxorem duxit, secundum Grego. in hom. designatur.

Qui nanque villam emit, & terrenā substantiam, & dominandi libidinem sitit, vtrumque ad auaritiam spectat. Est enim auaritia, vt magister ait disti. 21. libri secundi, immoderata habendi cupiditas, quæ non est tantum pecuniç, sed etiam altitūdinis. Rectè inquit, Grego. homil. decimosexta auaritia dicitur, cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad auaritiā honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de vnigenito Dei filio diceret, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.

Vtrumque & honoris cupiditas, & terrenæ substantiæ impedit à vera, & necessaria cognitione, & ita ignorantiam inducit necessariorum ad salutem. Si enim ibi sapientia, vbi humilitas, Prouerb. 11. & spiritus domini doctor omnis veritatis requiescit super humilem, & trementem sermones domini. Esaia. 66. consequens est, vt in corde superbo habitet stultitia. Cum denique sublimitatis cupid⁹ sēper circa ea verset, q̄ alta sunt hominibus, illa noscere inuestigat, quæ abominatio sunt apud Deum, sicut veritas. Luc. decimosexto. ait, Quæ cum nosse incidit, iā animi elatione seductus se sapientem iudicat, atque in illud incidit, quod ad Roma. 1 ait apostolus, Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.

Nec mirum, quoniam secundum verbum saluatoris Matth. vndecimo vera sapientia à sapientibus mundi abscondita est, ac paruulis reuelatur, propter quod sicut Apostolus 1. Corinth. 3. ait, Siquis sapiens Videtur esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Hinc iterum hortatur apostolus ad Roman. duodecimo Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

Qui etiam terrenis incubant, à veritatis cognitione vacui sunt, cum ēm quæ sua sunt, quærunt, non quærunt ea, quæ Iesu Christi. Phil. 2. Hinc de eis dicit idem, primo Timoth. 6. quod qui veritate priuati sunt, quæstum ęstimant pietatem. Propter quod stultitiā improperauit dominus ei, qui cum multa congregasset, etiam vitæ longitudinem animæ suæ promittebat, dicens, Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti, cuius erunt? Et Grego. duodecimo moral. Multiplex terrenarum rerum cura, quē occupat, excecat.

Desyderata quoque terrenorum abūdantia oculos mentis pręmit, & hoc, quod in eis esse honorabile debuit, ante oculos Dei fędat, quia curis multiplicibus aggrauat: Satis denique docet experientia quomodo auari totum ingenium in terrenis cumulandis occupāt vt parū vel nihil de salute cogitent. Hinc est illud, q̄ oēs in suis negociis in

gen



uentiui sunt, oculati & prudentes: sed in agendis secundum legem diuinam, hebetes, & stolidi: decalogi tenorem sciant. Villam itaque auari, quam emunt. i. temporalia, quæ sitiunt, videre exeunt, & venire ad æternæ beatitudinis cœnam per rectam sui cognitionem contemnunt.

Qui emit iuga boum.

Quinque verò boum iuga emit, quisquis curiositati deseruit. Per quinq; n. iuga boum secundum Grego. in homil. quinque sensus corporis designantur, qui quia compræhendere nesciunt interna, sed sola exteriora cognoscunt, & deserentes intima, ea, quæ extra sunt, tangunt curiositatem similitudine propriè repræsentant.

Quamuis enim curiositas generaliter est vitium, quo appetitus inordinatè tendit ad aliquid cognoscendum, & hoc, vel quantum ad id, quod sciri desyderatur, quia minus vtile, & ab vtiliori necessario, ac debito impeditiuum, vel quantum ad id, à quo cognitio quæritur vt si ab eo, à quo non licet, puta dęmone, vel hæresiarcha, quæratur. Vel quantum ad subiectum, cui acquiritur, vt puta si supra ingenii facultatem quæratur vel quantum ad finem inordinatum. Positiuè, vt quia quæritur scientia ad vsū malum, vel vt inde superbiatur. Vel priuatiuè, quia in Deum non ordinatur, vt declarat sanctus Thom. secunda secundę. quęst. 167. cum concordantiis. Frequenter tamen accipitur curiositas pro vitio, quo inordinatè quæritur cognitio rei exterioris vel status alieni ad se non pertinentis. Et hoc modo loquitur Gre. in homil. hodierna, simul ostendens quātū ab vtili & necessaria suiipsius cognitione impedit curiositas, dum alienam quærit discutere vitam semper sua intima nesciens, studet exteriora cogitare. Graue nanque curiositatis est vitiū, quæ dum cuiuslibet mentem ad inuestigandam vitam proximi exterius ducit, semper enim sua intima abscondit, vt aliena sciens se nesciat, & curiosi animus quantò peritus fuerit alieni meriti, tantò ignarus fiet sui. Nimis (prohdolor) hoc vitium inualuit, vt penè omnes quinque iugis boum sensibus. s. & intellectu aliorum merita probamus, ac scrutamur. Nostra autem cognoscere negligimus intantum, vt etiam in verbi Dei auditione, quod tanquam cibum proprium traiicere deberemus, nihil aduertimus, ac memoriæ commendamus, nisi vbi aliorum vita arguitur. Sic diligenter attendit laicus, dum cleri vitia tanguntur. Clerici, dum laici culpantur, & superiorum vitia dum recitantur, aduertunt subditi, & dum inferiores corripiuntur, rident Pręlati. Laudat sermonem auarus, dum luxuriam condemnat, adulter ascultat, si superbus repręhenditur. Sed nemo eas, quæ ad se pertinent correctiones, animaduertit, & memoriæ commendando custodit. Sed curiosi ad aliena negligimus stultissimè nostra, similes nauclero, qui attentè aliorū nautarū secum in mari procelloso nauigantium pericula consyderat, & nauis suę damna pęnitus negligit, quo fit, vt aliis euadentibus, ipse cum sua, quā regere negligit, absorbetur.

Vere periculosum est curiositatis vitium, quod etsi non semper mortale, quando scilicet in finem, qui est mortale peccatum, vel ei annexum non ordinatur, & propter curiosam rerum perscrutationem nihil eorum negligimus, ad quæ tenemur, nec committimus, quæ facere prohibemur. Est tamen multorum, ac grauium peccatorum principium, & origo. Hinc enim oriuntur suspiciones sinistrę de proximis, temeraria iudicia, despectiones, detractiones, odia, irę, homicidia, immo si cautè consyderauerimus, omnia quandoque hinc exurgunt peccata. Nunquam ad illicita appetitus tenderet, nisi curiosa, vel sensuum, vel intellectus inuestigatione cognitum illicitum obiectum appetitiui præsentaretur. Quid enim Euam ad peccatum induxit? nisi quia cibum vetitum curiosa scrutata fuit, Vidit inquit, mulier lignum, quod bonum esset ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit, de ligno, & comedit Genes. 3. Ecce visio appetitum, appetitus delectationem, delectatio ta-

Curiositas est vitium periculosū.

ctum



ctum, tactus gustum, gustus mortem induxit. Quid denique Cain in odium fratris excitauit, ac tandem fratricidã fecit, nisi curiosa perscrutatio eorum, quæ dominus egit circa fratris oblationem? Hinc enim iratus est vehementer & vultus eius concidit, quia respexit dominus ad Abel &c. Propter quod dominus à curiositate eum compescere volens, ait. Cur iratus es, aut quare concidit vultus tuus? Nonne si bene egeris, recipies? Si autem malè, statim in foribus peccatum aderit, quasi diceret, nihil ad te actio fratris tui, sed tuam consydera. Vnde sequitur. Subter te sit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, non vtique alterius.

Achan filius Charmi in dispersione Hierico vidit inter spolia pallium coccineum valde bonum, argentum, & aurum, & concupiscens abstulit, & ideo lapidatus est. Iosue. 7. Dina quoque filia Liç oppressa non fuisset, si non egressa curiosè videre cupiuisset mulieres regionis illius. vt habetur Gen. 34. Quanta denique incentiua libidinis curiosa oculorum euagatio affert, cognouit, qui dixit. Pepigi fędus cum oculis meis, ne cogitarem, quidem de virgine. Iob. 31. Et Thren. 3. ait Hieremias. Deprædatus est oculus meus animam meam. Fugiẽda est itaque curiosa rerum inquisitio, sicut hortatur sapiens Eccle. 3. Non est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis, & insuper vacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Plurima enim super sensum hõminis ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio eorum, & in vanitate detinuit sensus illorum Et prouer. 24. Non insidieris, & quæras iniquitatem in domo tristi, quinimo pes fatui facilis in domo proximi, & stultitia hominis est auscultare per ostium. Ecclesiast. 33.

Duæ regulæ ad vitandã curiositatem.

Sed dices fortè. Si non licet scrutari facta proximorum, quomodo tunc scriptum est. Vnicuique mandauit Deus de proximo? Eccle. 17. Neque enim diligẽs cura proximi geri potest, nisi facta eius inuestigentur. Sed ad hoc dicitur secundum sanctum Thomam 2.2. quæst. 167. art. 2. in solutione rationis tertiæ. Prospicere facta aliorum, vel inquirere bono animo (scilicet ad propriam, vel proximi vtilitatem. Propriam quidem, vt bonis operibus proximi ædificetur. Proximi, vt in peruersis operibus secundũ regulam charitatis, & debitum officii corrigantur, & in bonis dirigantur, & confirmentur) laudabile est, & meritorium immo sæpe debitum ex officio, vel charitate fraterna. Et hoc hortatur apostolus ad Heb. 19. Consyderemus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum. Sed consyderare proximorum facta ad despiciendum, detrahendum, vel inutiliter inquietandum, vitiosum est, immo etiamsi ad sciendũ solum inuestigatur, curiosum est. Vnde consyderandę sunt duæ regulæ Cancellarii Parisiensis in suis floribus. Prima. Omnis doctrina, & omne studium debet de curiositate vana, aut noxia culpari, quæ non ordinatur actu, vel habĩtu, mediatè, vel immediatè ad bene, moraliter, gratuitèque viuendum. Secunda. Dare studium suum rebus inutilibus aut noxiis vtilioribus scienter omissis, curiositas est damnabilis. Cautè tamen iudicandum est de vtili & inutili, noxio, & innoxio, vt ibidem sequitur. Multa dici possunt de hoc vitio, quæ etiam in materia de iudiciis proximorum, & detractione locum habent. Omnes itaque curiositatis vitio dediti, cum empta boum iuga probantibus se excusant, ne ad fœlicitatis conuiuium per Dei suique vtilem cognitionem veniãt.

Quid significetur per eum qui ducit vxorem.

Qui verò voluptati deseruit suç carnis, signatus per eum, qui vxorem duxit, profundas ignorantias spiritualium rerum incidit. Nam gustat carne desipit spiritus. vt vult Aug. Et sicut secundum Hier. amans scripturas vitia carnis non amabit. Ita è conuerso, amans carnis vitia scripturę doctrinas non amabit. Hinc scriptum est. Audiet luxuriosus verbum sapiens, & displicebit illi, & proijciet illud post dorsum suum. Eccle. 21. Et Grego. 31. moral. Cęcitatem

men

mentis, & inconsyderationem ponit filias luxuriæ. Apostolus denique animalem hominem non sapere ea, quæ sunt spiritus Dei, quoniam stultitia est illi, & non potest intelligere palam docet 1. Cor. 2. Et sapientiam mundi, quæ prędictis tribus consistit, stultitiam fore apud Deum 1. Cor. 3. Hæc ergo declinemus, & nostræ saluti intendentes noxiã ignorantiam pellamus, Deo cognitione, & amore appropinquemus, vt sic non cum excusantibus mundi seruitoribus excludamur, sed cum pauperibus, debilibus & à mundo despectis, æterni conuiuii mensę coniugamur. Quod ipse pstare dignetur, qui cęnam ipsam instituit, & ad eam omnes peccatores vocare venit, Christus dominus noster cum patre, & spiritusancto Deus in secula benedictus, Amen.

DOMINICA II. PEREgrinationis. Sermo. I. in ordine. LIIII.

GAVDIVM est angelis Dei super vno peccatore pęnitentiam agente. Luc. 15.

De gaudio angelorum super peccatorepęnitente.

Magnam valde affert peccatoribus iucunditatem illud saluatoris nostri dictum, dum angelicum gaudium de peccatoris conuersione, & exemplis, & parabolis nobis proponitur, quibus saluator noster nos erudit peccatores, quorũ inculta nobis est conuersio, & incerta non debere despicere, sed ad conuersionem benignè suscipere, & ad hoc posse tenus opem, & auxilium præstari, ita tamen, quod eorum vitia non palpemus, aut leuiter nimis agendo dissimulando foueamus. Hoc enim Christ[9] hic fecit, recipiendo ad se peccatores, & publicanos, & cum eis manducando. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. Matth. 18. Gaudium quoq; angelicum ad hoc nos inuitat. De quibus dicitur, quod gaudeant super vno peccatore pænitentiã agente. Sat enim fuisset infinitæ bonitati Dei, idipsum solo verbo astruere, sed ex abundanti misericordiæ sinu voluit hoc facto & parabolis manifestum facere. Ad maioris gaudii cumulum, atque maioris credulitatis firmamentum, vt sic quod verbo protulit, facto, & exemplo manifestum faceret. Quis enim salutis auidus non toto lætetur affectu, cum se tanti esse conspicit apud summos illos cæli ciues, quod licet ineffabili gaudio ex faciali diuinitatis aspectu semper sint repleti (teste Christo Matthæi 18. Angeli eorum semper vident faciem &c.) nihilominus peccatorum perfectio, & conuersio nouam eis ingerit lętitię causam? Immo ad habendam vitæ conuersionem nobis sedulò ministrant? Sunt enim administratorii spiritus in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Hebr. 1. Sed fortè inquis. Si angelus de peccatoris conuersione gaudet, ergo vt videtur, complacet sibi peccatum, quia gaudium non est nisi de placito, & volito, & ita peccaret, cum tamen est in bono confirmatus, quia beatus. Pręterea cum beatitudo sit status omnium bonorum aggregatione perfectus, cum iam gaudent de aliquo, de quo prius non gaudedeant, intenditur eorum gaudium, vt videtur beatificum, & ita non fuere verè beati. Præterea sicut nec meritum eorum, ita neque præmium nunc crescit, & augetur, ergo falsò videtur dici, Gaudium est angelis &c. Vel dic, quis sit horum verborum intellectus clarus, & catholicus. Solutio breuis. Negando sequelam, conceditur, quod gaudium est de volito. Non autem volunt angeli peccatum, sed detestantur ipsum, & quia detestantur volunt peccatoris conuersionem, & de illa, quę est peccatoris iustificatio & gratiæ infusio, gaudent, & lætantur, non de peccato. Peccatoris eñ conuersio dicit peccati detestationem, & abiectionem, hanc autem volentes nõ peccant, sed rectè volunt. Ad secundum dicitur, admisso, quod gaudium accidentale beatorum intenditur, nihilominus sunt verè beati. Beatus enim est secundum Augustinum qui habet, quicquid vult, & nihil mali vult. Cum verò dicitur

Quõ angelus gaudet de peccatore.

tur(secundum Boe.3.de consol.) beatitudo esse status &c.dicitur,quod illa notificatio datur de beatitudine omnino perfecta,& consummata, cui scilicet nihil deest de omnibus per talem naturalem intellectualem quandoq; habendis,& ita nihil obest dicere, qđ aliquis possit suã beatitudinem augere existés in cœlo, beatitudinem dico accidentalem,non essentialem. Sic enim possunt mereri viatoribus ministrando.Nec imperficit beatitudinem expectatio alicuius pro tempore habendi, perfecta.n. beatitudo est,quæ habet,quicquid vult, & nihil mali vult secundum diuinam ordinationem,& voluntatem, cui omnes beati sunt conformes, alias animę nunc in cælis existentes non essent verè beatę ante corporum resumptionem cuius contrarium tenet veritas catholica. Sed sicut empyreum cœlum mox creatum repletum est angelis, quia habuit secundum sufficientiam tot, quot Deus protunc inibi esse voluit,licet potuit Deus ordinare aliquos vsq; ad finé mũdi hic esse nobiscum in terris in ministerio,& vt credimus animæ illic venirent de die in diem. Ita hic dicatur. Nec etiam repugnat eorum beatitudini mereri saltem præmium accidentale. Quo ad hoc enim possunt dici viatores cum sint verè comprahensores. Verum ergo est saluatoris nostri dictum, quo inquit.Gaudiũ est angelis Dei,&c. Aue.

Duę doctrinæ prima Nullus peccator vel mal⁹ debet desperare in uia.

Primò dicendum erit euangelium ad litteram. De hinc dandus est euangelii sensus,& intellectus clarus, & litteralis breuiter cum aliquarum doctrinarum explanatione. Euangelium habeť Luc. 15. & quo ad primam parabolam etiã Matth.18.Vult autem has duas doctrinas in summa. Prima. Nullus peccator quantumcunque malus desperare debet in via de venia, cum Christus animarum medicus peccatoribus curare volentibus appropinquare dignatur sua præueniente gratia. Prima pars patet autoritate Ezechielis prophetę.cap.18. cum ait. Nunquid voluntatis meę est mors impii,dicit dominus Deus,& non vt conuertatur à variis suis,& viuat?Et ante hoc ait. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quę operatus est, & custodierit præcepta mea & fecerit iudicium,& iustitiam,vita viuet,& non morietur. Et infra. Proijcite à vobis omnes iniquitates vestras, &facite vobis cor nouum, & spiritum nouum.Et quare moriemini dom⁹ Israel? quia nolo mortem morientis, dicit dominus Deus. Reuertimini,& viuite.hęc ibidem. In nouo plura sunt testimonia. Vult.n.omnes homines saluos fieri &c. 1.Tim.2.Secunda pars patet in pręsenti euangelio, & in parabolis duabus, quarum vna est de oue. Alia de drachma perdita.Tertia de filio prodigo. Propria parabola significatiuè hæc est. De⁹ pater centum habuit oues, dum angelum,& hominem condidit.Hic enim est numerus perfectus, significans perfectionem illorum, quos condidit 99. iustorum numerum. Vnum verò hominẽ peccantem designat. Vnde in Luc.Gaudiũ est super vno peccatore.Sed vna periit,hoc est humanum genus,qñ præceptũ dñi violauit. Quia ergo rationalis creaturæ numerus erat in terra diminutus,quærit hominẽ, vt summa integretur,dimissis.99.in deserto,hoc est cælo, secundũ gl.sic dicto, quia desertum est ab homine.Vadit ad illã, quæ perierat, donec inueniat eã. Et cũ inuenerit eam (q fit,dũ cõuertit) imponit in humeros suos,qa hũanã naturã suscipiés,pctã nostra portauit in corpore suo sup lignũ. Vñ humeri Christi, brachia crucis sũt. Et veniens domũ.i. incęlestem Hierusalem per ascensioné suã, cõuocat omnes beatos,angelos &c. de sua restauratione lætantes. Hic est sensus literalis huius parabolę.

Alia parabola de muliere &c. Mulier .i.Dei sapiétia decẽ drachmas habuit, cũ hoíes,& angelos nouẽ choris distinctos,ad imaginẽ suã creauit. Drachma enim nummum significat regis imagine insignitũ. Sed vnã perdidit, cum hõ per peccatũ à Deo recessit, & imaginẽ deturpauit. Sed Dei sapientia lucernã accendit ad quærendum drachmã vnã perditam,cum in carne apparuit. Quę

Mulier p dens drachmam quę sit.

ſapientia incarnata hoc eſt, Chriſtus incarnatus, ſeu verbum patris, dum inter homines conuerſando apparuit, domum cõſcientiæ euertit, quia homines in conſcientiis ſuis de reatu ſuo dolere fecit, & ſic homine ſuum reatum cognoſcente, drachma reperitur. Qua reperta, conuocantur amici, hoc eſt ſupernæ poteſtates ad congaudendum. Conuocãtur tunc, cum gratia homini impartit, qua ad amorem conditoris, & redemptoris accenditur, & ſic in Dei filios adoptatur, angelorũ cętui conſociandus. Tertia parabola eſt de filio prodigo, q̃ habetur eodem capitulo. Et poteſt intelligi per prodigum, peccator, nunc poſt conuerſionem ſtrenuè currens de virtute in virtutem, qui etiã dicitur iunior filius, & omnem ſubſtantiam diſſipauit luxurioſè. Per ſeniorem verò intelligitur iuſtus quiſquis, qui quia pauca illicita commiſit, ad cęleſtia non anxiè anhelat. Cum.n. filius iunior, & prodigus rediiſſet, dicendo, Pater peccaui in cœlum, & coram te. Videns eum pater à longè, miſericordia motus eſt, & occurrens cęcidit in collum ſuum, & oſculatus eſt eum. Iuſſitq; illum veſtiri ſtola prima &c. & occidi vitulum ad epulandum &c. Sed cum inuideret ſenior, rogat eum pater, vt dimitteret inuidiam, volens etiam ſaluare eum &c. vide Luc. 15. in textu & glo. Ecce quæruntur, & rogantur peccatores ad pœnitentiam, & occurrit eis animarũ medicus Chriſt⁹.

Secunda doctrina Nullus peccator ſuam conuerſioné poſterget.

Secunda doctrina. Nullus peccator ſuam conuerſionem poſterget, ne angelos ſaluris peccatorum cupidos, gaudio priuet. Sicut enim peccatorum conuerſio placet angelis, & eſt materia gaudij. Sic obſtinatio diſplicet, & eſt (Deo coagente) materia triſtitię. Quia autem gaudeant de conuerſione, patet primũ in reſponſione data ſeniori filio, hoc & tepido iuſto, qui dixit ſe nunquam domini mandatum præteriiſſe &c. Vide Lucæ. 15. Ait enim pater. Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt. Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt. Item in euangelio præſenti, & Matth. 18. Gaudebit ſuper eam magis, quam ſupra nonaginta nouem &c. Diceres, ergo peccandum eſt, vt angelos lętificemus. Siquidem pater nullum conuiuationis gaudium fecit ſeniori, quemadmodum fecit iuniori, & prodigo. Item magis gaudent angeli de conuerſis lapſis, quã de ſtantibus, qui non errauerunt. Ergo vt iucundentur, & lętificentur magis Angeli, prius peccandum eſt, de hinc inde reſurgendum. Hoc enim videntur innuere verba euangeliſtarum Matthęi & Lucæ. Replicæ iſtę requirunt intellectum verborum, cum dicitur, angelos magis gaudere de conuerſione peccatoris, quam de iuſtis ſtantibus, aut non errantibus.

Vnde eſt primum attendendum, prout diutina docet experientia, quod iuſti ſunt duplices. ſ. tepidi, & feruidi. Sic & conuerſi ad dominum reperiuntur in duplici differentia. Quidam ſunt tepidi, eo quod non ſunt ſibi conſcii multorum peccatorum ſibi dimiſſorum, & ita manent quidam in via iuſtitiæ, ſed tamen ad cęleſtem patriam non anxiè anhelant. Alii ſunt feruidi, & plurimum inardeſcunt in amore Dei, quia credũt ſibi multa fore dimiſſa peccata. Volunt ergo releuare deperdita, & damna præcedentia (vt Grego. in homil. loquitur) lucris ſequentibus compenſare. Et de talibus conuerſis ſtrenuè in via Dei currentibus intelligitur textus euangelii ſecundum Grego. non de tepidis. Exemplificat, quod dux iſto modo plus diligit militem, qui poſt fugam reuerſus fortiter pugnat, quam illum, qui nunquam fugit, nec aliquid fortiter egit. Et agricola plus illum appreciatur agrum qui poſt ſentes, & ſpinas vberes fert fructus, quam eum, qui nunquam habuit ſpinas, nec vnquam fertilem produxit fructum. Ratio poteſt aſſignari, quia in illo, qui fugit, amplius bonum repetitur, quam in alio ſtante. Et in agro olim ſpinoſo vberes reperiuntur ſegetes, non ſic in eo, qui ſpinas nunquam habuit. Maius enim bonum ſecundum extenſionem, & numerum pariter, & ſecundum ap-

Exẽplum q̃uo angelis magis gaudent de peccatore, quę de iuſto.

appreciationem, ac essentialem perfectionem reperitur in illo, quam in alio vltra id boum iustitię, in quo æquales sunt, vt facile potest declarari. Attamen contingit sæpenumero, quod plerique iusti, qui nunquam lapsi sunt, tam ardēter, & feruenter in via perfectionis currunt, à multis licitis abstinentes, duraque correctione, & pænitentia sese affligentes, ac si maximi peccatores fuerint, & peccatis omnibus angustentur. De his, & illorum vita tantum est gaudium Deo, & angelis eius, vt quęlibet peccatorum pęnitentia eis pręponi nō possit. Si ergo gaudent de cōuersis, strenuè damna perpessa recompensare volentibus lucro sequenti, quantò magis de strenuis Christi militibus nunquam lapsis? Si in cœlo gaudium facit, quando hoc, quod malè gessit, damnat iniustus quanto magis, & maius facit gaudium quando humiliter plangit iustus? Gaudium enim consequitur amorem tantū vel tantum. Magis autem diligit Deus iustum zelosum, quā tepidum, eo quod vult ei maiora bona. Sicut magis diligit hominem, quam asinum, quia vult hominem esse hominem, & asinum non esse hominem. Intelligitur ergo hoc dictum de conuersis non tepidis, sed strenuis, respectu iustorum tepidorum. Alia enim ratio, & amplior est gaudendi de his, quam de iustis tepidis .s. frequens exercitium bonorum operum, & ita alia ratio gaudendi. Et alia ergo causa intensiuè, & extensiuę gaudent de conuerso peccatore, quam de iusto tepido. Additur enim gaudium de strenuitate militię, gaudio iustitiæ. Secus dum fit comparatio iusti zelosi, qui nunquam cecidit, & anxiè anhelat ad iustitiam ad cōuersum tepidum. Non ergo gaudent de peccato conuersorum, sed detestantur ipsum, vt supra patuit.

Tertia doctrina. Nemo peccatores quorum occulta, & incerta est conuersio despiciat, sed ad conuersionem benignē suscipiat, & auxilia posse tenus impendat. Ad hoc inducimur triplici facto. Facto .s. Christi tunc præsenti, & visibili. Facto eius præterito intelligibili. Facto angelorum futuro desyderabili. Vel sic. Inducimur ad hoc facto Christi generali, quia propter peccatores descendit.

Speciali, quia appropinquantes sibi specialiter accepit. De primo. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Iesus venit in hunc mundum &c. primo Timoth. 2. De secundo Matthęi. 9. Non veni vocare iustos &c. Luc. decimo nono. Venit filius hominis quærerę, & saluum facere, quod perierat. Quapropter peccatores visibiliter appropinquātes ad loquendum, & conuescendum accepit. Ipse quoq; vt ouem centesimam, & drachmam decimam perditam idest hominem per peccatum lapsum quæreret, derelictis in deserto, & montibus nonagintanonem ouibus, ad terram vsque descendit, vt supra patuit doctrina prima.

Et lucernam accendens, idest indeficiens suæ deitatis lumen sub testa humanitatis occultans, homo factus, quod perditum fuerat, inuenit, & in humeris suis ad beatitudinis pascua reportauit. Inducimur & angelorum obsequio, & gaudio. Beatis enim angelis de peccatorum inuentione, id est conuersione, gaudium erit in cęlis plus, quam de stantibus iustis. Quę cum ita sint, meritò nobisipsis compatimur, & ad salutis consecutionem cooperamnr, & proximorum conuersioni congaudemus, cum hoc ipsum de nobis creatorem, atque creaturā summam facere clarius edocemur

Sed ne in dictis erremus, tres regulę circa prædicta sunt notandæ, vt in communicatione peccatorū cautè procedamus. Prima. Peccatoribus inhumanis per zelum animarum commmunicare laudabile est perfectis, ita tamen vt nequaquam palpando, aut dissimulando, fauere videantur eorū vitiis. Vnde Mat. 5. Luceat lux vestra corā hominibus &c. De perfectis exponitur. Item Cum oraueris, intra in cubiculum &c. Sic nos docet exemplum Christi impeccabilis, & apostolorum iā aduentu spiritus sancti confirmatorum, qui huiusmodi communione peruerti non poterant

Tres regulæ in conuersatione peccatorum

ſed quibus communicarunt, horũ vitia arguerunt,&quos peccatores receperũt iuſtos reddiderunt. Sic Mariæ Magdalenę,ſic Matthęo , ſic Zachæo legitur in conuiuio participaſſe, vt peccatores ſuſciperet,iuſtos dimitteret. Ideo dicitur in euangelio . Erant appropinquantes &c.vt illum audirent.ſ. docentem . In conuiuiis enim peccata arguit , mores inſtruxit,vt patet ex decurſu euangelii. Imperfectis autẽ ſufficit mente cõpati, orationibus iuuare,Incautum verò etiã animarũ zelo peccatoribus adhærere , ne dum alios lucrari,& conuertere ſatagunt,ipſi ab eis peruertantur,& pereãt. Hinc filiis Iſrael dicitur Exod. 23. De incolis terræ idolatris non habitent in terra tua,ne fortè peccare te faciant.Et 34.Caue , ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias , quæ tibi ſint in ruiuam.Et 2.Theſ. 3 Denunciamus vobis,vt ſubtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante. Exemplum de intrante ad aquam , vt eruat ſummergi incipientem , dum ipſe neſciat natare , ſeipſum perimit cum eo , quem eripere voluit. Ita denique quæratur amicitia perſonę , vt nec facto, verbo vel ſigno videatur vitiis conſentire,quia ſecundum Greg. homil. 33.diſtrictionem debemus vitiis, compaſſionem naturæ.Dum verò emendatio non ſperatur,omnino vitandi ſunt etiã perfectis, ſic præcipit Paulus Thimothęo, vt nouiſſimi temporis homines cupidos elatos &c.vitaret 2. Tim.3.Secunda doctrina eſt . Ita quærendæ ſunt oues alienæ , vt nequaquam deſerantur propriæ,prius quam ſufficienter, & perfectè ſint inſtructæ , quoniam & ſi zelũ animarum erga omnes habere laudabile eſt, maxime tamen ad domeſticos fidei Gal.6.Bonum operemur ad omnes, maximè ad domeſticos fidei.Hinc iterũ dicit.Siquis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit,& eſt infideli deterior 1. Timoth.1. Et dominus villico . Redde rationem villicationis tuæ,non alię, ſed tuæ Luc.16. Charitas ordinata à ſeipſa incipit . Vnde dominus non deſcendit ad quęrendum ouem perditam,niſi aliis iã in gratia confirmaſſet,& in loco tutiſſimo.ſ.montibus collocaſſet,vt dicit Math.18. Apta concluſionem ſermoni , vt placet , & adiutorium patitur .

DE EADEM DOMINICA. Sermo II. in ordine. LV.

ERANT appropinquantes ad Ieſũ publicani,&peccatores.Luc.15. Spem ingerit per ueniendi ad regnũ

Tendentibus ad regnum , & iã per timorem ſeruilem incipientibus declinare à malo, ac per timorem initialem ad bonum, quo priuari timent progredientes, & ideo ſollicitius progredi ſtudentibus via iuſtitię , quæ ſola ducit ad regnum , diabolus in primo limine occurrere ſolet, puſillanimitatem ingerendo , qua ad deſperationem trahere poſſit,quæ repercutit conuerti volentẽ, & omnino procedere non permittit,tollit enim ſpem, quæ in via confortat,eſt enim ala ſubleuans ad cęleſtia capeſcenda ſine qua omnis ambulans in via deficit.Nunquam enim viam virtutum ingredi valemus , niſi ſpe comite ducamur.Ait Hiero. Ad Demetriadem . Et ſequitur. Omnis conatus appetendi perit conſequendi deſperatione . Vnde & Chryſ.in de reparatione lapſi. vitæ noſtræ fundamentum & ducem itineris , quo itur in cęlum, eam nominat. Suggerit enim peccatori, quem iam timore duplici tremere conſpicit diuinæ iuſtitiæ diſtrictionem, quæ velut ignis omnia conſumens peccatores ſine debita vltione non ſinit.Cui alludit illud prophetæ . Sicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei . Nimirum, quia Deus, vt ignis conſumens eſt Deut.quarto. Et Hebre. duodecimo. Deuorans , & conſumens , quia Deus æmulator , qui conterat peccatores, deleat,atq; diſperdat, Deus vltionũ dñs , ait prophæta . Ne ergo nihil proſit ad virtutum gradus vocari, ac per eoſdem gradus ab beatitudinẽ in dominica prę terita propoſitã , quæ impoſſibilis fortè vi-

videtur. In hac dominica tertia ſpem ingerit perueniendi, dum peccatores, & publicanos ad dominum appropinquare, & ab eo benignè recipi, ac de eorum conuerſione cœleſtes gaudere ſpiritus plus, quam de innocentia iuſtorũ, commemorat per euangelium hodiernum, cuius principium eſt: Erant appropinquantes &c.

Vt cũ gaudio, & fiducia magna viam iuſtitiæ curram⁹, & fortiter vitia oppugnemus, nec peccatorũ multitudo, aut peccati grauitas, vel etiã manifeſta ſcãdala commiſſa nos retrahant: Ideò animat nos per conſolatoriam euangelii doctrinam, omnem puſillanimitatis, & deſperationis occaſionem penitus elidens quæ timor eſt. Siquidem timor deiicit animum, & ad fugam inclinat, eſtq; via ad deſperationem.

Nulla peccata eſſe tam grauia q̃ indulgẽtiam nõ inueniãt apud Deum.

Hæc itaq; ex euangelio elicitur doctrina omnis deſperationis expulſiua. Nulla peccata viatoris eſſe poſſent tam grauia, tanq; numeroſa quæ indulgentiam non inueniant in infinita Dei miſericordia, omnem numerum pondus, & menſuram excedentem, dummodo peccatori diſpliceat peccaſſe, nec peccata iterari proponat, ipſaque ſibi deſyderat indulgeri. Diſplicet ſi per arbitrii libertatem vellet ſe non peccaſſe propter Deum, etiam ſi quadam ſenſuali complacentia redeat memoria peccatorum. Hæc veritas vbi firmiter inhæſerit, deſperatio locum habere nequit. Quomodo enim de ſua ſalute deſperat qui ſe ſaluandum firmiter, ſi ipſe velit, credat? Deſperatio ſiquidem, quæ eſt in voluntate præſupponit errorem in intellectu circa diuinam bonitatem nos ſaluantem, quo depulſo, intellectuque ſanato, ſtare non poteſt deſperatio in affectu. Vnde ſecundum Sco. diſtinctio. 26. 3. ſuadendum deſperanti vt credat, non vt diligat. Diligeret enim deſyderaretque beatitudinem ſi hanc ſibi poſſibilem autumaret. Laborandum itaque eſt vt credat ſe ſaluandum ſi dumtaxat id efficaciter velit, quod in ſua cuiuſque ponitur libertate. Hinc filio ſalutem petenti dominus reſpondit. Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. Mar. nono. Quod ſi verum eſt de ſalute corporali, quantò magis de ſpirituali animæ ſalute?

Patet idipſum ex quid nominis deſperatione. Eſt.n deſperatio mot⁹ animi quo quis diffinitiuè de ſua beatitudine diffidit cũ contẽptu diuinæ miſericordiæ quaſi impotentis, vel nolentis peccata ſua dimittere, & ſaluare. Hæc diffinitio colligitur ex 26. diſti. 3. ſcripti doc. ſubtilis, & beati. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. 14. & magiſtri 44. 2. ſente. Deſperatio ſiquidẽ non eſt actus intellectus, cuius eſt credere, ſed appetitus. Nam ad eandem potentiam pertinent actus oppoſiti. Cum verò ſpes ſit appetitus, opportet & deſperationẽ ſibi contrariam eiuſdem potentiæ eſſe. Eſt ergo deſperatio non incredulitas, ſiue error intellectus ſed quædam deinclinatio, diffidentia, ſiue receſſus, aut contemptus diuinæ bonitatis, & miſericordiæ tanquã ſaluare non potentis, aut nolentis, & ita etiã contẽptus propriæ ſalutis. Preſupponit aũt errorẽ in intellectu, & ideò deſperans non vult neq; deſyderat ſuam beatitudinẽ ſimpliciter, quia non credit eã ſibi poſſibilem, vellet autẽ eam ſi attingere poſſet, ꝙ quia nõ credit, poſſibile, ideò nõ vult eam ſimpliciter, ſed cum quadam conditione, ſi attingere poſſet, aut Deus eam dare vellet. Hac ergo veritate inherente firmiter in intellectu deſperatio locum habere nequit in affectu.

Deſperatio diffinitur.

Hæc veritas oſtendenda eſt ratione exemplo, ſcriptura. Ratione quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio ſecundum Boe. Non poteſt ergo vinci miſericordia Dei infinita peccatis noſtris finitis, etiam quocunq; & quantuncunq; grauibus & enormibus. Præterea ſi te ſaluari diffidis, rogo vnde defectus ille aut ex parte peccatoris, aut ex parte Dei remittentis. Non ex parte hominis peccatoris, quia licet homo lapſus ſurgere non poſſit, vt vult Magiſter diſtinctio. 15. tertii. Se quoque ſaluare non poſſit. Siquidem perditio

tua ex te Israel.cap. 13. Oseę. & Matth.19.Saluari apud homines impossibile est, & Galat.5. Qui putat se aliquid esse,cum nihil sit &c. Iustitiæ quoq; hominis velut pannus menstruatæ, sed nō minus peccator est susceptiuus remissionis à Deo infinitæ potentiæ,sapientiæ,& misericordissimo,quam ipse homo sibi dare non sufficit. Tum quia est in potētia obedientiali Dei. Tum quia non imputatio ad pœnam est remissio peccati,& hoc est Dei, cui omnia subiecta sunt.In eius ditione cuncta sunt posita,&c.

Nec ex parte Dei est ad saluandum impossibilitas,quia aut in facultate,aut in voluntate. Quis autem tantæ demētiæ esse poterit, vt hunc peccatorem iustificare posse neget, qui mortis,& vitæ habet potestatem,qui deducit ad portas mortis, & reducit ? Item cum dixisset, apud hominem saluari impossibile est, adiunxit, Omnia apud Deum sunt possibilia. Qui vocat ea,quæ non sunt tanquam ea,quæ sunt.Roma 4. Cui subest cum voluerit posse Sapien. duodecimo. Omnia quecunque, voluit, fecit psalm. Ad hoc Esa.quadragesimoquinto. Ego dominus formans lucem, & creans tenebras &c.& Sap. 16.

Tria in quibus spes nostra firmāda est.

An fortè peccatorum fœtoribus prouocatus,non vultu . Sed hanc voluntatem prohibent, misericordiæ immensitas, promissionis veritas, charitatis nimietas. De quo Bernard. in sermone 2.de septem panibus dicit. Tria consydero,in quibus tota spes mea consistit, charitatem adoptionis, veritatem promissionis,potestatem eruditionis. Murmuret iam,quantum voluerit insipiens cogitatio mea dicens. Quis enim es tu? aut quanta est illa gloria, quibusue meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo.

Scio,cui credidi, & certus sum, quia charitate nimia adoptauit me, quia verax est in promissione, potens inhibitione.Licet enim ei facere,quod voluerit. Immensitas misericordiæ & charitas, qua saluare vult, patet ex supereminēti redemptoris dignitate, quia Deus, ideo supremus. Item ex redempti vilitate,quia infimus inimicus peccator in nihilum redactus. Item redemptionis qualitate.Hæc est mira Dei exinanitio & condescensio.

A	Summis	ad	infima.
	Gloria		opprobria.
	Plenitudine perfectionis		infirma.
	Requie		laborem.
	Abundantia		paupertatem.
	Delitiis		pęnam.
	Beatitudine		miseriam.
	Æternitate		mortem.

Hęc contestantur misericordiæ, & charitatis immensitatem.Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ioannh.15. Cum adhuc inimici essemus, per mortem suam reconciliati sumus Roman. quinto.Ibidem. Vix pro iusto quis moritur? Hic pro iustis.Matt.9.& Luc.19. Vocat peccatores,& non iustos & 1.Timo.1.Fidelis sermo,& omni acceptatione dignus &c. Sine personarum acceptione omnes vocat.Venite ad me omnes,qui laboratis, & onerati estis.s. fasce peccatornm &c. Mat.11. Vult omnes homines saluos fieri 1. Timo.2.Sap. 11.Misereris omnium, quoniam omnia potes &c. Sed fortè quem consolatur misericordia, terret iustitia infinita. Misericordia etenim, & veritas via domini. Ecce non solum misericorditer, sed & iustè te redemit, gratis quidem quo ad te, quia nullis tuis meritis, sed non gratis quo ad se, & patrem,cui plene satisfecit in statera crucis, cunctorū peccata appendit, cui & chirographum decreti affixit, dum secundum diuinam iustitiam plus, abundantiusque passus est, quam omnium peccata exigerent, ideo non vnam tantum guttam,sed totum sanguinē effudit, & à planta pedis vsquam ad verticem non est in eo sanitas.

Extendi posset, quomodo pro singulis peccatis singulas opposuit satisfactiones,pro peccatis mentis,tristitiam, oris opprobria,operis vulnera,desperationis,heli heli.&c.

Exempla eorũ quibus Deus ignouit nos sperare faciunt.

Sed fortè minus te mouent verba, quam facta, probemus ergo id ipsum exemplis grauiter peccantium. Contra proximum Dauid peccauit post innumera dona sibi à domino collata. Extende secundum librum Regum, & præsertim secundum. Et tamen dicens, Peccaui domino, audiuit, Transtulit dominus peccatum tuum à te &c. Contra humanitatem Christi. Longinus, qui cæteris cessantibus solus in Christum deseuit, corpus mortuum lanceando, qui postmodum in Episcopum sublimatus, martyrii coronam adeptus dicitur. Contra diuinitatem Nabuchdonosor, Achab, Manasses, qui non solum post veritatis agnitionem ad idola prolapsi sunt, sed & populum idolatrare coegerunt.

Primus in columna, quam fecit, se adorari præcepit. Alter Baal coluit. Iezabel impiissimam in vxorem duxit 2. Regum. 16. & sequentibus. Manasses infinita mala peregit. Vide Lyram in postilla 4. Regum. 21. Item 2. Paral. trigesimosecundo. Sed tamen in vinculis pęnitens, à domino misericordiam impetrauit. Item populus tempore Hieremię prophetę cap. 18. Desperauimus post cogitationes nostras ibimus, vnusquisque malitiam cordis sui faciemus. Tandem tamen in captiuitate conuersi, meruerunt reduci in Hierusalem patriam suam. Potes hic enumerare plures, Petrum, Paulum Matthęum, Magdalenam, Afram, latronem, Mariam Ægyptiacam, innumerati tales sunt. Nullo ergo peccato vinci potest diuina misericordia.

Vtriusque testamenti volumina necessario complecterer, si indifferenter omnes peccatores conuersos, & à Dei misericordia propitiè, susceptos euoluere vellem. Sufficiat præsens euangelium, quoniam peccatores, & publicanos suscepit, excusauit, iustis prætulit parabolas composuit, in quibus se, eos libenter suscipere ostendit, propter eos se venisse testatus est, propter eos vniuersa corporis miracula fecit. Incœpit equidem prædicatio Ioannis à pœnitentia, sic & prædicatio Christi, ac Apostolorum. Quis modo non plus crederet scripturæ canonicę, quam suæ phantasticæ imaginationi, testimonio veritatis, quam spiritui erroris &c.

Tres doctrinę p̃seruatiuę à desperatione.

Sumantur ergo tres doctrinæ pro medicina tam præseruatiua à desperatione, quam expulsiua eiusdem. Prima, Sine personarum acceptione Deus vult omnes viatores saluos fieri, patet Act. 10. & 1. Timoth. 2. voluntate antecedente, non consequente, vt declarat Occam dist. 46. quęst. 1. primi scripti. Secunda, Nulla peccata pręterita obsunt, quo minus pœnitenti repropitietur Deus. Ezech. 18. Mat. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & one. e. &c. vt supra.

Tertia, Nulla consuetudo etiam in naturam versa facit conuersionem volenti nimis difficilem, vel impossibilem. Potentior siquidem est Dei gratia, quã natura Potens enim est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Mat. 3. Potest insuper aquam frigidam in vinum conuertere. Io. 2. Quid difficile, vbi sola voluntas sufficit? Nec terreat timor recidiuę, difficultas, tepiditasq; in oratione, meditatione, cogitationes immundę &c. quoniam non est malum, quod volitum non est. In inuoluntariis neq; laudamur, nec vituperamur, dist. 41. lib. 2. Peccatum est adeo voluntarium, quod si non esset voluntarium, nõ esset peccatum, secundum Aug. Noli cõsentire, non est in nostra potestate, quibus visis tangamur. Aug. Nostra est opa Dei assistente resistere tentatori. Dabit dominus profectum, qui non derelinquit sperantes in se. Concepto ergo proposito in dies progrediendi, animum induamus, spem sumamus, ad Iesum id est saluatorem appropinquemus, & appropinquabit nobis &cet.

DOMINICA IIII. PEREgrinationis. Sermo I. in ordine LVI.

ESTOTE misericordes, sicut pater vester misericors est. Luc.6. Ad charitatem proximi euangelium nos dirigit, in qua tota lex perficitur, teste apostolo Ro.13. Qui proximũ diligit, legem impleuit. Nam plenitudo & finis legis, dilectio. Qui enim proximum rectè diligit, propter Deum diligit ipsum, & ita Deum, & seipsum diligit rectè proximum, qui proximum propter Deum diligit, sicut seipsum, vnde totam legẽ dilectionis impleuit. Quia ergo proximum diligere debemus, sicut nosipsos, proprio ostendit, quid diligendo proximo, dehinc quid nobis teneamur. Et hoc in euangelio, cuius principiũ est, Estote &c. Pro gratia Aue ma.

Ad misecordiam Dei exemplo inuitamur.

Circa primum proponit in genere di. Estote misericordes &c. Digna exhortatio, & efficax. Si pater cęlestis alterius naturę sine proportione à nobis distãs in perfectione, nobis misericors est, quãtò magis nos proximo misericordiam impendere oportet eiusdem naturæ nobiscum. Sed quis est misericors? miserũ habens cor sentiens alterius miseriam, & per hoc subleuare paratus. Neque misericors est, qui subuenire potest, & negat auxilium. Et quomodo pater misericors est, ita vt omnes hominis miserias corporis, & animæ subleuat. Ecce propter corporis fomenta omnẽ corporalem creaturam produxit. Ad hoc cœlo lumen, & influentias terrę, & elementis fęcunditatem dedit &c. vt corpus humanum foueretur. Hugo de arra animæ Propter animam proprio filio suo (quo nihil melius habuit) non pepercit &c. Roma.8. O considerate, si tanta dedit viatoribus inimicis, vt amicos faceret, quid daturus est amicis in beatitudine? Sed dicis forrè, In quo consistit misericordia? In remotione malorum, in exhibitione bonorum. Vnde quo ad primum dicit, Noli te iudicare in mente, nolite damnare in verbo, nolite vindicare in opere, vt aliqui exponũt. Quo ad secundum dicitur, Date, & dabitur vobis &c. Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quamuis autem multas perutiles doctrinas euangelium hoc contineat, tamẽ nunc solum de iudicio tractandum est. Quantum autem ad presens sufficit, duplex potest distingui iudicium. Vnum, quod habet quis respectu ipsius, atq; eorũ, quæ ipse agere, vel fugere deliberat. Aliud, quod habetur de personis, & actibus aliorum. Primũ necessarium est, & commendabile. De quo Eccle. 32. Sine iudicio nihil facias graue. Et 1.Thes.5. Omnia probare, qđ bonum est tenere. Secundum iudicium frequenter est malum, & primi iudicii impeditiuum. Ideoque tentator, vt euacuet in nobis primum, sollicitat ad secundum Quo contra sancti viri sicut animalia Ezechielis semper coram facie sua ambulant, quia se ante se ponũt vigilant quotidie, vident, an surgant, an defluant, vt ait Grego. homil. quarta 1. Ezech. Sua denique districtè, aliorum leniter diiudicat. Nouerunt enim, quod sicut, qui iudicat alios, à domino iudicatur, ita qui se ipsum iudicat, iudiciũ Dei effugiet. Sic 1. Corinth.11. dicitur, Si nosipsos iudicaremus, non vtique à domino iudicaremur, iudicio punitiuo. Valde autem necessarium est, vt nosipsos agenda quoque per nos prius diiudicemus, quia vt Sene. in prouerb. ait, Non omne verisimile continuè verum est. Crebrò mendacium sub specie falsitatis occultatur. Et plura in sola sua apparentia, non in veritate fundantur, sicut dicit Cyrillus in Apocal. lib.1. cap. 8. Dicendum est ergo de iudicio illo principaliter, quod dominus hoc prohibuit, ad quod frequenter tentator impellit, quando, & quale sit peccatũ. Non loquitur hic dominus de iudicio, vt est actus iustitiæ, siue actus iudicis in publico ex commissa autoritate causas definientis. Tale enim iudiciùm à domino pręcipitur Deut. 16. vbi dicitur, Iudices, & magistratus constitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iusto

Duplex iudiciũ.

ſto iudicio. Sed iudicium, de quo hic mētio fit, eſt actus intellectus, quo quis de proximo malum credit, vel timet ex aliquibus actibus, vel ſignis.

In actu iudicii quantũ ad firmitaté adhæſionis, ſunt quidam gradus.

Sunt autem in hoc actu quantum ad firmitatem adhęſionis gradus quidam. Primus eſt timor mali de proximo, vt cum quis non ſuſpicatur malum de proximo, timet tamen occaſione accepta, ne malum incurrat. Talem timorem habere debent parentes de filiis, & ideo eos debita cuſtodia reſpicere, ne vagentur. Et propter hunc res noſtras obſeramus, non quia de aliquo ſingulari homine furtum præſumimus, ſed ne occaſione data malum eueniat. Hinc timor, ſiue iudicium laudandus eſt, & ſæpe illis debitus, quibus aliorum cura é commiſſa. Sicut de parentibus reſpectu filiorum dicitur. Eccleſiaſtici. 24. & alibi. Secundus gradus eſt ſuſpicio, qui ex leuibus procedit ſignis. Tullius. Suſpicio importat opinionem mali, quando ex leuibus iudiciis procedit, aut opinio mali de proximo, vel ſaltem dubitatio de eius bonitate, & hoc eſt veniale, & leue peccatum, vt ait ſanctus Thom. in 2. 2. quæſt. 60. art. 3. Pertinet enim hæc ſuſpicio ad tentationem humanæ infirmitatis, ſicut dicit glo. ſuper illud 1. Corin. 4. Nolite ante tempus iudicare, & Roma. 14. Qui non manducat, manducantem nõ ſpernit, dicit gloſſa, Dubia in meliorem partem interprętanda ſunt. Hoc autem non facit, qui ex leuibus ſignis dubitat de bonitate alterius, vel operis ſui. Quando ergo nihil mali ſcio certitudinaliter de proximo, nec ſunt alia ſigna ſufficientia ad ſuſpicandum de eo malum, debeo credere eum bonum, ſicut ait Beda in homil. Hoc loco nihil aliud præcipi æſtimo, niſi vt ea facta quo dubiũ eſt, quo animo fiãt, in meliorem partem interpretemur. Tertius gradus eſt firma ſententia de malo proximi, quando ſcilicet quis firmiter in mente ſua tenet alium pro tali. Quartus gradus eſt progreſſio in extrinſecum opus ſcilicet diffamationem, accuſationem, aut punitionem.

Quando iudicio de proximo ſunt peccatũ.

Hi duo vltimi gradus quandoq; peccata ſunt, quandoque non. Pro quo aduertenda eſt hæc diſtinctio ſecundum Nico. de Lyra ſuper illud Mattei. 7. Nolite iudicare. Poteſt enim quis certitudinaliter malum de proximo credere, & hoc ex euidentia facti, vt cum quis alium ea videt operari, quæ nulla ratione excuſari poſſunt, qualia ſunt adulterium, furtum, homicidium, blaſphemia &c. quæ ſecundum philoſophum mox nominata inuoluta ſunt cum malitia, & de talibus iudicare tam operibus, quam operantibus nullum eſt peccatum, immo talia excuſari non debent ſed odiri in animo, ſicut Hieron. ſuper illud Eſaiæ 5. Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, ait, Eiuſdem eſt criminis bonum, lucemque contrariis nominare nominibus, cuius eſt malum, & tenebras vocabulis appellare virtutum.

Et de hoc in homil. ait Beda quod ſcriptum eſt, ex fructibus eorum cognoſcetis eos, de manifeſtis dictum, quæ nõ poſſunt bono animo fieri, ſicut ſunt ſtupra, & blaſphemiæ, furta, vel ebrietates & ſi qua ſunt talia. De quibus nobis iudicare permittitur.

Secundò poteſt illud fieri ex ſignis euidentibus, quibus nunquam, vel rarò ſubeſt falſum, quæ ſcilicet ſufficiunt generare præſumptionem violentam, vt ſiquis eum iudicaret homicidam, quem cruentum gladium ad propriam vaginam conuertere videret, & ſtantem ſolum cum homine recenter occiſo.

Vel ſi fornicatorem iudicaret, quem videret, nudum cum nuda, ſolum cum ſola, non ſua. Et neque hoc peccatum eſt, quantum ad iudicare præciſè, vt in cap. litteris. de pręſumptionibus. vbi propter huiuſmodi violentam præſumptionem fornicarii iudicantur, qui nudi, & ſoli in eodem lecto ſunt inuenti, & ob hoc diuortium mulieris à viro ſuo mandatur celebrari. Sic tertio. Reg. 3. Salomon ex tremore, ſiue viſcerum commotione vnius meretricum, ac verbis ſuis, & alterius

collitigantis, iudicauit nedum animo; sed publico iudicio hanc esse matrem infantis viui, aliam verò nō, vt eodem ti. Afferte mihi gladium.

Hoc iudicim non prohibuit domin⁹ sicut nec præcedens, dummodo tamen non sit ex mala affectione vt amaritudine animæ vel superbia, aut inuidia, sed magis ex beniuolentia. De quo Chrys. super Matth. Dominus hoc mandato scilicet: Nolite iudicare, non prohibet christianos ex beniuolentia alios corripere, sed ne per iactantiam iustitiæ suæ christiani christianos despiciant. Sic quia mala radice procedit, sine peccato fieri non potest. Tertio modo de occultis, aut dubiis fit iudicium ex cōiecturis dumtaxat, leuibus signis, & iudiciis omnino insufficientibus, quibus stantibus, frequenter stat falsitas iudicati, vt siquis videat personas diuersi sexus simul ad patrem loquentes, & ex hoc eas iudicet fornicarias, aut ex fāma, quæ fallax est, iudicat sine sufficiente probatione, tale iudicium vocatur temerarium, secundum Bedam in homil. Sunt quædam facta media, q̄ ignorantur quo animo fiant, quia & bono, & malo fieri possunt, de quibus temerariū est iudicare, maximè vt condēnetur. Et secundum sanctum Tho. vbi supra hoc iudiciū si sit de peccato graui, puta mortali, ipsum est mortale, inquantum non est sine contemptu proximi. Vnde glo. super illud: Nolite ante tempus iudicare 1. Cor. 4. ait: Si suspitiones vitare non possumus, quia homines sumus, tamen à diffinitiuis, firmisq; sententiis continere debem⁹. Est enim contra charitatem proximi, quia ait Augustin. Certum est q̄ de malo incerto neminem iudicarem, quem tanquā me ipsum diligerem, sed defenderem, sed excusarem, quamdiu in publicum non prodiret scilicet per euidētia signa, sed quia charitatem perdidimus, faciliter alterutrum iudicamus. Et illo patet, quam damnabile est iudicare cordium intentiones, quamq; periculosum ea, q̄ non sunt omnimodè certa. Tenenda itaq; in his semper est regula beati Augustini in quadam homi. dicentis: Aperta mala, & argui, & iudicari debent. Illa verò quæ an malo animo, an bono fiant, scire non possumus, iudicare penitus non debemus. Verbi gratia: Vides hominem frequenter ieiunare, cōgaude noli nimis laudare, quia potest hoc pro humana gloria fieri, sed & noli vituperare, quia potest & pro Deo, & pro animæ suæ remedio ieiunare. Vidisti aliū indicto publico ieiunio prandere, si dixerit, pro stomachi lassitudine ieiunare non posse, crede, & noli iudicare, quia vtrūq; potest fieri, vt pro gula, vel luxuria prandere velit, & q̄ prò infirmitate ieiunare non possit. Vidisti alium subditis suis cum seueritate disciplinā impendere, & indulgentiam tardius dare. Noli iudicare crudelem, quia forsitā non fit morbo iracundiæ, sed zelo disciplinæ, & amore iustitiæ, propter id, quod scriptum est. Zelus domus tuę comedit me. Forsitan aliquis amicus, aut vicinus, dum animum habet in rebus necessariis occupatum, tardius te saluare, noli iudicare malignū, sed crede magis hoc per obliuionem, aut negligentiam fore factum, reducens teipsum tibi in simili casu ad memoriam. Qui verò econtra omnia facilè iudicando condemnat, ipse iudicabitur pro mortali, si de mortali iniustè condemnat, quia qua mensura metitur, recipiet retributionem consimilem.

Restat nunc contra huiusmodi suspiciosa iudicia, ad quæ nimis proni sunt homines, aliqua remedia ex sanctorum dictis colligere, quoniam nihil prodest morbum scire, nisi & remedia aliqua quib⁹ curari valeat, cognoscantur. Sed non satis curatur morbus, nisi euellatur radix, & causa morbi. Sunt autem multæ radices huius suspiciosi iudicii. Oritur enim huiusmodi iudicium suspiciosum, siue temerarium siue cordis siue etiam oris, accusationis, vel diffamationis secundum sanctum Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 3. quandoq; ex hoc q̄ iudicans in seipso malus est. Ex hoc. n. quia nouit se talibus irretitum quasi propriæ conscius malitiæ, faciliter de aliis

Remedia contra iudicia temeraria

aliis malum opinatur. Sic enim dicitur Eccle. 10. In via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, omnes stultos æstimat Idcirco optima medicina, studeat primò suspiciosus propriā deponere stultitiam, vitamq; suam emendare. Et sicut prius alios sibi similes stultos iudicauit nunc sibi similiter emendasse vitam suam, vel innocentiam conseruasse existimabit. Valet nihilominus rememorari priorum temporum suorum, ante quam prolapsus est in tanta mala, & memorabitur, se quandoque similia signa habentem non in tantam malitiā corruisse. Nemo enim fit repente summus, ita nec omnino malus, & ex hoc habebit occasionem dubitandi de proximo, ac eius malitia, & ita non diffinitiuè iudicare. Secundò secundum eundem oritur ex eo q̀ aliquis malè afficitur ad alterum, cum enim aliquis alterum odit, contemnit, irascitur, aut inuidet, ex leuibus signis opinatur mala de ipso. Non enim secundū Arist. 2. Rheto. eadem videntur amantibus, & odio habentibus. Amor denique, & odium rectum peruertūt iudicium. Sicq; qui alicui inuidet, eique mala appetit, facilè de eo mala credit, immò sepe ipsius mala requirit, non vt emendet, sed vt infamet Facit ad hoc autoritas Augustini. Qui voluerit proximum non iudicare, discat eum prius amare, quē cum amauerit, haud dubium defendet, non iudicabit. Tertiò huiusmodi iudicium oritur ex mentis elatione, qua semetipsos in altum leuare gestiunt. Et cum nil virtutis agere student, alios peccare consyderant, & iustos se in eorum comparatione suspicantur. Et ita cum propriis benefactis se extollere non valent, iudicio, & infamia aliorum se aliquos ostendere laborant. Nanq; vt Gregor. ait 3. moral. neq; corda omnium vna, vel similis culpa transfigit, hunc nanq; superbia illaqueat, illum forsan ira supplantat, hunc auaritia cruciat, illum luxuria inflammat. Et plerumq; contingit, quod is, quem superbia deprimit, aliū respicit qualiter ira succēdat. Et quia se ira non citius instigat, se meliorem

Iudiciū temerarium oritur ex mentis elatione.

iracundo deputat, atq; apud semetipsum de iustitia extollitur, quia pensare negligit vitium, quo grauius tenetur. Sic contingit vt is, quem auaritia sauciat, alium in luxuria voragine mersū cernat, & quia se à pollutione carnali alienum respicit, quibus ipse sordibus specialis vitii polluitur, non attendit. Qui ergo hac de causa proximos iudicat, discat veritatis cognitione seipsum decipi, in eo q̀ alium iudicat, sese inctū relinquit, quoniam vt idem Greg. ait. 14. moral. Qui semetipsum prius non iudicat, quid in alio rectū iudicet ignorat, quia iudicare aliena merita non valet, cui conscientiæ innocentia propriȩ nullam iudicii regulam præbet. Hinc ē q̀ insidiantibus quibusdam, & puniendam adulteram deducentibus, à domino dicitur: Qui sine peccato est vestrū primus in illam lapidē mittat Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & sua reliquerant. Reuocentur itaq; intus ad conscientiam vt prius propria corrigant & tunc aliena reprehendāt. Hæc Grego. Consyderent quoq; quam misera est illa gloria, quam non nisi de aliena malitia quærunt. Quoq; dum aliorum reprehensione se magnificare volunt, magis ipsi per hoc ab audientibus iudicentur. Si ergo verè exaltari cupiūt discāt primò per propriorum defectuū diligentem inspectionem humiliari, & tunc tandem secundū verbum domini poterunt exaltari.

Quartò ex hoc quia in discernendo se, & alios modus debitus non seruatur & aliud de nobis, aliter de proximo iudicamus, ita q̀ id quod leue & modicū in nobis videbatur, graue iudicatur in proximo. Cuius ratio est, quia vehementer claudit oculos cordis amor priuatus Cum ergo homines seipsos sunt amantes, & non proximos, non seipsos sicut proximos, nec proximos conspiciunt sicut seipsos, ideò alia proferunt iudicia de seipsis, alia de proximis. Ad hoc facit exemplum de Dauid, & propheta Nathan, qui iudicium à Dauid requisiuit sicut de alio &c. 2. Reg. 12. & de ꝓpheta proponente iudicium Achab. 3.

Regum

Regum 20. Ideoque si iudicare proximos desistere placet, cogitemus nostra sicut proximorum facta iudicare, & ita nostra reprehensibilia districtè iudicabimus, & rursum proximum respiciamus, sicut nos, & sic nunquam ei9 actio nobis apparebit intolerabilis, quia sæpe fortassis talia egimus, & nihil nos proximo intolerabile fecisse putabam9. Sit itaq; iustus modius, & æquus sextarius, quo & nostra, & proximorum facta discernamus. Consyderemus quod Salomon ait: Pondus, & pondus, mensura, & mensura, vtrunque abominabile apud Deum. Omnis itaque homo, qui aliter pensat ea, quæ proximi, & aliter, quæ sunt, pondus, & pondus habet, vtrũq; ergo abominabile est apud Deum, quia si proximum sic vt se diligeret, hunc in bonis sicut se amaret, etsi sic se vt proximum aspiceret, se in malis sicut proximum iudicaret. Quintò ex eo q homo libenter inquirit, & rimatur facta, ac dicta aliorum, specialiter peccata, & defectus, plus ex curiositate, & desyderio sciendi aliena, quæ nihil ad se pertinen t, vel quæ in nullo mutare potest, quam ex necessitate, vel vtilitate. In tali autem inquisitione multa audire contingit, ex quibus facilè suspicio oritur, quod temerarium sequitur iudicium. Quo contra vtile nimis est, detractoriis sermonibus non interesse, rumores, & vaniloquia fugere: Propter hoc enim Augus. in tabula sua absentium detractores omnino pati noluit. Vnde hæc metra ascribi cenaculo iussit. Quisquis amat dictis absentium rodere vitam. Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. Hinc Bernardus hortatur super Cant. Caue, inquit serue Dei alienæ conuersationis esse curiosus explorator, aut temerarius iudex, & si per peram actum deprehendas, nec si iudices proximum, magis autem excusa intentionem, si opus excusare non potest puta ignorantiam, surreptionem, vel casum, quod si omnino omnem dissimulationem rei certitudo excusat, suade nihilominus tibi ipsi & dicito apud te: Vehemens nimis fuit ista tẽtatio, quid de me illa fecisset, si in me inutiliter accepisset potestatem?

Sextò secundum Tho. vbi supra oritur hoc iudicium ex longa experientia. Vnde philosophus 2 Rheto. ait q senes sunt maximè suspiciosi, eo q multotiẽs experti sunt aliorum defectus. Verum siquis multarum experientiarum memoriam rectè volueret, clarè cognosceret res nedum quandoque defectuosas fuisse, quæ bonam habuere apparentiã, sed èconuerso res modicæ reputationis præciosas fuisse. Quia qui sæpius credendo leuiter deceptus fuit, quoniã popularis fama, fortunam, non rerum merita pensat, sicut Boetius 1. de cons. prosa. 4. ait: Existimatio plurimorum non rerum merita, sed fortunæ spectat euentum, quo fit vt æstimatio bona primo animum deserat infelicem. Sic Act. 28. Barbari videntes bestiam viperam de manu Pauli pendentem, dixerunt: Vtique hic homo homicida est, qui cũ euasisset de mari, vitio non sinit eum viuere. Cum ergo longam habens experientiam, nihil certum famam habere cognoscit, etsi facilè dubitat, meritò tamen tard us esse deberet ad determinatè iudicandum. Qui ergo futurũ, quod à domino minatur iudicium, metuit, curet diligenter dictas radices euellere, seq; magis, quem certius cognoscit, studeat iudicare. Sic enim iudicium domini euadet: Præstante domino nostro &c.

Vnde oritur iudiciũ temerarium.

Articulus secundus de exhibitione bonorum hic rescinditur.

DOMINICA IIII.
Sermo II. in ordine.
LVII.

ESTOTE misericordes, sicut & pater vester misericors est. Luc. sexto.

Æquum est vt serui ad instar dñorum sint misericordes.

Leue iugum seruis imponitur dum opus, quod dominus ipse operatur, actitare iubentur. Neq; enim mos ille inter secularem seruitutem inuenitur. Quis enim dominus habens seruum, seruitio

eius non vtitur propriam quietem? vt tangit dominus Luc. 17. Quia si ad iugum ipsum ferendum etiam natura inclinat, dulce est, & suaue. Inclinat au- clinat, dulce est, & suaue. Inclinat natura filium ad imitationem paternam, vnde qui ab hac declinant, rectè degeneres vocitantur.

Dominus itaq, misericordiam imperando non modo opus domini, sed opus patris imponit. Idcirco notanter addidit, sicut & pater vester misericors est, vt probaret verum esse, quod alibi dixerat: Tollite iugum meum super vos. Sequitur, quoniam iugum meum suaue ẽ & onus meum leue? Mat. 11. Quis autem seruus ita segnis vt ociosus aspiciat suum dominum operantẽ? Quis etiam filius ita degenerat vt optimi patris mores imitari refugiat? Nulli ergo ad dulcẽ domini admonitionem surdi se excusent, ne incidant in idipsnm incredulitatis exemplum ad nuptias vocatorum, & venire recusantium. Lu. 14. Sed magis præparent animum, & aurẽ ad exhortationem dominicã per euangelium resonantẽ: Estote misericordes &c. Pro gratia Aue Ma.

Inuitamur ad misericordiã magno exemplo, quia patris, nõ cuiuslibet, sed eius, qui in cœlis est. Vñ primũ intelligam⁹ nos non ad quãlibet misericordiã inuitari, sed ad similem ei, qua pr̃ q in cęlis ẽ, misericors comprobatur. Est autem misericordia dulcissima, quia immediat⁹ dilectionis effect⁹, seu filia, qua dulcius nihil dici potest. Videam⁹ itaq; primò quid sit misericordia, & respectu cuius habẽda. Secundò q̃ sit patris misericordia nobis impensa. Tertiò quomõ hęc à nobis imitãda. Quo ad primum: Misericordia secundum beatum. Aug. 9. de ciui. Dei, & Thom. 2. 2. quæst. 30. ar. 1. est alienæ miseriæ in nostro corde cõpassio, qua vtiq; si possemus subuenire cõpellimur, hæc oritur ex dilectione qua volum⁹ bonũ ei ꝙ diligim⁹. Ideo si malum aliquod ei accidit, dolemus, & ita compatimur. Nã ea dilectione, qua volumus alicui bonum, nolumus ei malum. Nolitum autem dum accidit, contristat, secũdum Aug. 14. de ciu. Dei. Ex quo patet ꝙ sicut dilectio nõ est tantũ respectu alterius puta proximi, sed etiã respectu sui, ita & misericordia non tã tũ respectu miseriæ alienæ, sed etiam ꝓpriæ. Vnde b. Augu tractans in enchi. illud Luc. 5. Date elemosynam, & omnia munda sunt vobis, ait: Est autem elemosyna op⁹ misericordiæ. Et q vult ordinatè dare elemosynã, a se debet primũ incipere, & sibi primũ dare. Verissimèq; dictũ est, miserere animæ tuæ placens Deo. Eccle. 30. Imo sicut dilectio sui constituta est mensura dilectionis proximi, dicente domino: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Matth. 22. ita & misericordia sui mensura esse debet misericordiæ proximo impendendæ. Ideo ꝙ dicitur alienæ, non est de ratione propria misericordię in genere sumpte, sed contractio termini ad significationem specialiorem, sicut & Greg. de charitate dicit in homil. quadã, ꝙ nemo propriè ad seipsum charitatem habere dicitur, sed dilectio in alterum tendit vt charitas esse possit. Quod vtiq; simpliciter vt verba sonant intelligi non potest, cum minus nos, quam proximum charitate diligere pręcipimur. Sed intelligendum est quantũ ad iudicium humanum, quia certius iudicium habemus dilectionis charitatiuæ, quæ ex electione secundum charitatis impulsum procedit ex amore extenso in proximum, quam conuerso ad seipsum, cũ omnis hõ naturaliter se diligat, nõ tñ ex electione. Sic de misericordia suo mõ. Misericordia ergo ẽ compassio miseriæ, siue propriæ, siue alienæ, q̃ vt ordinata sit, necesse est vt a se incipiat, vt latius declarat Magister dist. 15. quarti libri sententiarũ. Est etiã hæc sñia euãgelica dum docet primo trabem eiiciẽdum de oculo proprio, & sic eiicere festucam de oculo fratris alieno, & cecũ non esse bonum ductorem ceci, ꝙ non aliter ad promissam sententiã pertinet nisi ꝙ hac similitudine docere vult, ꝙ misericordiam, quam proximo impendere præcipit, primò sibiipsi impendi debet. Alioquin qui sibi nequam, cui bonus? Eccl. 14. Verum quia miseriam

animæ

animæ nostræ respicimus, dum in corpore sumus quasi alienam, & corporis quasi propriam, sumus enim in terra, quæ est regio corporis, ideò ex natura vulnerata corpus quasi proprium respicimus, per quod anima habet operationis suæ principium, intelligendi scilicet & amandi, propter quod etiam secundum primam misericordiæ descriptionem, compassio miseriarum animæ magis propriè ad misericordiam pertinet quam corporis.

Quæ sit misericordia patris nobis impensa.

Sed nunc videamus quæ est misericordia patris, quoniam ad misericordiã illi similem excitamur, vt dictum est. Est autem illa sine dubio, qua subuenit nostris miseriis. Nulla enim compassio miseriæ eius, qui eam non tollit dum potest, misericordia (nisi falsò) dici potest. Subest autem summo patri ad omnia dum voluerit posse: Sap. 12. quoniã omnipotens. Subuenit igitur miserendo miseriæ nostræ tam animæ, quam corporis. Sed prius animæ, cuius miseriam absoluendo à peccatis abstulit, vitam gratiæ quam perdidit, restituit, & percipiendæ hęreditati coaptauit. Corporis in radice, quia meruit animæ beatitudinem, corpori resurrectionem, per quam ex beatitudinis redundantia perfectissimè absoluetur ab omni miseria. In cuius signum dominus veniens in humanis plurimos sanauit in anima, omnes, quos conuerti, multos etiam in corpore ad tempus, quos tamen prius sanauit in anima, & corpore sanauit propter animam, secundum Augustin. homil. 18. de verbiis euangelli. Videamus an ne illa sit mensura retributionis facientibus misericordiam in euãgelio promissa, vt mensura bona sit remissio culpæ, conferta, restitutio gratiæ coagitata, collatio gloriæ, hoc quo ad animam, & superfluens glorificatio corporis ex redundantia beatitudinis animæ Ita & nos misereri oportet primò animæ in præsenti, vt per animam corpus saluum fiat in futuro. De hoc pulchrè Bernard. in serm. de aduentu domini.

Sed quia misericordia respicit miseriam, videamus quæ miseria animæ, & quomodo huic compassus est dominus, quem nos imitemur. Anima creata est à Deo ad veram vitam æternam, non ad mortem, quam dominus non fecit. Sap. 1. ad quam vitam cum anima peruenire non poterat ex lapsu primi hominis grauiter languebat, & multis miseriis laborabat. Laborabat enim errore & ignorantia viæ, laborabat ambulãdi infirmitate, laborabat impotentia intrandi clauso aditu viæ. Sed misertus dominus animæ subuenit, omnes has miserias sustulit. Prima miserias erroris ex defectu verorum pastorum, ac ducum contingit, paucissimi in illa profũda noctis ignorantia nouerunt, quo & qua eundum erat. Soli iudæorum genti reuelatus erat dominus, & via beatitudinis. Hinc in psalmo. Notus in iudæa Deus. Et iterum: Non fecit taliter omni nationi &c. Et Moyses Deut. 4. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi &c. Sed & iudæi nouerunt, quo eundum, viam tamẽ quam ignorabant Siquidem pastores tenentes legem ignorauerunt legem, & speculatores eius ceci omnes nescierũt &c. Esa. 56. Misertus est dominus pater benignissimus errantium, misit fidelissimum pastorem vnigenitum suum nedũ vt quæreret errantem, sed etiam reduceret, sed in humeris propriis reportaret. Hinc Marc. 6. dicitur: Misertus est super eos, qui erant sicut oues non habentes pastorem. Vnde veniens non solum viam ostendit, & veritatem prædicando, sed factus est via salutis, omnes ad eam portando. Hoc etiam promiserat olim per Ezech. prophetam capit. 34. Ego ipse requiram oues meas, & visitabo gregem meum, sicut visitat pastor &c. bene ad propositum.

Secunda miseria: Infirmitas ambulandi, prostratum fuit per totum mundum genus humanum, grandis ægrotus grauissimis peccatorum vulneribus, descendit omnipotens medicus præparauit medicinam amaram tentationum, & passionum, per quam vulnera purgarentur. Bibit prius medicus sanus cun-

ćta passus, ne bibere timeret ægrotus, sententia est Augu. de verbis euangelii, homil. 60. & 18. Deniq; balsamo sui præciosi sanguinis vnguentū condidit sacramentorum, quo & vulnera sanarētur, & sanitas redderetur, & fortitudo ambulandi recuperaretur. De quo pulchrè; Ber. & Aug.

Tertia miseria fuit impotentia intrandi propter contrariam obligationem, & portæ obseruationem. Obligatus fuit homo diabolo debito culpæ, clausa fuit ianua sententia mortis perpetuæ. Sed misertus dominus chirographum proprio deleuit sanguine, affigēs illud cruci. Col. 2. Aperuit ianuam vitæ perimens mortem morte. Hebræ. 9. Christus assistens pontifex &c. Ecce quam misericordiam per filium pater cęlestis impendit nobis, hāc imitemur, vt etiam primo animę misericordiam impendamus eius miserias auferendo, primo in nobis, deinde in proximis, prout docet Chrysost. homil. vigesima nona &c.

DOMINICA V.
Sermo I. in ordine.
LVIII.

PER totam noctem laborantes nihil cepimus In verbo autem tuo laxabo rete. Luc. 5.

De modo operādi vt opa nostra sint grata Deo.

Post dispositionem populi ad ambulandum in via iustitiæ de virtute in virtutem, vt tandem videatur Deus deorū in Sion per timorem dei, vt iudicis vni cuiq; secundum merita retribuētis, qui timor (propheta teste) initium est sapientię christianę, atq; per desyderium fruendi æterno conuiuio, per quæ spem adipiscendi adiutorio redemptoris ouē perditam, ac drachmam decimam requirentis, de quibus in tribus dominicis præcedentibus. In quarta, ac proximè præterita dominica instruxit dispositos ad operandum opera charitatis, & misericordiæ, quibus ambulatur ad dominum iustitiæ regē omnibus prę mia distribuentem. In hac quinta dominica erudit nos ecclesia quandimodum vt opera nostra sint Deo placita, & grata, iusta, & meritoria. Non enim sufficit ad vitam operari bona, & iusta de genere nisi & debitè fiant. Vnde philosop² 2. Ethi. Non qui iustū operatur, iustus est, sed qui operatur quomodo iusti. Exemplificari potest de elemosyna, quę bona, vel mala intentione dari potest, & ita in nocte, vel in die gratiarum, & diuini beneplaciti fieri, & secundum hoc, vel aliquid, vel nihil vtilitatis afferre. In nocte enim peccati nihil prændi tur ad vitam pertinēs. Secus si rete mittatur in verbo domini idest in virtute Christi per gratiam cooperantis, sic.n. multam affert mercedis retributionē. Dices, ergo prorsus sunt perdita opera in nocte sua. Perdita sant inquam, quo ad præmia æterna, non quo ad temporalia. Valent autem præter temporalia ad tria, quia pœnam vitant, ad gratiam disponunt, habitum inducunt, per quē adueniente gratia augentur merita, qua propter etiam laborandum est in nocte idest non sunt omittenda opera bona de genere, citra tamen peccatum, tam etsi non procedant ex die gratiæ, sicque laborantes nihil præmii in eterna vita mereantur per huiusmodi opera, secundum thematis verba. Per totam noctem &cet. Pro gratia Aue Maria.

Euangelium ad literam narrat secundam vocationem Petri, & Andreæ, Iacobi, & Ioannis ad Christi familiaritatem, quos prius vocauit ad sui noticiā. Ioan. 1. & 3. ad discipulatum Matth. 4. Ter enim leguntur vocati, vt narrant Hug. & Lyr. postillatores, & idem videtur sentire Aug. in de concor. euange. lib. 2. cap. 17. Secundum sensum mystricum docet modum debitum obseruandum in operibus nostris, quatenus sint digna præmio æterno. Hoc docet verbo, & facto. Narrat enim euāgelium, q̃ dominus docturus turbas intrauit in nauiculam Petri, quam paululum reduci iussit à terra, alia relicta. Et per allegoriam describit vocationē iudęorū, & gentiū per tales naues duas significatos

Modus seruand² in operibus nostris.

catos in nocte in vmbra legis laboratur, sed nihil vel pauci capiuntur. In verbo domini multitudo capitur,& rete rumpitur. Aduenit alia nauis,& ambæ implentur,quia nouit dominus suos seruare in tentationibus.Et ad Petrum ait: Non deficiat fides tua Petre. Narrat & secundò responsionem Petri ad verbum Christi, duc in altum &c. Domine per totam noctem &c. Narrat & capturam piscium miraculosam, retis scissionem,non tamen piscium alienationem.

Ex quibus aliquot possumus sumere doctrinas morales, illo prænotato, q̄ contingit in nocte siue tenebris ambulare dupliciter, vel quia opus ipsum, q̄ agitur secundum se,iniquum est, quod bene fieri non potest. De quibus dicit philosophus in ethicis. Sunt quædam, quæ mox nominata conuoluta sunt cũ malitia, vt fornicatio, adulterium,furtum, latrocinium,rapina, vsura &c. Et de sic laborantibus dicitur Ioan.3. Qui male agit,odit lucem, aut tali iniquo operi coniunctum. Qui enim huiusmodi peccatis contenebratus est,quicquid agit etiamsi fuerit opus moraliter bonum in tenebris laborat,nec præmium meretur beatificum, quia non habet talis lucem gratiæ. Lucem enim tenebrę comprehenderunt. Ioann.1. nec potest reddi fructus lucis ęternæ operi in tenebris elaborato. Sicut ergo fermentũ modicum totam massam corrumpit.1. Corinth. 5.ita vnius peccati mortalis tenebra totam animæ regionem offuscat. Aliter in tenebris laborant, qui etiam quod bonum est de genere,intentione tenebrosa .i. corrupta perficiunt. Est autem intentio tenebrosa, quæ lumen non participat idest quæ ordinatur actu vel habitu vel virtute in Deũ. De hoc dicit dominus Matth. 6. Si lumen quod in te est, tenebre sunt, tenebre quantæ erunt? Si oculus tuus nequam est, totum corpus tenebrosum erit.Per oculum & lumen intentionem cordis intelligit, per corpus verò opera quæ palam apparent, vt dicit Beda super Lucam.

Quę sit intentio tenebrosa.

Prima doctrina: Vana est omnis doctrina,& de falsitate suspecta extra Petri nauiculã seminata. Nauicula hęc ē catholica ecclesia Petri regimini commissa. Hugo. postil. Super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam,& portæ inferi &c. Matth. 16. Item Pasce oues meas. Ioan vltim. Hæc est columna veritatis,& firmamentum,vt dicit apostolus 1.Timo.3. Item Iob.28. Auro locus est vbi conflatur. Grego 18.moral. Sola ecclesia est, in qua aurum probatur. Extra hanc autem nemo saluatur, periit omne viuens, quod arca Noe non continebat. Ionas cap.1. extra nauim proiectus cete vorante absorptus est. Igitur ex hac nauicula sola fidelis doctrinam hauriat, omnia alia suspecta habeat, quæ ecclesiæ autoritas non approbauit Hæc enim est, quæ spiritum sponsi habet,quæ si fluctibus persecutionum quatitur,non tamen perit,dicente domino Ego pro te rogaui Petre vt nõ deficiat fides tua.

Secunda doctrina: Laboriosa sunt opera,sed fructu vacua in noctis tenebris cõsummata. Venit nox,in qua nullus operari potest. Ioann.9. Nox est error conscientiæ debitum finem in suis operibus non intendens. Omnium vnus est finis,sicut vnum omnium principiũ: Ego sum alpha,& O principium & finis Quicunque enim principalem finem sui operis creaturam constituit. in nocte ambulat. Quamuis creatura nox ē ex se,quia vanitati subiecta est omnis creatura. Rom.8. Solus creator lux est. Ego inquit,sum lux mundi,quicunque hanc lucem non participat in tenebris est. Quicquid ergo non in eum, tanquã in finem saltem principalem ordinatur actu,vel habitu, lumine priuatur,labores habet,fructum non habet in patria. Consyderemus mundi amatores terrena quærentes,quantum laborant,& q̄d acquirunt? nam quid acquirunt,uni peritura acquirunt,licet,& ipsa rarius acquirantur. Vnde & Christus nauiculã à terra reduci iussit,vt fideles in nauicula existentes,in qua sola salus est, nihil terrenum quærant in opere Dei,vt dicit

Laboriosa sunt opa sed fruct⁹ vacua in noctis tenebris consummata

cit Cassiodo. lib. 9. cap. 15. Ducendum autem est à terra interiore, exteriore, inferiore animi voluntate, carnis voluptate, terrenorum cupiditate. Hug. postil. Iussit autem paululum reduci. Non enim omnino relinqui possunt terrena ab habitantibus in terra. Sed necesse est vt terrena relinquantur tãquã fines principaliter intenti, vt non ibi desyderio quiescatur, sed vt eis homo tanquam mediis vtatur cum magno timore ne eis abutatur, quia qui sic abutitur, in nocte laborat. Sed qui in die ambulat, Deum habet finem, habet sine dubio adiutorem Deum. Vnde sine timore, qui bona, bona intentione agũt constanter agunt, quia in luce agunt, non timeant à timore nocturno, quia defensorem habent, in cuius lumine ambulant. Timeãt, qui Deum a se abiiciũt conducuntq; legis veteris exempla iudæorum.

Tertia doctrina: Fructuosissima sunt opera in verbo præcipientis domini facta, in verbo tuo laxabo rete, verbo præceptiuo. Hęc enim perducunt immediatè ad regnũ. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Matt. 19. & Ioan. 14. Qui seruat mandata, hic est, qui diligit me. Mittere rete in mare in verbo domini, est præcepta, quæ retia sunt (quia sententiarum pondere connexa vel in charitate vnita ad executionem) laxare, quo merita capta ad terram beatitudinis trahuntur. Vbi eis relictis id est perpetuò quantum ad mercedem in acceptatione diuina manentibus adhæretur domino. Clarius est ex gratiæ inclinatione, quam Christus verbum patris nobis meruit in incarnatione, in opus procedere. Mittere in nocte est, vel opus de se malum, & præcepto contrarium contra Deum facere, vel opus bonum ex genere prauitate intentionis sinistrę maculare.

Non sperat se laboris ꝑmia consequi q bona operatur in nocte

Hinc quarta sumi potest doctrina ista scilicet non speret se laboris præmia consequi in beatitudine, quia bona operatur in nocte, quia inimicus nihil meretur, sed in nocte operans est inimicus. Item non agens ad honorem Dei, nihil meretur, eo quod talis non diuinæ, sed propriæ voluntati laborat. Sed qui in actione sua Deum actualiter, vel virtualiter nõ intẽdit, Deo nõ laborat, ideo non habet expectare mercedem ab eo. Hæc doctrina contra eos est, qui putant manentes in peccatis per elemosynas, vel alia de genere bona opera Deo placere velle. Quinta doctrina. Qui præmia æterna sui laboris desyderat, primò à somno noctis surgat, & tunc in verbo præceptoris retia bonorum operum tendat. Hinc ait apostolus ad Eph. quinto. Surge, qui dormis &c. Volens igitur opus bonum bene facere, primo se examinet si sit in nocte, vel non. Si sic, surgat detestando præteritum peccatum per coutritionem, & bonum propositum cauendo in futurum &c. & sic operetur dicens cum humilitate domino: Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete.

DOMINICA V. Peregrinationis. Sermo. II. in ordine. LIX.

CVM turbæ irruerent in Iesum vt audirent verbum Dei. Luc. 5. cap.

An opa in peccato mortali facta sint fructuosa & utilia.

Sicut dicit Chriso. super Matt. signũ studiosi agricolę est messis fęcunda, signum boni negociatoris apotheca referta, signum gratiosi prædicatoris ecclesia plena. Constat Christum prædicatorem veritatis gratiosum, mellifluũ fuisse prædicatorem, quia tanta ad eius prædicationem confluxit populi multitudo, vt & in eum irruerent. Irruere est in aliquem cadere, & impingere ex nimio zelo, & affectione, quem homo habet ad illum, in quem irruit, vt patet ex virtute vocabuli. Populus etenim, qui eum sequebatur, volens audire eius prædicationem, non solum velociter transmeauit, sed ir-

ruit, quod magni est desyderii. Tribus autem de causis secundum Chriso. ad Deum veniebant,& in eum irruebant. Primo propter verba eius gratiosa,qui prædicabat. Vnde eloq. tua domine elo quia casta &c. Item. Eloquia tua super mel,& fauum ori meo. Secūdò propter faciem amabilem, qua cunctos alliciebat,sicut adamas ferrum. Tanta enim eminentia claritatis vultus eius ꝙ & ipse Petrus cum eum iam in morte transfiguratum videret, desyderabat perpetuò cum eo esse, & vultum eius contemplari, licet non viderit eius diuinitatem, sed humanitatem tantum in forma gloriosa. Vnde dixit Matth. decimo septimo. Domine bonum est nos hic esse,faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Hæliæ vnum,& Moysi vnum. Non loquitur de tabernaculo faciendo pro se, quia secundum Nicol. de Lyra cum Christo volebat esse in suo. Item vbi supra dicitur. Et resplenduit facies eius vt sol. Tertiò propter miracula, quæ faciebat. Propter hæc tria populus in eum irruit. Erant enim vt dicit Chrisosto. ei connexi, eum diligentes, & mirantes, & tenere cupientes. Quis enim discessisset ab eo miracula faciente? Quis noluisset faciem eius gloriosam videre, & audire os diuina loquens? Et vt omnes, qui confluxerant,nedum possent eum audire, sed & vt videri facies eius amabilis clarè posset,nauem conscendit, paululum à terra reductam, secundum,quod dicit euangelium cuius principium est: Cum turbæ irruerent &c. Pro gratia Aue Maria.

Auditoribus verbi Dei ꝙ requiruntur.

Plures ex hoc euangelio doctrinæ trahi possunt, quarum aliquæ pro audientibus, aliquæ pro prædicantibus faciunt. Pro populo doctrina hæc est. Ad audiendum verbum Dei,quodlibet salutis opus operandum tendere debet homo feruenter,& reuerenter, exclusis cœteris tota diligentia, magno cum labore. Doctrina hæc plures habet partes,secundum plures conditiones,quæ in euangelio tanguntur,& requiruntur ad verbi Dei auditionem. Irruerunt etenim turbæ in Iesum. Ecce auiditas, & ob audiendi velocitas citra laboris refutationem. Nemo enim secundum Grego. ad præmia magna peruenire potest sine labore. Itaque auditoribus verbi Dei.

Primò necessaria est auiditas, vt verbum Dei auidè audiant tanquam famelici,quod notatur cum dicitur. Cū turbæ irruerunt idest cum quodam impetu irent, sicut pauperes in distributione elemosynarum tempore famis ire consueuerūt. In primitiua ecclesia erat magna fames audientium verbum Dei iuxta illud Amos 8. Mittam inquit,famem in terram, non famem panis, sed famem audiendi verbum Dei. Hanc famem dominus,secundum quod promisit, in eos misit. Et sicut fames panis, aut cibi attestatur sanitati corporis,sic fames verbi sanitati mentis. Fames illa quæ appetitus est cibi spiritualis, est donum saluatoris, & signum salutis. Sicut appetitus corporalis est signum sanitatis corporalis, & fastidium huius cibi est signum languoris spiritualis. Hæc fames licet iam tepuerit,sed in fine ecclesiæ renouabitur. Iuxta illud psalm. Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes. Nam secundum Glosa ipsi iudæi,& alii qui de gentibus conuertentur ad vesperam idest in fine mundi, famem patientur idest magnum desyderium habebunt alios conuertendi, & erunt vt canes,quia cōtra crudeles, & infideles latrabant, & circumibunt ciuitatem idest munient ecclesiam contra hæreticorum impugnationem, & dispergentur ad manducandum, vt scilicet alios lucrētur Christo, & incorporent. Etsi non fuerint saturati fide,& conuersione populorum, murmurabunt contra nolentes credere, eos scilicet grauiter arguendo. In medio autem ecclesiæ idest tempore moderno,non est fames, sed copia verbi Dei, iuxta illud Esa. decimo primo. Repleta est terra scientia Dei, sicut aquæ maris operientis. Tanta est autem copia quod sæpe multis vertitur in fastidium,quod magnum est pericu-

lum

ſum. Sicut enim fames verbi Dei ſignũ eſt ſalutis, ſic faſtidium ſignum ẽ mortis pſalmus. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquauerunt vſque ad portas mortis id eſt vſque ad defectum animæ. Dicitur autem ſermo Dei omnis eſca, quia replet, & ſatiat omnem ſamem diuitiarum, delitiarum, & bonorum. Ibi enim auarus veras inueniet diuitias, delitioſus ſummam iucunditatem, ſuperbus honores perpetuos. Ideò dicitur Prouerb. ſeptimo. Mecum diuitiæ, & honores. Item delectationes in dextera tua vſque in finem. Et dicit, appropinquauerunt vſque ad portas mortis. Illi enim, qui verbum Dei libenter audiunt, longè & omnino remoti ſunt à portis inferi. Qui faſtidiunt, ſunt propinqui qui derident & non credunt, iam videntur eſſe incluſi.

Secundò in auditoribus debet eſſe velocitas in obediendo, quod ſignificatur in Petro, qui mox domino obediuit. Duo ibi præcepit dominus. Vnum quod concernebat obſequium Chriſti, & conſolationem populi, quando rogauit eum à terra paululum reducere nauem, ne ſcilicet ipſum turba comprimeret, & vt commodius populus eum audire, & videre poſſet. Aliud videbatur concernere vtilitatem Petri, cum ait. Duc in altum, & laxate retia in capturam.

Ex quo datur intelligi doctrina, q; prælatus nihil debet præcipere, niſi quod concernit honorem Dei, ædificationem populi, & communem vtilitatem ſubditorum. In hoc etiam apparet magna humilitas Petri, quod cum ſibi Chriſtus dixit: Duc in altum &c. non ſe excuſauit, ſed humiliter obediuit. Tribus enim de cauſis conſueuit, ſe quis ab iniuncto opere excuſare, aut quandoque alius fatigatus eſt, & vellet quieſcere, aut quando illud, quod iniungitur videtur nimis arduum, & difficile, aut quando videtur infructuoſum, & ſine vtilitate. Petrus tota nocte laborando fatigatus erat. Vnde dixit. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus. Id quoque, quod ſibi iniungebatur graue, & oneroſum fuit ſcilicet ducere in altum ideſt in profundum. Difficilius enim eſt piſcari in mari quam in ſinu. Poterat etiam rationabiliter timere inutilitatem, & fruſtrationem laboris ex infructuoſitate operis præteriti, & tamen illo non attendit, ſed ſimpliciter confidens in virtute verbi diuini dixit verbo, & facto: In nomine tuo laxabo rete. Ex quo capi poteſt doctrina dum aliquid præcipitur concercens honorem Dei, ædificationem proximi, & omnium ſalutem. Is cui præcipitur, prompto animo dicere debet cum pſalm. Paratum cor meum Deus paratum cor meum. Nec prætendere fatigationem corporis, difficultatem operis, apparentem fruſtrationem laboris, ſed ſimpliciter cum ſancto Petro humeros ſuos iniuncto ſibi operi committere, in virtute verbi Dei confidendo. Audi de hoc Auguſtinum 19. de ciuita. Dei capitu. 19. inter cœtera multa. Ocium ſanctum quærit charitas veritatis. Negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis, quæ ſarcina ſi imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem. Tunc verò veri, & obedientes eſtis verbi diuini auditores dum ea, quæ prædicantur intelligitis, intellecta diligitis, dilecta opere completis. Lucæ decimo ſecundo. Beati, qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud. Audiunt inquam, intelligendo ſcilicet & amando & cuſtodiunt illud opere complendo.

Tertiò in auditoribus debet eſſe modeſtia, vel diſcretio in amando terrena, quod notatur cum dicitur. Rogauit eum vt à terra puſillum reduceret Non rogauit eum vt ſtare poſſet in terra, aut penitus elongaretur à terra, ſed vt paululum reduceretur à terra. In terra poſiti ſunt illi, qui ſolum terrena quærunt, voluptatibus corporis ſtudẽt terrenis lucris die, noctuque inhiant. De quibus erat, qui dicebat Lucę decimoſecundo. Anima mea habes multa bona repoſita, requieſce, epulare, comede, bibe, ſed reſponſum accepit.

Stulte hac nocte animam tuam repetent a te, & quæ parasti cuius erunt? Abundantia diuitiarum sollicitudinem inducit magnam, & per consequens magnam animi anxietatem, quia non supplent indigentiam, vt declarat Boetius tertio de consolatione, prosa. tertia Et Apostolus primo. Timoth. sexto. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes &c. Item ibidem. Auaritiæ nihil satis est. Item opes nihilo indigentem, sufficientemque sibi facere nequeunt.

Alii reducti sunt à terra, sicut boni laici, & imperfecti, qui non debent esse in terra per inordinatum affectum terrenorum, nec requiritur ab eis quod omnino abstrahant se à terrenis per omnimodum contemptum, necesse .n. habent manu victum pro se, & suis quęrere. Quomodo verò pusillum à terra reduci debeamus, ostendit apostolus primo. Corinthior. septimo. Qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui vtitur hoc mundo, tanquam non vtatur. Ille habet vxorem tanquam non habens, qui ea vtitur nó ad libidinis expletionem, sed propter prolis procreationem, vel saltem propter fornicationis vitationem. Ille vtitur mundo tanquam non vtatur, qui rebus mundi non vtitur ad superfluitatem, sed ad solam necessitatem. Elongatus autem penitus à terra erat, qui dicebat. Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te. Matth. vigesimonono.

Auditores verbi Dei audiant reuerenter

Quartò in auditoribus debet esse reuerentia, quod innuitur cum dicitur: Vt cessauit autem loqui. Eius enim prędicationem non interrupersit, sed summa cum sollicitudine, ac reuerentia in finem vsque audierunt. Verba Dei magna reuerentia, & sollicitudine audienda sunt, quia sunt medicinæ Dei, gemmæ Dei, & reliquiæ Dei. Quibusdam sunt tanquam medicina purgatiua, vt pœnitentibus, quia per ea purgantur humores peccati. Sapien. 16. Nec herba, nec malagma sanauit eos, sed sermo tuus domine, qui sanat omnia. Multi etiam per verbum Dei conuersi sunt ad pœnitentiam, vt de sancta Pelagia, quam sanctus Nonnus sua prædicatione conuertit. Quibusdā sunt tanquam medicina melioratiua, vt proficientibus, quos, ad melius sollicitant. Verba sapientum quasi stimuli. Ecclesiastici 12. Vtrisq; autem sunt medicina conseruatiua, iuxta illud psalmistæ. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Siquis autem qualicunque infirmitate corporis detentus aliquem visitare posset, qui sic eum curaret, & ab infirmitate futura conseruaret, indubiè manibus & pedibus reptans occurreret. Curramus ergo magna sollicitudine ad Dei verbum audiēdum, quo curamur, & præseruamur ab infirmitate nedum corporis, sed multò plus animæ. Et ideò Augustinus in sermone quodam admonitorio, vt silentium in ecclesia tempore prædicationis teneatur, cuius initium est: Ante aliquot dies &c: sic dicit. Interrogo vos fratres, vel sorores, dicite mihi: Quid vobis plus esse videtur, verbum Dei, an corpus Christi? Si verum vultis respondere, hoc vtique dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei, quam corpus Christi. Et ideò quanta sollicitudine obseruamus cum corpus Christi nobis ministratur, vt nihil de ipso e manibus ad terram cadat, tanta sollicitudine obseruemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur (dum aliud cogitamus, aut loquimur) de puro corde depereat, quoniam non minus erit reus, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille, qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permisit.

Hoc non est intelligendum dignitate naturæ, sed efficaciæ. Vbi notandum ꝙ verbum Dei attētè, & frequenter auditum multos, & magnos in homine causat effectus bonos. Nam multos cōuertit ad fidem, sine qua nulli est salus, quia sine fide impossibile est placere Deo, & fideles docet cognoscere mala, & cauere ea, & sic docet noscere bona, & ammonet proficere in eis, & sic

crescere

crescere in gratia & merito. Deniq; & peccatores admonet, & compungit ad pœnitentiam, & conuersionem, & sic tollit in eis omne peccatum, & mortale, & veniale. Corpus autem Christi quamuis augeat gratiam, non tamẽ tollit nisi venialem culpam, & si mortalem tunc solum oblitam. Audire igitur verbum Dei frequenter, & cum diligentia, q̃ ẽ homini fructuosius, & magis necessarium ad salutem secundum prædicta, quam sumere corpus dominicum, & semper negligere diligentem, & vtilem verbi Dei auditionem. Et ideo si homo nunquam audiret verbum Dei, vel si aliquando tamen semper negligenter, tũc secundum prædicta negligere diligeret totam salutem suam, quia non sciret præcepta Dei, & multa facienda necessario, & cauenda, Imo videtur talis verbum Dei negligens salutẽ suam contemnere, eo quod contemnit aliquid, sine quo non est salus.

Verba Dei sunt tanquam gemma.

Secundò sunt verba Dei tanquam gemmę Dei. Istas gemmas sancti diligunt. Psal. Dilexi mandata tua super aurum & topazion. Hoc latè prosequitur Aug. in sermone pręfato dicens. Qui verbum dici libenter audit, in aures animæ de patria paradisi transmissas se accepisse non dubitet. Quomodo.n. terrenis ornamentis caro luxuriosa paruo tẽpore ornatur, vt carnalibus oculis aut ad suam, aut ad aliorum malè concupiscentium ruinam placere possit? Sic anima sancta diuinis sermonib⁹ tanquam spiritualibus bonorũ operũ margaritis cõponitur, vt ad illius cęlestis sponsi cõsortiũ, & nuptiale conuiuium fęliciter ornata perueniat, vt non ei dicatur id, q̃ scriptũ est in euangelio. Amice quõ huc intrasti non habẽs vestẽ nuptialẽ? ne bonorũ operũ ornamẽtis expoliata, ac nuda audire mereatur. Ligate illi manus, & pedes, & proiicite in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium, sed magis illa vox desyderabilis ad eum dirigatur, Euge serue bone, & fidelis, intra in gaudium domini tui. Et consequenter dicit. Rogo vos filię diligenter ea, quæ à nobis dicuntur, audite. Si aliqua mater proprijs manibus ornare vellet filiam suam, & illa despiciens ornamenta, quę acceperit, frequentius se inclinet ad terrã, & huc, atq; illuc ita per inquietudinem moueatur, vt illam mater sua secundum voluntatem suam ornare non possit, nũquid non iustè aut obiurgatur, aut cedit. Et me ergo [dicit] putate esse matrem animarum vestrarũ & vt ita vos velim componere, vt in vobis neque macula, neq; ruga possit apparere. Animabus enim vestris non solum ornamenta, sed & medicamenta desyderans prouidere, studeo dissuta consuere, cõscissa sarcire, vulnerata sanare, sordida abluere, perdita reparare & ea, quę sunt integra spiritualibus Margaritis ornare si me non piget dare, quare aliquis fastidiosè velit accipere? Cũ enim terrena, & temporalia ornamenta corporis, si non inuenitur, quæ dare velit, charissimo precio comparentur, quantò magis si æterna animarum ornamenta quæ absq; vllo precio à nobis non cum paruo labore quęsita, vestris spiritibus offeruntur, iustum est, vt à nobis cum perfecta charitate suscipiantur. Nos enim Margaritis vobis de paradisi patria prouidentes, nullam aliam in hoc seculo mercedem optamus accipere, nisi vt nos patiẽter, & libenter, quę vobis insinuantur, videamus audire, & cum Dei adiutorio secundum vires vestras operibus adimplere. Fratres charissimi, & venerabiles filię, non ideo dicimus, quod vos non agnouerimus verbũ Dei non libenter accipere. Profectò enim plus quã cogitari potest, vel dici de vestra obedientia gaudet, & exultat anima nostra, sed dum volumus vos ad meliora semper ascendere, etiam ea, quæ vos perfectè cognoscimus agere paterna sollicitudine præsumimus admonere. Hęc Augustinus homil. 26. lib. 50. hom. Ecce quomodo verba Dei Margaritæ, vel gemmæ sunt, immo etiã medicinæ. Tertiò sunt reliquiæ Dei. verba enim sancti euangelii sunt reliquiæ Christi. Reliquiæ autem sanctorũ aliquando sanant morbos corporales, verba autẽ Dei morbos spirituales. Nã ani

animas cecas illuminat Psal. Preceptũ domini lucidum illuminans oculos. Animam mortuam viuificant. Ioann. 6. Omnes, qui in monumentis sunt idest in fætore peccatorum, audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Si ergo sanctorum reliquias veneramur, multò plus Christi. Possent facilè sumi doctrinæ pro prædicatoribus ex euangelio, sed quia de hoc latè, & magistraliter scripsit beatus Grego. super Ezech. homil. 10. & 11. & alibi in aliis homilijs eiusdẽ libri, ideò hic breuitati studeo.

DOMINICA VI. Peregrinationis. Sermo I. in ordine. LX.

NISI abundauerit iustitia vestra plus, quam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Matt. 5.

Nõ sufficit bonũ exterius facere nisi qs interius affectus cohibeat.

Priori dominica modum operandi dominus instruxit in euangelio, quatenus. s. fiant opera nostra in luce diei, q̃ est Christus, nõ in tenebris noctis, quorum rector est diabolus, ne scilicet complaceant mundo. Et hæc est sententia conclusiua euangelii præcedentis. Tempus est iam sese ad beatitudinis iter in hac peregrinatione expedire, quod incipiendum est à rectificatione interioris voluntatis & intentionis, sine qua omnis exteriorum operationum consummatio ad regnum vana est, & cassa. Opera enim exteriora non sunt de se perfecta, neq; ad introitum regni sufficientia, nisi fluant ab interioribus virtuosis & perfectis. Ex quo sequitur q̃ non sufficit exterius bonum facere, nisi etiam interi⁹, & prius natura quis studeat affectiones illicitas, & motus prauos cohibere. Ad hanc interiorem iustitiam quę vera iustitia est, nos hortatur dominus in euangelio dominicæ præsentis, cum inquit: Nisi abundauerit &c. Pro gratia Aue Ma.

Euangelium prẽmittit, regulam, quę est fundamentum totius diuini cultus, ac euangelicæ religionis. Deinde eam triplici exemplo declarat. Regula hæc est. Necesse est iustitiam christianorum quibus apertum est regnum cœlorum, esse maiorem iustitia scribarum, & pharisæorum. Necesse inquam necessitate consequentiæ, stante diuina lege. Videamus primo, quæ fuit iustitia scribarum & pharisæorum. Deinde declaranda est regula. Iustitia pharisæorum, & scribarum, quam simulabant se tenere, fuit iustitia legis Moysaicæ, & ideo imperfecta. Nam imperfectionem veteris legis apostolus frequenter testatur Gal. 1. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, fuit enim figura, & vmbra legis euãgelicę. Figura autem deficit à veritate & vmbra à luce. Hebræ. 10. Vmbram lex habet futurorum bonorum. Et 1. Cor. 10. Omnia in figura contigerunt illis. Regnum verò cęlorum non nisi perfectos capit. Nihil enim coinquinatum intrabit in illud Apocal. 21. Potest tamen in generæ legis veteris imperfectio ostendi ex obiecto, & ex fine. Ex obiecto, quia tantum versabatur circa exteriora, quæ hominibus patent nullo habitu respectu ad interiora. Vnde Deuter. 27. per totum & Esaiæ 1 bona terræ promittuntur. Item circa exteriora opera legis, & cerimonias. Nam vt dicit Magister in 3. dist. 40. Lex manum compressit, non animum, hoc est opus, non concupiscentiam, saltem generaliter cohibuit. Sed lex noua legis dirigit ad rectificationem animi. Vnde Mat. 15. Non quod intrat in os, sed quæ exeunt de corde, ipsa sunt, quæ coinquinant animam.

Fuerunt enim prolapsi in hunc errorẽ, secũdum Iosephũ 12. antiquitatum libro q̃ sola exteriora inducerent peccatũ, & non interiora. Nobis itaq; si saluari volumus, necesse est nostram iustitiam esse abundantiorem. i. non solum in exterioribus, apparere, sed multa magis in interioribus quoniam sine interioribus exteriora opera non sunt virtuosa, aut laudabilia, sed bene interiora sine exterioribus.

Potest autem hæc sententia contraria errori iudæorum sic probari. Nullũ

opus

opus externum est de se bonum, ac virtuosum, ideò necesse est vt habeat suā bonitatem ab opere interiori denominatiuè. Antecedens patet. Tum quia omne opus extrinsecum est de se indifferens, & potest bene, vel male fieri, patet de ieiunio, elemosyna, vocali oratione, & similibus. Tum quia nullum opus extrinsecum est de se liberum. Potest enim agens quantum ad illud cogi, & violentari. Ad hoc autem quod opus sit virtuosum, oportet quod liberè producatur. Nam in inuoluntariis neque laudamur, neque vituperamur tertio Ethic. Sola autem voluntas est simpliciter libera in actibus interioribus elicitis, quoniam quantum ad illos nec impediri potest, nec cogi, nec violentari. Ex quo sequitur quod verus Dei cultus non consistit in exterioribus, sed in interioribus piis affectionibus voluntatis, quæ tamen præsupponunt rectum iudicium, & cognitionem intellectus, & rationis.

Patet auctoritate triplici. Christi Ioannis 3. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate. Apostoli 1. Timot. quarto. Exerce te ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est. Pietas autem ad omnia valet, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ idest gratiæ & gloriæ. Augustini in Enchirydion. capitu. 2. Colendus est Deus fide, spe, & charitate.

Ex fine ostendi potest imperfectio iustitiæ apparentis eorundem. Quia scribę, & pharisæi non quæsierunt gloriam & laudem Dei, sed suam. Vnde Matth. vigesimotertio. Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus, dilatant phylateria sua, & magnificant fimbrias, amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & vocari ab hominibus rabbi. Orabant orationes longas, sed propter auaritiam vt comederent domos viduarum. Mat. vigesimo tertio. Exterminabant facies suas marcentes ieiuniis, sed vt facilè deciperent mulierculas captiuas eas ducentes peccatis oneratas secundo Tim. tertio. Dabant elemosynas præcinentibus tubis in synagogis, & vicis, sed vt viderentur, & honorarentur ab hominibus. Matthæi sexto &c. Legis verò euangelicæ finis, & obiectum est vita æterna. Roma. sexto. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam. Hanc itaque regulam ex hoc euangelio colligamus. Ad introitum regni non sufficit iustitia solum apparens, exteriora opera colorans sed requiritur iustitia vera interior, motus animi rectæ rationi subiiciens, & conformans. Ratio, quia apparens iustitia non est virtus, nec iustitia, quia non est rationi rectæ consentanea, sed contraria. Potes declarare ex diffinitione virtutis.

Imperfectio iustitiæ pharisaicæ

Eliciuntur ex hac doctrina tria corollaria. Primum: Nunquam aliquid cōmissum, vel omissum per nos, vel alios imputatur ad culpam, nisi ad id accesserit voluntas nostra, formaliter, vel interpretatiuè. Formaliter, consentiendo: Interpretatiuè, negligenter cauendo: De quo Aug. multa disputat lib. 3. de libero arbi. Similiter in de vera religione ait: Vsque adeo peccatum voluntarium malum est vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Concordat philosophus 3. Ethi. Secundum Longè nobis cauendum est, quę, & quō agamus, quam quæ patiamur: Nam sine comparatione magis fugiendum est mala facere, quam mala pati: Nam propter mala pati nemo redditur malus, immo mala bene pati res est maximi meriti, vt patet in Christo & in martyribus: Immo beatus Bern. sermone 1. de apostolis Petri, & Pauli ait: Bonam vitam ego puto, & mala pati, & bona facere, & sic perseuerare vsque ad mortē: Ratio, quia præter voluntatem patimur, sed non præter voluntatem agimus: Agere enim hic dicit actum animæ interiorem liberum, ratione rectè consonum, vel dissonum, & tale nunquam fit sine voluntate: Verum circa ipsum pati contingit laudabiliter velle & nolle &c. Ex hoc patet magnus error hominum magis volentium præue-

Corrollaria tria

Nihil ad culpam imputatē nisi accesserit voluntas

nire in iurando, quam præueniri. Tertium. Sollicitior debet esse nostra vigilantia circa actus interiores, vt elicia ntur, aut nostra voluntate virtuosè quã circa exteriores vt fiant coram hominibus honestè, aut curiosè. Patet, quia nunquam actus exterior bonus est, aut malus, nisi propter interiorem bonũ, vel malum. Solus verò interior est per se bonus, non tamen omnis, si saltem tenetur opinio quod duo actus simul possunt esse in voluntate, & vnus ab alio imperari in voluntate. Hinc iterum vanitas cognoscitur in docendo honestatem in actibus exterioribus, & relinquendo interiores. Peius dum docentur honestate exteriorum tegere malitiam mentis, vt non deponant inuidiam, vel iram, sed simulare, & tempus aptum vindictæ expectare. Hoc vult dominus cum ait Matth. sexto. Si oculus tuus simplex est, totum corpus lucidum erit. Si autem lumen, quod in te est, tenebræ sunt, tenebræ quantæ erunt? Oculum dicit intentionem actũ voluntatis referentem. Corpus congeriem actionum exteriorum. Glo. in essectu ibidem.

Hanc doctrinam nunc habitam dominus declarat exemplo triplici. Primò de ira. Audistis inquit, quia dictũ est antiquis. Non occides &c. vbi satis ostendit imperfectionem iustitiæ legis, & perfectionem euangelii. Secundum est de offerente munus ad altare, vbi magis ostendit perfectionem iustitiæ consistere in oblatione interiori, recõciliatione pacis, quam muneris oblatione. Tertium est de pace conscientiæ quæ aduersatur, & semper pungit animum malè operanté. De primo dicit: Audistis quia dictum est antiquis: Non occides. Nam qui occiderit, reus erit iudicio mortis. s. corporalis, sicut dicit Gene. 9. Quicunq; effuderit humanũ sanguinem, fundetur sanguis eius. & Exod. 21. Quicunq; percusserit hominé volés occidere, morte moriatur. Idé Deut. 19. Iudicio dicit, ne sine criminis discussione, & sine iudicis auctoritate homicida interficiatur. Ego autem, qui veni non soluere legem, sed adimplere dico vobis prohibendo non solum manum, sed animum. Quicunq; irascitur fratri suo, reus erit iudicio. q. d. non solum ille peccat, qui manum mittit ad illicita, sed & ille, qui cõsensu, aut etiã verbo perpetrat nefaria. Qui enim irascitur, etiam si mente iram teneat, & nullo exteriori signo ostendat culpabilis est. Verũ non omnis ira peccatum est, alioquin non dixisset propheta: Irascimini, & nolite peccare. Ira enim quãtum hic sufficit appetitus est vindictæ. Licitè autem quis potest, imo quãdoq; debet secundũ Chry. appetere vindictã propter delinquentis correctioné, aut cómunis iustitiæ conseruationem. Sed illa peccatum est, qua ex deliberatione appetitur vindicta in proximũ contra ordinem iustitiæ. Et de ista ira loquitur hic dominus. Oportet .n. semper secundũ subiectã materiam sermonis accipi & ex circũstantibus scripturã, verborũ significationem colligere, vt dicit Augusti. 83. q. Dominus ergo volens ostédere, q̃ non solum in facto, sed etiam in mala voluntate qua factum desyderatur, etsi non opere perficiatur, cõsistit peccatum. Exemplificat de homicidio, docens q̃ non solum homicidium illud quod foris perficitur, sed etiam illud, quod sola mente concupiscitur, culpa est. Concupiscentia auté homicidii ira est. Loquitur ergo de hac ira, quæ est principium culpabilis homicidii, aut exterioris vindictæ. Et hæc ira, qua sic homo sine causa, id est iniustè, & deliberatè appetit vindictam, mortalis culpa est, etiam si sola mente tenetur. Vnde Chrisosto. super Matth. Si conceditur licentia irascendi, datur causa homicidii faciendi. Nam ira generat homicidium. Tolle iram, & homicidium non erit. Et sequitur ad propositum. Omnis enim, qui irascitur sine causa, quantum ad voluntatem suam homicidium fecit, etsi nõ fecerit propter metum. Ideò dicit Ioan. in cano. sua. Qui odit fratrem suum homicida est secunda Ioan. secundo.

Verum gradus sunt in istis, pecca-

tis. Regulariter enim magis delinquit, qui quod malè concepit, etiam verbo producit. Amplius autem si opere perficiat, pro quantò in verbis, & opere, & motus mentis intenditur, & damnum proximi augetur. Manet tamen omnia in genere mortalis peccati. Et horum peccatorum differentiam dominus quā tum ad actus per hæc tria innuit. Per iram contra fratrem, quæ est in mente. Per verbum racha, quod secundum Augustin. interiectio est indignantis, per quam exprimitur etiam voce indignatio concepta in corde, nedum tamen fit læsio proximi saltem determinata. Magis enim racha indignationem loquentis exprimit, quam vilipensionem eius, cui fit locutio. Per verbum fatue autem intelligitur iam ira completa in opere. Fatue verbum est vilipensionis, quo iam vindicta infertur, quia famę aliquid detrahitur. Non enim solū verberibus, quis se vindicat, sed quandoq; amplius verbis opprobriosis. Nec tamen quicunque dicens alteri fatue, aut racha, mortaliter peccat, sed qui hæc dicit ex ira vindictę deliberatę, & iniuste concepta. Si ergo ad correctionem, aut pro loco, vel ex ira zeli discreti, aut sine deliberatione diceretur, vel nullum esset, vel veniale peccatum. Sicut Christus discipulis ait. O stulti, & tardi corde ad credendum. Et apostolus Galatis. O insensati galatæ. Differentiam verò quo ad culpam horum trium tangit per differentiam pœnarum, cum hunc dicit reum iudicio, illum consilio, istum verò gehennę. De quibus clarè ita dicit glo. Gradus sunt in istis peccatis. Primum, est irasci, & hunc motum animo retinere, plus est si vocem commotio ipsa extorsit, qua feriatur ille, cui iste irascitur. Plus etiam si certa vituperatio increpuit. Similiter gradus sunt in pœna. Nam minus est iudicium quando adhuc accusando est defensionis locus. Plus consilium, quando iudices inter se conferunt, quo supplicio damnetur, quem constat esse damnandum. Plus est etiam gehenna, vbi nulla dilatio. Et ita quod propriis, & certis modis exprimi non potuit, quibusdam similitudinibus designatum est. His enim tribus, iudicio, consilio, gehenna, diuersæ mansiones in æterna damnatione signanter exprimuntur.

Ex his patet quam necesse est non odire, neque irasci contra fratrem. Tantum enim fraternum odium domino displicet vt nulla bona opera nostra ei placeant, neque si quodcunque Deo obtulerimus, manente in nobis odio contra fratrem, vt clarè ostendit in vltima euangelii clausula, cum dicit. Si offers munus tuum &cet. cuius particularior expositio nunc rescinditur. Et tantum de isto.

DOMINICA VI. *Peregrinationis. Sermo* II. *in ordine. LXI.*

NISI abundauerit iustitia vestra plus, quam scribarum, & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Matt. 5.

Ad salutem consequendā vera iustitia sufficit. Ipsa enim vt philosophus quinto. Ethicor. capitu. secundo ait: non pars virtutis, sed tota virtus est, quoniam in iustitia omnis virtus est, quia perfectæ virtutis vsus. Hinc Eccl. vigesimo septimo dicitur. Si sequaris iustitiam, apprehendes illam, & proteget in sempiternum & Sapien. quinto. Iusti autem in perpetuum viuent. Cum autem pharisæorum, ac scribarum iustitia non suffecit, sed defecit (qooniam abundantiorem exigit ingressus regni cœlorum) falsa fuit iustitia pharisæorum Et verè falsa fuit, ac ficta, non enim Deo tribuit, quod suum erat, neque proximo, quoniam mundum dilexerunt & concupiscentias, eius diuitias, honorem, voluptatem, vt ostendit dominus Matth. vigesimotertio. Pro quorum assecutione foris iustitiam simulabant in factis,

Ad salutem consequēda sola iustitia sufficit.

vt proximos deciperent, cui nihil correspondebat in anima. Ideoq; sepulchris dealbatis foris, intus omni spurcitia plenis, à domino comparantur. Foris picta fuit iustitia in gestis. Intus amor, & concupiscentia huius mundi, quæ omnis spurcitiæ noscitur esse radix, quá quia intus habebant, proximo dilectionem, quam ei debuerunt non reddebant. Nõ enim perfectè proximum diligit, qui mundum perfectè nõ relinquit, ait Grego. homil. 5. Cuius rationem subiungit, quia quicquid in eo concupiscit, hoc sine dubio proximo inuidet, & sibi deesse putat, quod alter assequitur. Per eundẽ quoque amorem mundi longè facti sũt ab amore Dei Deum super omnia appreciante, sicut Isidorus libr. 3. de summo bono cap. 17. ait. Longè à Deo est animus, cui hæc adhuc vita dulcis est. Et beatus August. sermo 37. de verbis euangelii. Sicut non potest homo duobus dominis seruire, sic nemo potest & in seculo gaudere, & in domino. Multũ intra se hæc duo gaudia differunt, suntque omnino contraria, quando gaudetur in domino, non gaudetur in seculo, quando gaudetur in seculo, non gaudetur in domino. Nemo autem gaudet nisi in eo, quod diligit. Non ergo diligit Deum, qui diligit mundum. Qui verò Deum non super omnia diligit, Deo, quod suum est, non reddit, & per consequens non est iustus. Qui autem gaudere volunt cum Christo in regno cœlorum per verã iustitiã non fictam, Deo reddãt ꝙ Dei ẽ, & mũdo, ꝙ est mundi. Deo quidem dilectionem super omnia. & mundo Deo contrario contemptnm propter Deum. Alioquin si cum Deo mundo tentauerint adhærere, ad eos ꝑtinet Christi verbum, Nisi iustitia vestra &c. Pro gratia Aue Maria. Recitabitur, & breuiter explicabitur euangeliũ cum certis doctrinis moralibus.

Iustitia, quæ suffi cit ad regnũ Dei assequendum secum pati tur iustitiam.

Ex hoc euangelio hanc doctrinam quasi breuem totius euangelii summam possumus elicere. Iustitia, quæ sufficit ad regnum Dei assequendum nullam secum compatitur iniustitiam. Dei enim perfecta sunt sunt opera, ideo regnum eius perfectissimum nihil ingreditur inquinatum. Apoc. 21. Nec patitur in suis misceri vana veris simplicissima veritas nec immunda puris essentialis puritas, nec mala bonis summa, & perfectissima bonitas. Necesse est itaque volentem adhærere Deo simplici veritati, essentiali puritati, summæ bonitati, contraria nõ miscere. Iustitia ergo Deo vniens, omnem contrariam iniustitiam non admittit. Vnde non sufficit iustitia in religiosa exteriori conuersatione, dum mens fuerit immunda, carnalis, & mundana quo ad seipsum, qualis fuerat iustitia phariseorum, & scribarum, quibus dictum est. Mat. 23. Pharisee cęce, munda prius, quod deintus est calicis, vt fiat & quod deforis est, mundum. Præmiserat enim, vę vobis scribę & pharisæi hypocritæ, qui mundatis, quod deforis est calicis, & parapsidis, intus autem pleni sunt rapina, & immunditia. Nec quo ad proximum sufficit fratrem non lędere, dum tamen vindictæ appetitus iniustæ remanet in mente, ideo damnatur, qui fratri iniustè irascitur, quia scriptũ est. Ira viri iustitiam non operatur. Iaco. 1. quamuis exterior lęsio addit aliquid malitiæ, magis vel minus, secundũ quod atrocior est, aut leuior, quia maiori pœna iudicatur dignus, qui indignanti animo dicit Racha fratri suo, eo, qui iram continet in corde. Et qui certam irrogat iniuriam, dicendo fratri, fatue, magis punitur, quam generali signo indignationem expressisse. Nec quo ad Deum satis est illi reconciliari, eumq; adorare, & colere, nisi perfecta pax cum proximo habeatur. Qui enim proximũ quem videt, non diligit, Deum, quem non videt, quomodo amabit? 1. Ioan. 4. Oportet ergo volentibus nobis Deo dignum exhibere cultum, prius passibus amorosi cordis appropinquare proximo, atque dilectione vera sibi reconciliari, dicente domino Ioannis 13. In hoc cognoscent omnes, quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem Ex quo etiam satis ostenditur veritas doctrinæ euangelio summatæ. Si nanque domino placere non valem⁹,

exi-

existente in nobis peccato in proximũ, nequaquam placere possumus domino in vno actu manente adhuc peccato in Deum in alio, cum grauius sit peccatũ, quod committitur in Deum, quam peccatum, quod committitur in proximũ. Accedentibus ergo ad Deum necessaria est perfecta iustitia, qua declinatur ab omni culpa, qua non solum foris, sed intus recedimus ab eo, quod nos separata Deo. Hanc autem isti soli habent, qui verè iusti sunt iustitia legali quo ad se, quo ad proximum, quo ad Deum. Hinc Prouerb. 10. Nil proderunt thesauri impietatis, iustitia verò liberabit à morte. Et cap. 12. In semita iustitiæ vita. Item iusti in perpetuum viuent Sap. 5. Iusti hæreditabunt terram ps. 36. Hæc porta dñi, iusti intrabunt in eã ps. 117. Si illã quis secutus fuerit, appræhendet, & proteget habentem in sempiternum. Eccl. 27. Iustum etenim deduxit per vias rectas, & ostendit illud regnum Dei &c. Volens autem iustitiam exercere verã non fictam. Primum sese accuset. Prou. 8. suas imperfectiones abstergendo, & animæ suæ vt Deo placeat miserando. Studeat hanc imitari doctrinam euangelicam prioris doctrinæ declaratiuam. Volens christianè, & piè Deum colere, & perfectam iustitiam exercere, prius & principalius intendat voluntatis, ac intentionis rectificationi, quam exterioris operis vrbanæ, decenti, & nonnunquam curiosæ compositioni Hinc plerique errant, qui magnam diligentiam habent in compositione corporis, in custodia cerimoniarum, preciosis ecclesiarum ornamentis, picturis, ac structuris parum curando de rectificatione cordis. Tales cultores Deo non placent. Vnde in cubiculo cordis nos orare docet, ac in spiritu, & veritate, sicut ait Io. 4. In spiritu adorat, & veritate, qui in charitate perfecta, & fide recta, quæ sunt opera interiora, & spiritualia adorant. Non enim propter opus voluntas bona est, sed propter bonam voluntatem op⁹ bonum. Vnde lucerna corporis est oculus cordis, qui si fuerit simplex, totum corpus operationum lucidum erit. Mat. 6. Idcirco quicquid acturus es in diuino cultu, legendo orando, celebrando, ecclesiam, sermones, elemosynas &c. frequentando, prius discute cordis intentionem, & hac rectificata procede ad opus, prius meditare quid, cui, pro quo facias. Et his rectificatis, & in Deum finaliter ordinatis, opus produces rectũ & bonum.

Accedentibus ad Deum necessaria est perfecta iustitia.

Respectu proximi, ne appetatur vindicta iniustè in eum, hæc notanda est doctrina. Irasci fratri intus in animo, & vindictam quærere, seu appetere in eũ, non ad vitiorum iustam exterminationem, & correctionem, nec habendo oculum ad iustitiæ legitimam executioné, non vt virtus plantetur, & Dei iustitia exaltetur, sed ex odio, saltem vt inimicus puniatur, non vt corrigatur, & ad satiandum libidinem vindictæ de iniuria illata, malum est, & iustitiæ euangelicæ contrarium. Valde enim refert secundũ Alexan. parte 2. quæst. 1. lix. men. 4. intẽdere in vindicta solam iniuriantis punitionem ex odio concepto in eum, & intendere secundũ ordinem æquitatis, & iustitiæ eius salutiferam correctionem, Dei quoque laudem, & reipublicę profectum vberiorem.

Non appetenda est vindicta iniustè in proximum.

Primum facit ira per vitium, quæ principaliter intendit vindictam, vt malum proximo, quem diligere deberet. Secundum perficit ira zeli, quę fertur in bonum proximi, ad quod ducit, & ordinat ipsum pęna iustè illata, & discretionis sale condita, qui sic irascitur ira vitii proximo in mente, & si non lędat opere iniustus est, & proximum non diligit. Contingit ergo in ira inuenire malitiã ex parte obiecti, si vindicta alicui appetatur contra dictamen rationis rectæ, vt siquis velit puniri eum, qui non meruit, vel vltra, quam meruit, vel non secundum ordinem iustitiæ, nec propter debitum finem, qui est correctio culpę, & conseruario iustitię. Bonitatem verò contingit in appetitu vindictæ seu in ira inuenire, si sit ratione regulata, vt appetatur vindicta illi, qui meruit, & moderatè prout meruit, seruato ordine iustitiæ, & propter finem debitum, sic

enim dicitur ira per zęlum, & non per vitium. Alio modo contingit in ira inuenire malum quantum ad modum irascendi, & secundum quantitatem abundantiæ, vel excessus, seu etiam defectus ipsius, dum scilicet aliquis per motum iracundiæ plus, vel minus feruescit, quã ratio recta dictat interius, vel exterius, vel etiam præterquã ratio dictat. Hinc Grego. 5. Moralis. Quantumlibet ira ex zelo rectitu dinis surgat, si immoderara mentem vicerit, rationi protinus serui re contemnit, & tantò se impudentius dilata, quantò impatientiæ vitiũ virtutem putat. Vnde summopere attendendum est, ne ira, quæ vt instrumentum veritatis assumitur, menti dominetur, ne quasi domina præeat sed velut ancil la ad obsequium parata à rationis tergo nunquam recedat.

Ira seu appetit⁹ vindictæ non est de se mala.

Ex illo summi potest, quod ira, seu appetitus vindictæ non est de se mala, sed quandoque instrumentum virtutis, si est ratione regulata. Hinc glosa Mat. 5. Iusta ira mater est disciplinæ. Et ad idem sonat Grego. 5. moralis. Secundò summi potest ex illo, quod licitum est quandoque irasci, & vindictam velle ex ira per zelum, quæ intendit solam fratris salutem. Ait enim beatus Grego. 5. moral. Si nulla ira ex virtute surgeret, diuinæ animaduersionis impetum Phinees per gladium non placasset. Nume. 25. qui zelo legis motus, concumbenté cum Madianita in ipso coitu per gen italia transfixit, & vtrosque perfodit in locis genitalibus, per quod iram Dei placauit, vnde plurimum commendatur. Sic Helias fecit ignem de cœlo super duos quinquagenarios descendere, qui & combussit eos. 4. Regum. 1. propter peccatum idolatrię. Sic Petrus occidit Ananiam, & Saphiram. Act. 5. quia mentiti erant spirituisancto. Sic Matathias interemit nuncium regis Antiochi. 1. Machab. 2. vocantem eum ad sacrificia idolorum. Similiter & Iudęũ, qui coram eo sacrificabat. Hoc zelo motus Christus, expulit vendentes, & ementes de templo. Ioannis. 2.

Sed valde cauendum est hoc, ne quid nimis, nę homo rationis luce culpabiliter priuetur, & in impatientiã quandã, seu furorem labatur, ne proximum plus exasperet, quam emendet. Sciat talis habere modum, & obseruare tempus, & locum, sciat, quando vlciscendum est, & quando furori cedendum.

Sed quod liceat irasci, summi potest ex præcepto fraternæ correctionis. Nihil enim aliud est irasci per zelum, quã velle ex dilectione proximi, & secundũ dictamen rationis rectæ peccatorem or dinare in pœna. Hanc iram quia Heli sacerdos non habuit erga filios delinquentes, ideo mala petiit morte cum filiis 1. Regum 2. Tertiò sequitur ex prædictis, quod ira per zelum, quę est amarosa, & iusta mali correctione, est de se laudabilis, sed ex modo prosequendi, & quarundam circumstantiarum defectu, modi. s. loci, temporis &c. potest fieri vituperabilis, dum non seruatur, ne quod nimis, præsertim quando est pertinacię coniuncta, & turbantium, seditionum, ac rixarum, seu impatientiæ cuiusdam magis sedatiua, discretione enim opus est, & oportet in omni sacrificio sal offerre discretionis, sine qua nostrum sacrificium nihil valet. Patet ergo quam iram dominus prohibuit, & quam admisit, seu haberi pro loco, & tempore cum discretione præcepit.

Qũo qs dicẽs ali cui ex ira verbũ in dignatio nis ne peccat.

Ex illo etiam summi potest, quod dicens alicui ex ira zeli rectè circumstan tionata verbum indignationis cuiusdã, seu conuicii, aut cuiusdam contumeliæ, duntaxat, & pręcisè animo corrigendi, aut iustè vindicandi, seu amore iustitiæ aut alium terrendi quatenus à malo desistat, vel modo consimili secluso scandalo, & debito obseruato modo, nõ peccat cęteris paribus, sed sæpenumero exercet meritorium, & laudabile opus. Ista doctrina probatur ratione. Licitũ enim est aliquem pro suis excessibus iustè corrigere, & in eum vindictam iustè exercere, ergo etiam licet eundem verbis obiurgare, & in faciem sibi proponere malum, quod commisit, non animo satiandę vindictæ ex odio, vel rancore, sed correctionis fraternæ, quomodo aliqs iudex ferre posset sentẽtiam in aliquem, si non haberet sibi proponere

in

in faciem merita,& demerita. Sed hoc est in genere, & largè contumeliam dicere,ergo. Patet idem exemplo de facto Christiani,& apostoli Pauli. Nam Luc. vlt.dixit Christus in die resurrectionis ad discipulos euntes in Emaus, O stulti,& tardi corde ad credendum.Primũ stulti.s.ad conuitium pertinet. Secundũ ad contumeliam.Sic Paulus Gal.3.Galathas insensatos nominat,di.O insensati Galathę,quis vos fascinauit euangelio non obedire?Et ad Corin.in epistola 1.cap.4.& 5.Corinrhios nominat inflatos,& cap.6.fures adulteros, masculorũ concubitores, auaros,rapaces, maledicos &c. vbi multa congeminantur conuitia,& contumeliæ verba, & facta,idẽ facit ferè per totam illã epistolam eos obiurgando. Et Ioan.volens baptizare turbas,inquit Luc.3.Genimina viperarum,&c. Hic tamen attendere oportet notabile verbum beati Augu.in de ser. domini in monte dicentis, Rarò, & ex magna necessitate obiurgationes sunt adhibendæ,in quibus non vt nobis, sed vt domino seruiatur instemus.Sic quãdoque contingit aliquem alteri dicere verbum contumelię, vel indignationis, non ex omni deliberatione, non vindictæ appetitu, sed ex incustodia lingue, fortè non multum culpabili, vel ex subita iræ commotione rationem præueniẽte, aut ex naturali quadam ad iram pronitate &c. & constat talia non fore mortalia peccata. Sic quandoque merè ex ioco,animo trufandi solum iocandi, aut solatiandi,beniuolentiam captandi secluso scandala &c. De quibus alibi latius videndum. Studeamus itaque iustitiam nostram rectificare &c.

DOMINICA VII. PEREgrinationis. Sermo I. in ordine. LXII.

Triduana sustinentia meretur domini misericordiam

MISEREOR super turbã quia iam triduo sustinent me, nec habent, quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos, deficient in via. Mar.8.

Misericordiam domini (quę viatorẽ panibus diuinæ suę consolationis sustẽtat, quatenus in via ad terminum vsq; perseuerans, ad plenam beatitudinis refectionem possit peruenire)meretur, domini sustinentia triduana in deserto. Et quid per desertum rectius, quã mundus ille vtique deserendus, qui & vallis lachrymarũ dicitur, designatur,in quẽ de loco voluptatis proiectus est propter peccatum primus parens noster Adam scilicet. Quæ transire habent omnes Adæ filii itinere trium dierum. Dies ingressus vna, progressus altera, tertia egressus, quilicet pleni sint miseriis, teste Iob cap.14. Homo natus de muliere,breui viuens tempore, repletur multis miseriis &c.tamen aliquando boni speciem pręferunt exterius, vel potius mentiuntur,quia quod promittunt,dare nequeunt, sed oppositum afferunt, ideo sequitur ibidem.

Qui quasi flos egreditur, & conteritur &c.& fugit velut vmbra, & nunquã in eodem statu permanet. Harum autem mundanarum concupiscentiarum triplex est terminus,seu finis secundum Ioannem in sua cano.scilicet voluntas, diuitiæ & gloria,siue honor. Omne eñ quod est in mundo, est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, vel superbia vitæ.Ad hoc compendium omnia,quæ mundus vult, & appetit,rediguntur. Aut enim vult defluere voluptate,diuitiis abundare, aut alios præcellere.

Cui concordat philosophus primo. Eth.& Boe.3.de consol. prosa.2. In deserto vero mundi huius dominum triduo sustinet, qui amore Dei, & salutis propriæ propter Deum per triduum vitæ huius hæc contemnit. Qui verò ea amore amplectitur, à domino corde auersus aut plus, quam Deum appreciando, hic à domino ieiunus dimittitur, defectum habiturus in via.

Rectificata itaq; per interiorem iustitiam voluntate,& animi intentione, pro huius viæ laudabili peregrinatione cõtemni necesse est exteriora illa, Deũ super omnia quærendo, & per desertum

tum ſequendo, vbi nec voluptas, nec diuitiæ, nec honor quæritur. Si ſic carnis vitia, honores ſeculi, mundi diuitias cõtempſerimus, amore ſuſpenſi in ſolum Deum, audire merebimur domini vocem cum ait, Miſereor &c. Pro gratia Aue.

De ſeptẽ panibus quibus paſcitur qui dominum ſuſtinẽt triduo.

Recitato euangelio, & dimiſſa materia de mundi contemptu, quæ lata eſt, vidẽdum eſt breuiter de panibus ſeptẽ, quibus paſci neceſſe eſt, ſi in via huius peregrinationis deficere nolumus, qui rectè dici poſſunt ſeptem Dei miſerationes. Nam ex ſola Dei miſericordia meretur homo exul à patria, vt ad ipſam redeat, huiuſmodi ſeptuplici refectione cibari, & ſaginari, vt etiam poſſit leuare ſportas ſeptem fragmentorum plenas, & de ſingulis panibus ſingula fragmenta. Primus panis eſt miſericordiæ exhibitio, qua gratuitè, & ex ſua benignitate ineffabili hominem à multis peccatis prçſeruat, in quę laberetur, aut lapſus eſſet, ſi Dei miſerirordia manum ſubtraxiſſet, & peccandi opportunitatem non impediſſet. Hinc beatus Bern. ſuper euãgelio præſenti. In multa Paulo minus cecidiſſem grauiter impulſus violentia tentationis, ſed virtutem dedit dominꝰ rex virtutum, vt ſub me eſſet appetitus meus, & ei, quam ſentiebam, concupiſcentiæ minimè cõſentirem. Sed à quibuſdam tam longè me fecit miſeratio tua domine, vt pęnitus abominarer ea, & ne vlla quidem eorum tentatio moleſtaret. Mentior ſi non noſtrum quilibet (ſi ſe ſe voluerit examinare) inueniet ſe multipliciter fuiſſe lapſum propter volũtatis malitiam, ſi nactus fuiſſet opportunitatem. Habet hic panis miſericordiæ, & miſerationis diuinę fragmenta ſua. ſ. Immiſſionem amaritudinis, abſtractionem opportunitatis, ſeu occaſionis, collationem virtutis reſiſtendi, & nonnunquam ſanitatem affectionis. Quandoque enim dominus piè immittit peccatori amaritudines quaſdam peccatorum, omnem pernitioſam delectationẽ peccati ſopientes. Quandoque occaſionem ſubtrahit, nec tentari patitur humanam infirmitatem. Quandoque dat reſiſtendi virtutem, vt tentatus nullatenus conſentiat, ſed viriliter reſiſtat. Quandoque affectionem ſanat, quod perfectiſſimum eſt, non ſolum tollendo tentationem, ſed ita an imum peccati deteſtatione amaricãdo propter Deũ vt nec ſentiatur quidẽ. Ecce panis vnus miſericordiæ cum ſuis fragmentis. Secundus panis eſt, expectatio miſeranda. Expectatio inquam ad pęnitentiam. Audi apoſtolum Roma. 1. An diuitias bonitatis eius (haud dubium quin Dei) & longanimitatis cõtemnis, ignoras, quoniam patientia Dei te ad pęnitentiam expectat? Tu autem ſecundum duritiam tuam, & cor impænitens theſaurizas tibi iram in die iræ. Theſaurizat ſibi peccator iram, quando pro prerogatis theſauris miſericordię, diuinam miſericordiam contemnit, eius benignitatem nõ cognoſcendo. Huius panis inuenire eſt aliqua fragmenta, ſcilicet diuinam longanimitatem, quam exhibet, qui longa nimis eſt, & multum miſericors. Pſal. 102. quodammodo oculos auertens, ne videat peccatorem, Ait enim, Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat. Ezech. 18. Electionem prædeſtinationis ſuæ, quam impleri voluit. Charitatis exhibitionem, qua nos dilexit, cum inimici eſſemꝰ, vt charitatẽ ſuã confirmaret in nobis. Ob hanc enim charitatem expectans expectauit dominus, & non intendit peccatori, ſed oculos auertit, quaſi nolens aduertere quantum delinqueret peccator, vt ſic ſuam patientiam commendaret, electionem impleret, & charitatem nimiam confirmaret.

Tertius panis eſt peccatorir ad pęnitentiã miſericors conuerſio.

Tertius panis miſericordię, peccatoris ad pęnitentiam miſericors conuerſio, difficilis prorſus res, & ſoli diuinæ virtuti poſſibilis (ait beatus Bernar. in ſermo. 13. de diuerſis) ſuſceptum ſemel peccati iugum à ceruicibus excutere, quoniam, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ioan. 8. Nec eſt iam liberari niſi in manu forti. Hic panis ſummè neceſſarius eſt peccatori, pro cuius conſecutione in dies clamare habet, Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericor-

cordiam tuam. Secundum multitudinē miserationum tuarum dele iniquitatē meam &c. Huius panis inuenire est frustra quædam, seu fragmenta, hęc sunt cordis concussio, infernalium mansionū ostensio, spe indulgentię largitio. Siquidem cum misericors dominus vult misereri peccatoris, concutit cor eius, & quodammodo calcaribus pungit, vt aduertat suorum vulnera peccatorum, & vulnerum sentiat dolorem maximum, consyderando malum, quod ex peccato incurrit, & bonum, quo spoliatus est.

Terret denique proponendo quattuor nouissimorum, consyderationem mortis. s. iudicis iudicii, & pęnarum. Sed ne in desperationis barathrum deduceret, consolationem inspirauit, ac indulgentię spem impræssit. Quartus panis est indulgentia peccatorum. Hic panis saluberrimus est & super mel, & fauum dulcorosus. Sic enim indulsit ex toto, & liberaliter omnem donauit iniuriam, vt iam nec damnet vlciscendo, nec confundat improperando, nec minus diligat imputando, quamuis enim sint aliqui sic deponentes iniuriā, vt non vlciscantur, sępius tamen improperant. Et licet sint alii, qui silent, retinent tamen offensam alta mente repositam, nec excludunt ab animo conceptum rancorem, quorum neutrum plena indulgentia est Longè tamen ab his omnibus est diuina miseratio liberaliter agens, & plenè ignoscens, ita quod vbi abundauit delictum, nunc pœnitentia deletum, superabundet & gratia, Testantur hanc diuinam benignitatem Petrus, Paulus, Zachæus, Maria Magdalena cum cęteris.

Quint^s panis est cōtinen à peccatis.

Quintus panis, continentia est à peccatis, vbi etiam est inuenire fragmenta tria, seu hostes tres, hominis sanguinem sitientes. Hi sunt Caro, mundus, diabolus. Caro aduersus spiritum concupiscens, domesticus hostis est, quem nec fugere possumus, nec fugare, sed circumferre illum necesse est, quoniam alligatus est nobis. Hostem hunc perimere non licet, sed custodire necesse est pariter, & sustentare. Secundus hostis, pręsens seculum est, quod per quinque portas sensus iaculis suis vulnerat animam & mors intrat per fenestras. Tertius hostis, diabolus est, qui tanquam Leo rugiens circuuit quærens, quem deuoret 1. Pet. 5. Hostis hic videri non potest, ideo plus formidabilis. Non enim est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus &c. Eph. 6. Et prophæta, Parauerunt sagittas suas in pharetra &c. Diabolus enim nunc apertè & violenter, nunc occultè, & fraudulenter, semper autem malitiosè & crudeliter impugnat, & persequitur hominem. Et ad hæc omnia toleranda quis idoneus? Sextus panis est gratia promerendi bona ęternæ vitę, quam Bernard. vbi supra in tribus maximè stare arbitratur. s. in odio præteritorum malorū in contemptu bonorum pręsentium, & & desyderio futurorum.

Septimus panis est, spes obtinendi, quod promissum est, cuius tria sunt fragmenta, qui hominem roborant, & confirmant, vt nulla penuria meritorum, consyderatio propriæ humilitatis, nulla æstimatio cælestis beatitudinis ab altitudine spei deiicere possit in ea firmiter radicatum.

In quibus deniq; tota spes supni hominis consistit, hæc sunt, charitas adoptionis, veritas promissionis, potestas redditionis. His enim sic habitis, non est (ait beatus Bernard.) quod me abstrahere possit à spe consequendi æternam beatitudinem, scio. n. cui credidi, & certus sū, quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax in promissione, quia potens in exhibitione, licet enim ei facere quod voluerit. Hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur.

Septem panibus cibantur quatuor milia.

His panibus septem cibantur quatuor millia hominum. i. omnes legi euāgelicę subiecti. Colliguntur cophini septem doctrinę catholicę, prophetarum . s. epistolarum quinq;, & sanctorum doctorum, quibus reliquiis, & nos saturari possumus, si volumus de mensa domini &c. Si placet panibus istis addere paucos pisciculos, facilè fieri potest applicatio de diuersis sanctis qui nobis vt exemplaria viua, vitam tutam fecerunt

runt

runt, præcesserunt enim nos iuuenes, & senes, virgines, & mares, confessores, virgines, viduę, & martyres, maiorennes, & minorennes &c. non ergo pudeat seq &c. ergo si huiuscemodi panibus miserationum refici volumus in deserto mundi huius, studeamus dominum amare, & diligere, & displicebit mundus. Gustato enim spiritu desipit omnis caro. Si verò pasci non meremur, perditio nostra ex nobis est.

DOMINICA VI. Sermo II. in ordine. LXIII.

De tribus refectionibus miraculosis

MISEREOR super turbã, quia iam triduo sustinent me. Mar. 8. Matt. 15.

Tres refectiones miraculosas, quibus dominus ad se venientes cibauit, ambulans in terris, inter homines Deus homo euangelium proponit, quæ tres refectiones repræsentant, quibus suos dominus non desinit sustentare. Prima qua suos apostolos in cęna suo corpore & sanguine cibauit ac potauit, ac suos nunc & vsque in finem seculi nutrit. De qua Ioann. 6. Caro mea verè est cibus &c. & Mat. 26. Secunda est, de qua præsens euangelium loquitur, qua de septẽ panibus quatuor millia patuit in deserto. Tertia de qua Ioan. 6. & Matth. 14. qua de quinque panibus qninque hominum millia saturauit in monte. Prima pertinet ad animæ refectionem internam. Secunda ad sustentationem corporis externam. Tertia ad vtriusque corporis, & animę glorificationem ęternam. Omnes hę à domino sunt, qui largitor est omnium bonorum. De prima & tertia dicitur in psal. Gratiam & gloriam dabit dominus, gratiam in sacramento, gloriam in cœlo. De secunda dicitur in ps. 144. Oculi omnium in te sperant domine, & tu &c. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. De prima refectione sacramentali alibi latius tractandum. De aliis duabus ad propositum, & præsertim de secunda, de qua thema, Misereor super turbam. Pro gratia Aue.

Licet secundum diuersos expositores refectiones illæ varię mysticentur, tamen non inconuenienter per secundam (de qua pręsens euangelium) refectio temporalis, per tertiam ęterna designãtur, & hoc propter diuersas circunstantias vtriusque refectionis. Nam tertia tempore præcessit, & in ea quinque panibus 5000. saturantur, & hoc in monte tempore paschali, in feno viridi recubuerunt pascendi, & leuantur duodecim cophini.

Quæ omnia ad ęternam gloriam refectionem mysticè pertinent. Nã mons congruenter cæli altitudinem significat vbi hoc conuiuium celebratur, & tempus paschale tẽpus resurrectionis, quo hoc conuiuium resurgentes consequuntur. Denique numerus panum, & piscium bene illi conuiuio conuenit. Nã quinque panes, quinque partes essentiales beatitudinis, quibus pascuntur beati repræsentant, sicut visio, fruitio, tentio, gaudium consequens, & omnium horum ęterna duratio. Quinque milia hominum quintuplicẽ beatorum Hierarchiam. Prima trinitatis simpliciter summa. Secunda virginis gloriosæ super angelos exaltatæ. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato &c. Cæterę tres angelorum sunt suprema, media, infima, in harum quolibet numero, vel virtute sunt milia. i. perfectio. Nam mille perfectionem importat, qui numerus est limes numerorum, vltra quem non est numerus nisi per partium replicationem. Pisces duo accidentale gaudium, quod habetur de beatitudine, & damnatis, aquis dulcibus. s. refectionis, & amaritudine maris.

Locus feni viridis repręsentat ęternam viriditatem pascuorum cælestium qnæ nunquam marcescit.

Duodecim cophini, perfectam redundantiam gaudiorum in vires inferiores corporis, & in proximos beatos. Nam duodecim constat ex duobus senariis. Senarius primus numerus perfectus est,

con

constans ex suis partibus aliquotis. Quia autem hæc præcessit, significat, quod ipsa est terminus, & finis, & licet sit, executione vltimum, est tamen primum in intentione. Hæc de refectione quinque millium.

Refectio præsentis euangelii præsentis tẽporis refectioné significãt

Refectio præsentis euangelii, rectè præsentis tp̃is refectionem externam significat, quæ similiter est à domino sicut cęlestis. Nã oĩa dat dñs, cęlestia,& terrena, cęlestia quidé non nisi per se, tpalia quñq; per hominé, aut aliã subiectã creaturã. Domini est terra,& plenitudo eius &c. qui dat cui vult, & quando vult, sciens, cui det, sicut peritus medicus. In cuius argumentum in veteri testamento promisit terrena, in nouo cęlestia. Vtrumq; effectu probauit. Primum in victoria inimicorum, & abundantia temporalium. Secundum in miraculis factis apud memorias sanctorũ. Vide, si sit aliquod temporale, quod non pręstitit Deus deuotè se inuocantibus, sed vt medicus quando expediuit, probat Iob, Anna &c. In refectione euangelii huius habes, quia misertus est dominus super turbam, vtrunque huius temporis est, quia hic miseria, cui misereatur, non in cœlo. Hinc prophæta, Misericordia domini plena est terra Ibi veritas promissa, hic turbatio,& afflictio spiritus, ibi tranquillitas,& pax perpetua. Ideo in tertia refectione non dicitur, Misereor turbæ, sed vidit multitudinem maximam, hi de longè venerunt, & est periculum, ne deficiant in via, quia de peccatis omnes venimus, quæ longè sunt à Deo, sumusq; in via, in qua sunt fames, tentationes, & pericula. Vñ iubentur sedere super terram non super viride fœnum, vt terra subiugetur, & superetur, & non delectationes, quæ futuri sunt temporis, hęc præoccupentur, hic via passionis, & laboris, ibi habitatio pacis, & saturitatis. Ideo triduo sustinendus est dominus patienter, in abundantia, defectu, & mediocritate. In omnibus sunt laquei, in omnibus necessaria est patientia. Fortè dicis, in defectu, non in abundantia opportuna est patientia. Sed cur dicit apostolus, Scio abundare, & scio penuriam pati, omnia possum in eo, qui me confortat. ad Phil. 4 Certè magna scientia est scire abundare, scire temporalibus bene vti, & eis non seduci.

Necessarii sunt septẽ panes.

Ideo hic necessarii sunt septem panes, dona spiritussancti. s. timoris, pietatis, scientię, fortitudinis, consilii, intellectus, & sapientiæ, quibus in huius vitæ periculoso cursu victor euadat, per timorem à malo recedat, per pietatem domino appropinquet, per scientiam temporalia regat, per fortitudinem impedientibus resistat, per consilium legé requirat, per intellectum ęterna credat per sapientiam diuina sapiat. Et pisciculi pauci. i. consolationes temporales, interdum recreantes in labore, sed paucę, & paruę non principaliter intentæ & rarius admissę, his cibantur. 4000. id est omnes legi euangelicæ subiecti.

Vel si placet possumus hic dare quasi septem cibationes, quas beatus Bernard. sermone 1. de septem panibus, septem panes nominat, quibus contingit deuenire ad cibationem præfatam Prima est verbum Dei, in quo viuit homo. Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei Matth. 4. per quod fides gignitur, sine qua nulli salus, fides enim ex auditu est, auditus per verbum Christi. Roma. decimo. Spes roboratur. Ephes. sexto. Induite loricam iustitiæ, sumentes scutum fidei, galeam salutis, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Animus ad Deum incenditur. Luc. vlti. Nonne cor nostrum ardens erat &c. Anima impinguatur. Matth. 4.

Non in solo pane &c. Dei cognitio aperitur. Psal.

Lucerna pedibus meis verbum tuum Delicta purgantur. Ioan. decimoquinto. Mundi estis propter sermonem &c. Vitam promittit ęternam. Luc. 11.

Beati, qui audiunt verbum Dei. Secundus panis est obedientia. Meus cibus est, vt faciam voluntatem &c. Ioann. quarto. Tertius, meditatio sancta diuinorum beneficiorum.

Cogitatio sancta conseruabit te.

Quartus, orantium lachrymę. Erant mihi lachimę meæ panes die, ac nocte psal. 41. Quintus, labor pęnitentiæ. Cibabis nos pane lachrymarum psal. 70. Labores manuum tuarum quia manducabis. psal. 127. Sextus, iucunda socialis vnanimitas. Væ soli quia cum ceciderit &c. Eccl. quarto. Septimus eucharistia. Panis, quem ego dedero, carò mea est pro mundi vita Ioan. 6.

Qui nō vult in ęternum perire studeat seq in deserto ecclesiæ Christum.

Vt itaque in hac vita refici mereamur à domino, quatenus refecti, ascendere valeamus ad montem Dei oreb: hanc finaliter sumamus doctrinam euāgelicam, Qui non vult in æternum perire, & magno beatitudinis conuiuio priuari, studeat hic dominum sequi in deserto ecclesiæ huius, eumque triduo sustinere, in intellectu, voluntate, & opere, per fidem, & spem & charitatem, quibus vera intelligat, velit sancta, operetur iusta, & Deo beneplacita. In his tota religio christiana consistit.

Qui sic dominum secutus fuerit in via, perpetuam, & facialem merebitur visionem, ac fruitionem iucundissimā in ęterna patria.

Cophini septē, qui replentur ex fragmentis cibationis verbi Dei hic in via, tota scriptura dici potest, quæ omnia ad salutem necessaria ostendit. Docet enim credenda, docet amanda, docet speranda, ostendit pręcepta, aperit consilia, prohibet vitia, comminatur timenda, hi sunr cophini semper pleni. Quæris pisciculos, & hos habet scriptura, sanctorum scilicet exempla noui, & veteris testamenti, qui dictos panes condiunt, ac saporosos reddūt, Nihil enim ex eis incredibile manet, vel difficile, si sanctorum patrum exempla aduertantur, qui hęc omnia egerunt, & ita perpetuam refectionem meruerunt

DOMINICA OCTAVA
Sermo II. in ordine.
LXV.

ATTENDITE à falsis prophetis. Mat. 7.

Virtus discretionis est necessaria.

Ad mundi, eiusq; concupiscibilium cōtemptum, & imitationem Christi in deserto, quo nos prouocauit septimæ dominicę euangelium, supra modū necessaria est discretionis virtus, omnibus quidem, sed maximè eis, quos vel status, vel propria mentis infirmitas mundo alligauit, qui cum mundo implicati sunt, mundo vti necesse habēt, esse nihilominus debent tanquam mundo non vtentes, secundum apostolum 1. Cor. 7. Quomodo nanq; euadere potest tot mundi laqueos nisi magna discretione, vbi omnia confusa, omnia falsa, omnia seducentia, omnia tamen sub quadam pietatis specie tegere se conantur. Quis numerabit falsa mundanorū consilia, seductiuam honoratorum vitā peruersa de cunctis judicia? vt verissimū sit illud Io. Totus mundus in maligno positus est. 1. Io. 6. Nam omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, oculorum, aut superbia vitę. Ibidē cap. 2. Tot denique seductiones, vt beatus Augustinus & Grego. opinentur, facilius apud paganos, quam christianos posse bene viuere, pro eo quod, quæ infideles agunt tanquam infidelium opera facilè agnoscuntur peruersa. Sed quæ agunt christiani maximè superiores iā ab actore autoritatem trahunt Et facilè putantur recta, quæ ab his, qui recti, & iusti esse debuerant, perpetrantur. Est ergo inter tot seductores, & seductiones (vtique falsos prophetas) summè necessaria discretio, qua bonum à malo, rectum ab obliquo, falsum à verò discernatur, vt illa eligi, ista possint refutari, quia etiam non solum intendamus operi, sed multò magis radici, considerantes, quod arbor bona non malos, nec mala proferre poterit bonos fructus.

Hāc virtutem patres summè collauda

darunt, vt ostendit abbas Moyses collatione 2. Ad quam etiam in euangelio huius dominicæ octauæ dominus hortatur cum ait, Attendite à falsis prophętis &c.

Doctrina deseruāda virtute discretiōis

In euangelio nunc audito duo nobis principaliter proponuntur. Primum, doctrina deseruanda virtute discretionis summè nobis necessaria. Secundum, auisamentum de præsumptione vitanda summè nobis periculosa & noxia. Doctrina est hæc, In omnibus agendis, vel credendis attendendum est à falsis prophætis. Falsi prophetæ sunt, quicunque sub specie honestatis, & virtutis, aut bonitatis cuiuscunque ad mala pertrahunt, siue sint mali christiani, inferiores, & superiores per vitam scandalosam, siue hæretici, & christiani nominis inimici, siue diabolus praua suggestione, siue caro illecebrosa inclinatione, siue mundus fraudulenta allectione, siue in genere peruersus quicunque fallaci seductione.

Omnes hi falsi prophætę, quia sub specie boni ad malum alliciunt, & ad peccati amaritudinem trahunt. Non autem allicere possent, nisi aliquid boni prętenderent. Nemo enim respiciens ad malum operatur secundū Diony. & bonum, quod omnia appetunt. Notabilem hinc trahere possumus doctrinam à peccato liberatiuam, volens peccare attendat peccati malitiā, & pœnæ subsequentis reatum, & facilè euadet peccatū consyeerata peccati turpitudine, & malitia, ac pœnarum perpetuitate. Hinc ait philosophus 3. Phys. Omnis malus, ignorans, ignorantia practica, non speculatiua. Cautè ergò consyderanda sunt opera nostra, & electiones, ne simus præcipites, vt malum pro bono eligamus.

Hortatur nos dominus ad hanc virtutem dupliciter scilicet amore virtutis, & pœnæ, siue damnationis timore. Primum amore virtutis, siue operis virtutis, qui est fructus bonus, cum dicit, Non potest arbor &c. Nam vbi radix, & principium operis mala sunt, non potest esse fructus bonus, bonum autem est ex causa integra, malum omnifariā. Si enim vna circunstantia mala adest, totum malum.

Vel si deest, similiter. Oportet ergo omnes circunstantias requisitis ad actum moraliter bonum adesse. Exemplū Domus non dicitur perfecta, si aliquid deest. Idem enim est totum, & perfectum. Diffamatus vno vitio, totus reprobus dicitur. Hinc Iaco secundo. Qui offendit in vno factus est omnium reus. Priuat enim se dominatione iustitiæ, & honestatis. Secundò timore pęnę, quia arbor non faciens fructum, excidetur, & in ignem mittetur. Parum esset fructum incinerari, si arbor salua maneret. Sed iam fructus nullus est, & arbor gehennę tradetur perpetua sensibili pœna crucianda. Et si ita fiet de arbore sterili nullum ferentem fructum nec bonum, nec malum, (sicut etiam dominus expressit clarè in parabola fici, quæ expectata triennio vt fructum ferret) excisa fuit. Lucæ. 13. & ignibus tradita, cum tamen nullum fecerit fructum. Quid ergo fiet de arbore mala, malum fructum ferente, & sese per ramos diffundente multorum mortalium peccatorum?

Vitanda est præsumptio qnod sit periculosa.

Pro secundo principali auisamentū ponit de vitanda præsumptione summè nobis periculosa, & noxia, in quo prius dicta exemplariter declarat. Includit autem pręsumptio deordinationem dupliciter, vel ex parte hominis præsumentis, vt quia præsumens de suis meritis se sine gratia saluari putat. Aut quia totum attribuit misericordiæ Dei iustitiam Dei paruipendit, putans se sine meritis sola gratia saluari, vtrumq; malum est. Primum sapit errorem Pelagianum Secundum est contra illud Roma 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei te ad pœnitentiam adducit? secundum duritiam &c. Grauissimè peccant, qui sine pœnitentia, & meritis beatitudinem se posse assequi credunt.

Et quia non credunt propter peccata peccatoribus gloriam negari, nullū peccatis suis terminum ponunt. Hæc

præsumptio est, & secundum aliquos dicitur peccatum in spiritumsanctum. Contemnunt siquidem diuinam iustitiam, sicut desperantes diuinam misericordiam. Tales deniq; quibusdam stultis rationibus se muniunt, dicentes, Nullum infinitum finito vinci potest. Deus est infinitus, peccata verò finita &c. Et vult omnes saluos fieri. Item nisi sic frustra, & inefficaciter sanguinē effudisset. Item regnum cœlorum non est paucis præparatum. Præterea pęne quæ denunciantur in scriptura, comminationes, & terrores esse dicunt, vt à peccatis desistamus, pœnarum austeritate territi. Valde periculosum est hoc vitium, quia timorem, vitiorum frenū tollit, & habenas vitiorum laxat. Si non in timore domini tenueris te instanter, citò subuertetur manus tua Eccle. 27. Hi peccant, non quia misericordiam superexaltant, sed quia iustitiam peccata punientem contemnunt, quæ non minor est misericordia. Vnde iustus es domine, & rectum iudicium tuum, consonat Bernar. sermone de annunciatione virginis. Vt autem vitium illud eradicetur, Notandum, quod idem sunt essentialiter misericordia, & iustitia Dei, nec vna maior aut minor alia, vtraque immensa, quia essentia diuina.

Nec aliquando separantur, siue in Deo siue in effectu ad extra, dicente prophæta, Vniuersę viæ domini misericordia, & veritas. Et Cassiod. super psal. 50. Hę duæ res inquit iudicio Dei semper coniunctæ sunt. Hæc quoque duo mutua societate iunguntur. De quo magister in 4. distinct. 46. In quibusdam tamen effectibus nobis magis apparet misericordia quam iustitia, vt puta in proposito. Misericordia peccatorum remissione, & meritorum remuneratione. Iustitia verò à peccatorum desertione, & obstinati damnatione. Vtrobique etiam relucet quędam immensitas misericordiæ & iustitiæ. Immensitas misericordiæ, quia omnia peccata dimittit, & pœnitentem superabundanter remunerat Iustitiæ verò, quia non dimittit sine peccatorum detestatione, aut contritione, vnde ex parte peccatoris aliquid de congruo requiritur ad iustificationem peccatoris. Nec sine merito personali quemquam adultum rationis capacem saluat aut iustificat.

Pro certa ergo, & infallibili doctrina habeatur, nullum rationis vsum habentem, diuina clemētia beatificat, nisi qui rectę fidei, quam corde tenet, & ore confitetur, etiam opere per mandatorum obseruantiam concordet. Plena est scriptura ad hoc & clarissima Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dominus quoque in cœlum ascensurus dicit Matt. vlt Euntes in mundum vniuersum &c. docentes eos seruare omnia quę mandaui vobis. Et Ioan. 13. post lotionem pedum & omnia humilitatis obsequia dixit, Exēplum dedi vobis, vt & vos faciatis. Amen dico vobis, non est seruus maior domino suo. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea q. d. i. Nō in sermone est regnum Dei, sed in virtute 1. Corinth. 4. Nec omnis, qui dicit mihi domine domine &c. Matt. 7. Qui enim dicit se nosse Deum, & mandata eius non seruat, mendax est. Qui dicit se in illo manere de. s. il. am. & ip. am. 1. Ioa. 2. alioquin horum numero sociabitur.

Diuina clementia nullum habentem rationis vsum beatificat nisi fidé opere cōpleat.

De quibus Esa. 29. Hic populus me labiis honorat &c. Sine causa colunt me. Matth. 15. Vnde manifestum est, quod non auditor obliuiosus, sed factor operis, non in fide quæ sine operibus mortua est, sed in facto suo beatus erit. Iaco. 1. & 2 cap. Vnde nimirum talis viro stulto comparatur, domum ruiturā super arenam ædificanti, ac viro seipsū fallenti, & in speculo consyderanti, cuius perit memoria. Matth. 7. Iacobi, 1. Nec tantum hoc, sed quisquis fidem Christi suscipit, ac contra doctrinam Christi viuit, durius iudicium expectat Nam seruus sciens voluntatem domini sui &c. Luc 12. & Iaco. quarto. Vnde & Petrus, Melius erat viam veritatis non nouisse &c. Vnde & dominus iudæis Sodomitas, ac Gomorręos anteponit in die iudicii. Matth. 11.

Deus nō amat peccatores.

Nemo itaq; charissimi suo sensu se decipiat,& illudat, hortatur bea. Aug. in de vita christia. Nemo se vana æsti matione seducat. Deus malos nō amat peccatores non recipit. Quisquis malum fecerit, inimicus est Dei. Quomodo enim à Deo vitam sperare poterit, quam bene faciendo non meruit? Sed nec sufficit malum non agere, nisi & studeat quis bonis operibus insudare. Duæ siquidem sunt partes iustitiæ, declinare à malo,& facere bonum. Sic & duplicia præcepta affirmatiua,& negatiua. Non hoc à nobis solum poscitur, vt non viuendo malè, serui esse diaboli desinamus, sed vt viuendo bene, Deo seruire videamur. Nam qui nec malum videtur operari, nec bonum, cuius seruus esse videtur ignoro, ait August. vbi supra. Et hoc ipsum possumus ratione ostendere scilicet q; non potest quis stāte lege in peccato viuens, & decedens saluari. Nam cum beatitudo essentialiter consistit in fruitione Dei super omnia. Peccator autem vt talis aliquid plus diligit Deo, cui contra mandatū Dei peccando adheret. Necesse est itaque peccatum cessare, vt beatificè fruatur Deo. Sed in futuro nec peccatum, nec voluntas mala tollitur, in qua præsens vita finitur, dicente scriptura. Lignum vbi ceciderit ibi erit. Siquidem manente voluntate praua, cum ipsa sit peccatum, impossibile est peccatum tolli, aut remitti. Certissimum itaque est fidem informem non sufficere cum baptismo ad vitam sine mandatorum obseruantia. Multa de hoc August. in de fide ad Petrum capitu. 37. & cap. vl. Capitulo 37. sic inquit. Firmissimè tene,& nullatenus dubites, non omnes, qui intra ecclesiam catholicam baptizantur, accepturos vitam æternam, sed eos, qui percepto baptismatè, rectè viuunt idest qui se abstinent a vitiis, & concupiscentiis carnis. Regnum enim cœlorum sicut hæretici, & schismatici non habebunt, sic catholici crimino si vitam beluinam ducentes regnum Dei possidere non possunt. Patet ergo misericordiæ, & iustitiæ concordia ex scriptura canonica, quę misericordiam extollit,& iustitiam commendat. Misericordiam in eos, qui à peccato cessantes pœnitendo bene viuunt. Iustitiam in eos, qui gratiam deserentes, vitā peccando concludunt. Per hoc ad replicas præsumentium, & dicentium arborem malam fructum bonum facere. Et primum de infinitate Dei,& finitate peccati dicitur q; Deus est infinitus intēsiuè, peccatum verò finitum, sed quia est contra bonum infinitum, ideò contrahit quandam infinitatem obiectiuè. Nec potest vinci quātulacunq; peccatorum enormitate dum vult, & placet. Vult autem,& placet remittere peccatum subiecto disposito,& capace. Item vult omnes homines saluare antecedēter, seu voluntate antecedente. Omnes enim, qui saluantur, diuina voluntate saluantur. Dedit deniq; omnia homini ad salutem necessaria, paratus coagere sibi si vult Item Christus omnes homines sufficienter redemit, & liberauit quantum ad sufficientiam, sed q; nō omnes saluantur, eorum culpa est, quia non faciunt sese participes meriti, & redemptionis Christi,& ita propter eorum culpam non omnes efficaciter saluantur, quia ponunt obicem suæ saluationi. Quod nō sit paucis præparatū manifestum est, sed neq; peccatoribus, & obstinitatis conuerti nolentibus, vt ostensum est. Ad vltimum verò dicitur q; Deus non indiget nostris mendaciis Iob. 13. vt pro illo loquamini dolos. Impium deniq; est sentire Deum quadam duplicitate nobiscum agere, quod faceret si comminata tantum, & non futura certissimè futura prædixisset. Cesset igitur omnis præsumptio à nobis. Indubitanter verum est: Arbor non faciens bonum fructum excidetur, & in ignem mittetur. Et arbor mala fructum bonum facere non potest. Non loquitur de arbore vegetatiua nisi solum exemplariter, sed de anima rationali.

DOMINICA OCTAVA Sermo. II. in ordine. LXV.

ATTENDITE à falsis prophetis. Mat. 7.

Homo conditus clarus in cognitione p peccata multipliciter excęcatur.

Quamuis ab initio creationis hominis Deus hominẽ multiplici dotauerit cognitione, vt magister in 2. ſ. Dei ſui conditoris, ſuiipſius, & proximi, tamen lapſus in peccatum multipliciter in his excecatus, experiẽtia teſte digno ſcitur, ſecundum parabolam Luc. 10. ſcriptam. Et ex conſequenti in affectu recuruatus ſpreto Deo ſummo bono ſe ſe plus, quam creatorem dilexit. Verum pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, cui proprium eſt miſereri, ſemper & parcere, homini diabolica fraude decepto, filium ſuum magiſtrum dedit, qui in monte viam regni, & ſemitam iuſtitiæ, ac perfectionis ſcalamocto beatitudinum, qua in cœlum aſcenditur erexit, ſeq; viam, qua redeat in patriam, vnde ceciderat, conſtituit, dicens Ego ſum via veritas & vita. Ioan. 14. Et iterum. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Ioan. 8. Et quia via hæc non eſt via carnis, ſed ſpiritus, vt dixit dominus Petro Mat. 16. Caro & ſanguis non reuelauit tibi &c. Vnde & carnales eam refugiunt, quarum plurima eſt multitudo, qua propter eandem arctam dixit, paucoſq; eam inuenire aſſeruit dicit Contendite intrare per anguſtam portam &c. Regnum cœlorum vim patitur. &c. Matth. 11. Ideo poſt huiuſmodi ſermonem in monte habitum, docet in præſenti euangelio, quæ ſint, quæ viam arctant, vt caueantur, dicens Attendite à falſis Prophetis &c. Pro gratia Aue Maria.

In præſenti euangelio tria proponuntur. Primò quæ ſint, quæ viam arctant, vt caueantur, oſtenditur. Secundò doctrina ſummariè totum ſermonem ſuum compræhendens ſubiungitur. Tertiò iuxta hanc exemplaris declaratio additur. Secũdum ibi. Nũquid colligunt? Tertium ibi, Non omnis, qui dicit mihi &c. De primo. Inter ea, quæ viam arctant, attendendi ſunt falſi prophætæ, & cauendi. Vnde ait. Attendite &c. Et licet falſi prophetę ſpecialiter ſint hæretici (ſecundum gloſ.) & hypocritę, ſunt tamẽ generaliter omnes mali chriſtiani, qui chriſtiano nomine, & vocali profeſſione & ſacramentis eccleſiæ quaſi veſte ouina ſe contegunt, cum intus ſint lupi rapaces. An non rapaces lupi, qui malis operibus nedum alios ſeducunt, ſed animas proprias interimunt? Hi etiam falſi prophetę dicuntur, eo quod falsò, & ſine meritis ſibi futura bona promittunt, non attendentes, quod actus ſpei eſt velle efficax conſequendi beatitudinem propter merita. Non ergo ſperant, ſed falsò vaticinando præſumunt de beatitudine, immemores illius, Voca operarios, relictis ocioſis, & da illis mercedem. Matth. 20. Veſtes ſunt, innocentia baptiſmalis in baptiſmo collata, ſeu veſtis candidæ innocentiæ. Vel etiam nomen illud regium, quo chriſtiani à Chriſto dicuntur, qui fecit nos reges, & ſacerdotes 1. Pet. ſecundo. Vos eſtis genus electum, &c. Veſtes etiam ſunt character baptiſmalis & ornatus ſacramentalis, ſecundum illud Matt. duodecimo. Inuenit eã ornatam, ſcopis mundatam. Dum verò tales non ferunt fructum, ſed vacant, iam ſe primum rapiunt Deo, tradunt diabolo, alioſque ſuo exemplo inficiũt.

Opera christiana nõ nomen saluant.

Neſciunt illi, vel neſcire volunt, quod res ipſa non nomen ſaluat. A re enim nomina, non à nomine res appellantur. Chriſtianus ergo à Chriſto dicitur. Aliud verò eſt nomine aliquo nominari, & aliud eſſe id, quod per nomen ſignificatur. Et ita non eſt idem dici, & eſſe chriſtianum. Dicuntur communi vocabulo chriſtiani, qui baptiſmo Chriſti renati Chriſto credunt, baptiſmo dico fluminis, vel flaminis, & credunt fide infuſa tantum, ſicut infantes, aut etiam acquiſita, vt adulti. Et hoc ſine fide formata per charitatem, ſiue in formi, ſic ait Aug. ſuper pſal. 47. Omnes ſacramentum baptiſmi Chriſti accipientes, chri

christiani vocantur, licet non omnes digne illo sacramento viuant. Et clarius idem tangit in de vita christiana.

Ad christianum ergo in genere requiritur fides & baptismi perceptio, quorum si alterum deficit non est christianus censendus, & sic conuenit tam bonis, quam malis baptizatis. Omnes enim per fidem Christo incorporati siue sint mali, siue boni, membra Christi dicuntur, saltem numero, & si non merito. Quod enim omnes tales sint de ecclesia, patet ex parabolis euangelicis de decem virginibus Matth. 25. de sagena missa in mari. Matth. decimotertio. de semine iacto, & zizania, ibidem &c. Ecce qui dicantur christiani, siue veri, siue falsi, boni, vel mali, siue numero, siue merito.

Christianus est, qui non solum habet fidé sed operatur.

Christianus autem est & non solum dicitur, qui cum hoc, quod baptizatus Christo credit, ipsi adhærens per fidem, opere eum imitatur, ei obtemperans famulatur, terrena, & præsentia contemnens, pro futuris cęlestibus anxiatur. Hę conditiones clarè habentur ex August. de vita christiana. Vide ibi latissimè. Ex quo sequitur doctrina notanda quod nomen christianus nemini falsò, sed verè venit attribuendum, deriuatum à nomine Christus, eum significans, qui pertinet ad Christum, non pertinentia generali, sed ea, qua seruus ad dominum, discipulus magistrum. Ad caput pertinet & sibi verè cohęret suum membrum. Hinc dixit. Vocatis me magister & domine, & bene dicitis. Ioan. decimotertio. Item Eph. 1. Dedit ipsum caput super omnem ecclesiam. Sic ergo ad Christum pertinet, quisquis sibi vnitus est per spiritum suum. Hinc Roma. 8. Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius. Spiritùs hic datur, cum charitas infunditur. Roma. quinto. Charitas diffusa est in cordibus vestris per spiritum sanctum, qui datus est vobis. Charitas præsupponit fidem. Neque enim incognitum amari potest. Sed vbi cum fide est charitas, spem non contingit abesse.

Igitur verè Christianus est secundũ esse, non solum secundum dici, qui Christo vnitus est per fidem, spem, & charitatem. Corollarium. Nullus peccator peccato mortali est verus christianus Corollarium secundum. Nullus verus christianus damnatur.

Corollariũ tertium. Omnis verus christianus est in gratia gratum faciente, & filius regni. Ioan. 1. Dedit eis potestatem &c. Magna ergo differentia est inteesse christianum, & solum dici talem. Qui ergo christiani sunt secundũ dici solum, falsi sunt prophætę, ratione, qua supra, vaticinando enim se saluari præsumunt, sed errant, & se decipiunt, ac alios, quos exemplo prauo seducũt, quia Christi legibus non viuunt. Sunt ergo christiani numero solum, & secundum dici. Et sunt christiani merito, & secundum veritatem hi imitandi sunt, alii vt seductores fugiendi, quia sunt de multis viam latã incedentibus, quos dominus vitare iubet. Exod 23. Non sequaris turbam ad faciendum malum. A fructibus eorum cognoscentur quod in futuro iudicio clarissimum fiet, dum arbor mala excidetur, & in ignem mittetur. &c.

Quæ sit arbor bona.

Nunc circa partem secundam, quæ est hæc, arbor bona, quæ fructus bonos facit, & mala, quæ malos fructus facit. Si operatorem iustitiæ aut voluntatem bonam dicere placet arborem bonam, quomodo non potest fructus malos facere? Nonne Saul bona arbor erat, & Salomon? Eccle. 47. Et similiter Iudas in apostolatum electus, & tamen fructu malum fecit. Et Paulus arbor mala, fructus plures bonos germinauit, quia de persecutore euasit vas electionis. Sed dicit glo. Arbor bona dum manet bona non potest fructus malos facere in sensu composito. Sic de mala manens mala non potest fructum bonum facere. Verum est, arbor bona, quæ fructus malos ferre nescit, hæc est charitas, & gratia, & mala, quæ est cupiditas, & malitia, iuxta hoc elicitur regula. Nulla opera tanquam bona ad meritum imputátur, quę non ex radice charitatis, tanquam arbore bona generantur. Hanc ponit Greg.

hom.27. Neque aliquid viriditatis habet ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Et hom. 35. Nullum sacrificium dominus accipit, nisi quod in altari boni operis charitatis flamma accendit. Hæc sola est, in qua lex pendet, & prophætæ, hanc, qui habet legem implet, quia ociosa non est, operatur magna vbicunque est. Nisi ex hac paupertas, mititas, luctus, iustitię sitis, misericordia, & cæterę beatitudines oriantur, beatitudines dici non possunt. Cęteraq; , ad quę sermone isto hortatur, nisi ex hac charitatis arbore procedãt, fructus boni non sunt, neq; ad vitã proficiunt sempiternã. Apost. 1. Cor. 13. Hic ergo cardo salutaris conuersationis. Studeamus hanc charitatẽ possidere. Quo modo? Certè donũ Dei est, & maximũ. Ro. 5. Charitas diffusa est &c. Requirit nihilominus habitaculũ proportionatũ.

Duo sũt necessaria, vt simus bona arbor.

Duo ergo sunt necessaria. Primũ, vt à Deo deuotis orationibus hanc impetremus, deuotissimè orantes, Panem nostrum quotidianum. Hic est panis filiorum non mittendus canibus, qui solus discernit inter filios regni, & carceris. An non cibus charitas? de qua domin⁹ Io. 4. Meus cibus est vt faciam voluntatem &c. & quæ est voluntas patris, nisi vt Deum diligamus, & proximum? Hoc mandatum patris, hoc præceptum filii, hæc doctrina spiritussãcti. Secundum vt diligenter præparemus corda nostra charitatis habitaculum. Præparatio in duobus consistit. In expulsione vanę dilectionis temporalium, in erectione animi sui ad dñm. Non potest in eodem stare amor vanitatis, & amor veritatis. Expellitur, si vanitas omnium præter Deũ diligenter consyderatur. Erigitur animus ad dominum, si bonitas dici in se, & ad nos diligenter consyderetur. Si ẽt homo sponte, & ex voluntatis libertate propositum bonum ad dominũ cõcipit, & ad viuendum illi se quodammodo cogit. Impellit nihilomin⁹ etiam damnũ irrecuperabile, quod sequitur non amãtes. Vnde ait. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur glo. A numero fidelium separabitur, & in ignem mittetur, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Ecce non solum arbor malos fructus faciens, sed etiam bonos facere cõtẽnens excidetur. Contra negligẽtes.

Circa partẽ tertiã, quæ dixit de arbore bona, quasi exemplariter declarat dicens. Non omnis, qui dicit mihi domine dñe &c. Quid melius foris exhiberi põt confessione laudis diuinę, quod vtiq; facit dicens, Domine, dñe. Hinc Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et tamẽ si deficit charitas, si non est fidei confessio per dilectionem operans, non est bona arbor. Si non est arbor bona, nõ habebit fructum vitæ, & regni. Non enim omnis, qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit volun. pa. mei, qui in cœlis est, ipse intrabit. Quod facere est opus fidei per dilectionem operantis, seu charitatis non ociosę, vnde subdit. Multi dicent in illa die, Domine in nomine tuo dęmonia eiecimus, & virtu. mul. feci. quibus dicet dominus, Nescio vos. Ecce si nec Christi nominis confessio, nec miraculorum operatio aliquid boni est sine charitate, manifestum est, quod nullum opus proficit sine dilectione, per locum à maiore.

DOMINICA NONA
Sermo II. *in ordine.*
LXVI.

REDDE rationem villicationis tuæ. Luc. 16.

Illustrata ratione per discretionis virtutem ne volens progredi in via iustitię, à falsis seducatur prophætis. Contempto deniq; mundo, & eius concupiscentiis ex recta mentis intentione & interiori iustitia, quam vera cognitio temporalium bonorum, quę mundus pollicetur, vera quoq; suipsius consyderatio generat. Ad quam veram de seipso, ac tẽpotalibus bonis indagandã cognitionem spes ęterna consequendi, post vtrumque tam initialem, quã finalem timorem impulit. Consequẽs est, dispositis iam omnibus ad meritoriè ope-

Voles spiritu ales meritorũ conseruare diuitias debita, & defectus recuperare festinet.

ran-

randum necessariis. Primum ad soluenda debita laborare. Neque enim comulare possumus diuitias, quandiu sumus in manibus exactoris, cuius debitores nos esse non dubitamus. Siquidem siqua acquirimus, exactor extorquet, in nostros thesauros colligere non possumus. Ita volenti spirituales meritorum coaceruare diuitias, primum debita, ac priorum negligentiarum defectus recuperare festinet, quibus manentibus, cętera ad introitū regni non sufficiūt. Nō enim (vt Scotus ait) potest aliquis esse beatus, & debitor pœnæ cuiuscunq; Recuperandę autem sunt operibus misericordię, ac elemosynis in pauperes domini, sicut Daniel persuasit regi Nabuchodonosor. Placeat tibi inquit, consilium meum, & peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum c. 4. Siquidē de omnibus, quę condigna satisfactione deleta non sunt, rationem reddituri sum.⁹ Omnia enim à domino recepimus, exteriora, naturalia, gratuita, non sumus dñi eorū, sed villici. Audiem⁹ quoq; terribile verbū dñi redde rōnē villicationis tuę, qm̄ non poteris amodo villicare. Amoti à villicatione iā fodere per pęnitētiā fructuosam nō possumus, mendicare nō nisi cōfusionē importabit, dicentibus cunctis. Ne fortè nō sufficiat nobis & vobis &c. Ideo nunc prius, quam amoueamur bene amoueamur in pauperes dñi, qui & ipsi debitores sunt (siquidem nemo sine peccato) nec infans vnius diei). Remittamus eis offensas, faciamus amicos de mammona iniquitatis, vt sic eorum auxiliis mereamur admitti in ęterna tabernacula. Hoc euangeliū vult cum ait, Luc. 16. Erat homo diues, qui habebat villicum &c.

De habitudine hominis in vita præsenti.

Primò parabolā intelligamus. Secūdò ad nos redeamus. In parabola notantur tria. Primum habitudo hominis ad Deum in vita præsenti. Secundum hoc ipsum in futuro. Tertium doctrina, & auisamentum cauēdi damna perpetua. Habitudo hominis ad Deū in p̄senti vita est habitudo villici ad dñm suū. Sumus.n. villici.i. dispensatores bonorum domini diuitis patrisfamilias. Sic nos existimet hō, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorū dici 1. Cor. 4. Nō dñi sumus bonorū nostrorū, sed dispensatores, cōmissionē eorundē à dño hñtes. Dñi est terra, & plenitudo eius, orbis terrarū, & vni. qui ha. in ea. Igitur nemo dicat se potestatē habere donorū Dei, vt pro sua voluntate his vtatur. Villici sumus, ad domini nostri honorē dispensemus more fidelis villici. Quod notent diuites sęculi, qui errando putāt se rerum temporalium dominos, eas vt sua recondētes, nō dispensantes. Et quę sunt bona, quorum sumus dispensatores? Hæc sunt bona naturalia, exteriora vt cęlū, elemēta, mixta, interiora, vt corpus, anima, ratio, mēbra, vita. Bona fortunę, qualia sunt diuitiæ, & hoc vel naturales, vt pecorum, aut artificiales, vt auri. Bona spiritualia gratuita, vt gratia, virtutes, & sacramenta. Omnia hęc à Deo commissa sunt, non nostrę potestati subiecta.

Habitudo hominis post hanc vitā est expectatio tremēdi iudicii.

Secundum. Habitudo hominis in futuro post hanc vitam, est expectatio tremendi iudicii, iusti, sapientis, & omnipotentis iudicis, qui rationes omnium cōmissorū exiget vsq; ad verbū ociosū. Mat. 12. & nouissimum quadrantem & vniuersum debitum. Matth. 18. ibi rationem reddere oportebit de vsu omnium bonorum nostrorū, omniū actuū, & operationum interiorū, & exteriorū, omniumq; negligentiarum, & omissionum. Heu quis ibi stabit, vbi etiam iustitias dominus iudicabit? pro mille vnū responderi non potest. Iob 9. Nam & iustitiæ nostræ sicut pannus menstruatę. Esaiæ. 64.

Tertiū est doctrina quēadmodū euadere possimus iudicis irā, & pęnā debitā. Hoc autē possumus per prudentiam futura p̄uidendo, per misericordiā amicos faciēdo de māmona iniquitatis. Et bene mammona iniquitatis, quia ad iniquitatē inducunt, inique acquiruntur, & iniquè conseruantur. Hę diuitiæ erogētur in pauperes Christi, vt ipsi nos recipiant in sua tabernacula .i. cœlorum regnum. Peccata igitur secundū Daniel

con

consilium elemosynis redimantur, vt pauperum præcibus, & meritis regnũ consequamur, à quo nostra malè merita nos separant. Quod superest date elemosyuam, & omnia munda sunt vobis. Luc. 11. Et iterum. Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna peccatum. Et Tobiæ. 4. Elemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.

Secunda pars. Nunc ergo charissimi ad nos reuertamur, nos ipsos attendamus, vt villicos non dominos, in omnibus operibus nostris nos seruos domini esse cognoscamus. Ideò non nostra, sed quæ domini sunt vt fideles dispensatores, quæramus. Omnia propter seipsum operatus est dominus ad eundem finem nos referamus, ad quem dominus noster.

Attendamus quo ad secundum durã domini reprehensionem. Quid hoc audio de te? timendam rationis exactionem: Redde rationé villicationis tuæ. Et dolendam facultatis merendi ablationem, quia iam non poteris villicare. Dura reprehensio pro fama dissipationis bonorum domini in abusu exteriorum In inquinatione corporum, in prostitutione animarum, ad Dei imaginé creatarum, charactere bestiæ deformatarum. Quod maius furtum abusu cœli, temporis, rerum exteriorum? Quæ maior rapina, quam subtractio corporis proprii tam speciosè formati, & in templum domini per baptismum consecrati, & nunc in templum idolorum immundorum dæmonum deformati? Quod maius latrocinium occasione animarum Christi sanguine redemptarum? Ecce quanta dissipatio bonorum domini, quis pro his respondere poterit vbi iudicis iustitia nullam excusationem admittit?

Vnde valde timenda est huius rationis exactio: quam tamen præterire nemo potest, omnes enim stabimus ante tribunal Christi, & vnusquisq; pro se rationem reddet. Roma. 14. Vnusquisq; accipiet secundum opera sua retributionem. Ibi non suffragabuntur aliena merita. Ibi prudétes virgines oleum negabunt fatuis. Ibi vix iustus saluabitur, & peccator vbi parebit? Valde tũc dolendum, quia auferetur villicatio, claudetur ostium meritorum, non ibi tempus merendi, sed mercedem præcedentium meritorum recipiendi.

Quid ergo desperandum nobis est? Absit. Reliquit nobis dominus viam euadendi etiam post peccatorum diffamationem, videlicet redimendi peccata duplici elemosyna, corporali, & spirituali. Quali spirituali? dimittendo debita nostra (quæ & debita sunt domini) inquantum sunt contra nos, sed reprehendendo inquantum sunt contra dominum. Sic exemplo villici partem remittimus, partem reseruamus. Debemus autem quantum ad nos plenè remittere, non tantum parcendo, & non vindicando, sed nec bona subtrahendo. Vnde non sufficit non odire, oportet etiam diligere inimicum, compassionis affectum impertiendo, qui per oleum misericordiæ, & compassionis designatur, & necessitate indigentis, quæ per triticum denotatur subleuando quantum ibi valemus. Et qui nonnunquam minus valemus propter temporalium inopiam, sufficimus autem impendere affectum. Ideò plus de debito olei, min⁹ de debito tritici dimissum narrat parabola. Sic dimittendo fratri meremur dimissionem peccatorum nostrorum à Deo, vt pollicitus est dominus Matth. 6. Si dimiseritis, dimittet vobis pater vester. Si non dimiseritis, non dimittet &c.

Non est desperãdum nã relinquitur via redimendi peccata.

DOMINICA IX, Peregrinationis Sermo II. in ordine. LXVII.

REDDE rationem villicationis tuæ. Iam enim non poteris villicare. Luc. 16.

De solutione debitorum

Proficisci nobis in via salutis incipientibus per opera meritoria (Siquidem ipsi sunt passus, quibus ad Deum tendimus, ad quem non pedibus, sed

mentis

mentis affectu accedimus 1. confessi. August. & 7. de trini. prope finem. Nō locorum distantia, sed similitudine quadam acceditur ad Deum dissimilitudine receditur ab eo. Hæc denique sunt thesauri, quos in cœlo thesaurizamus, quos nec fur, nec tinea demolitur. Mat. 6.) Primum itaque est debita soluere. Quomodo enim diuitias cumulare potest debitor in manib⁹ constitutus exactoris? Ita & volentes spirituales diuitias congregare. Manentibus nanq; debitis, cætera ad regni introitum non sufficiunt. Quæcunq; autem hic soluta non fuerint, quæ digna satisfactione deleta non sunt, rationē de illis reddituri sumus secundum thema: Redde rationem villi. tuæ. Sumus nanque omnes villici Dei pro nobis humanati. Villicus secundum Bed. & est in glo. est dispensator super domini sui villam gubernandam constitutus, non possessor, aut dominus. Et quidem omnium bonorum à Deo receptorum villici sumus, quia non domini, sed dispensatores. Nisi fortè ideò non te villicum æstimes, quia villam non accepisti regendam, sed quia corpus, & animam regendam accepisti (secundum illud Eccle. 15. Ab initio Deus constituit hominem scilicet super ceteras creaturas, & reliquit eum in manu consilii sui, dando ei lib. arbit. quæ erat non peccandi potestas) ideo nedum villam, sed etiam ciuitatē, sed & regnum accepisti regendum, secundum illud Hugo. Nobile regnum possidet, qui cor suum possidet, qui legibus rationis ordinat totam familiam motuum interiorum, & exteriorum. Singuli itaq; expectamus cum tremore diem, in qua à nobis exigetur ratio, dicente domino: Redde rationem villicationis tuæ &c. Aue.

Quæ sint bona domini.

Euangelium. Homo quidam erat diues &c. Quia parabola omnes nos concernit, videamus eam per singula. Quis sit homo diues manifestum ē. Est enim cui dicitur: Domini est terra, & ple. &c. Villici nos sumus & hæu dissipatores bonorum domini nostri.

Et quæ sunt bona domini? Sunt vtique omnia bona exteriora corporalia, interiora naturalia, & gratuita. Et hæc omnia sunt à Deo. Quid enim habes, quod non recepisti? Vnde scribitur de primo. Domini Dei tui cœlum est, terra, & omnia, quæ in eis sunt. Deut. 10. De secundo. Est mundi creator, qui format hominis natiuitatem, quiq; omniū inuenit origines 2 Mach. 7. De tertio. Vita, & mors à Deo. Eccle. 11. Gratiā, & gloriam dabit dominus psalm. 83. De quarto. Dissipator autem bonorum domini sui ē, qui bonis domini sui abutitur contra domini sui voluntatem, nō ad domini sui honorem, sed ad propriā voluntatem, & vtilitatem. Et quis est, qui dissipatorem non agnoscat, nisi qui Deo viuit, Deo moritur, Deo manducat, & bibit, & omnia, quæ facit in verbo, & opere, in nomine domini facit, gratias agens in gloriam Dei 1. Corin. 10. Col. 3. Roma. 14. Et quomodo non dissipatores cum omnia quæ recipim⁹ à domino ad vsum vitæ, conuertimus in abusum culpæ? Greg. homil. 35. Meritò ergo timemus verbum domini: Redde rōem villicationis tuæ, cū nec vnum respondere possumus pro mille. Iob 9. Maximè cum villicatio tollitur, & iam non licebit villicare. Mors tollit facultatem fodiendi, mendicandi. Fodere non valet, quia inutilis tunc pœnitentia. Sap. 5. Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes &c. Mēdicare non proficit dicentibus: Ne nō sufficiat nobis & vobis. Mat. 25.

Sed nunc attendamus, quid fecerit villicus ille iniquitatis, quem non idcirco dominus laudauit quia dominnm fraudauit, sed quia prudenter futura ꝓuidit, nec ventura paruipendit. Et nos charissimi eius exemplo nouissima nostra memoremur. Eccle. 7. Rerum exitus prudentia metitur 2. de consol. Et quid fecit? Ex bonis domini sui misericordiarum fecit. Et nos misericordiam faciamus. Dedit enim ex bonis domini sui oleum, triticum, remittendo enim dedit de oleo multum, de tritico minus, quia temporalium quædam respiciunt statum, quædam necessitatem

nam

nam oleum respicit statum, triticum necessitatem Sicut figuratum fuit in sareptana vidua 3. Regum. 17. Et de vtroq; facienda est misericordia. Minuendus est status, subtrahendus est necessitati: Per oleum etenim, quo cibi condiuntur, abundantia designatur. De ergo multum dandum est pauperibus, idcirco villicus debitorem domini sui iussit scribere .l. qui ca. debebat. Et Zachæus dimidium bonorum suorum dedit pauperibus. Per triticum vnde panis coquitur, vitę hominis necessarius, necessitas significatur, vnde & aliquid tribuendum est. Ideo Tobias senior iuniorem instruit dicens: Si multum tibi fuerit, multum tribue.

An sit dãda elemosina de necessario.

Sed diceres Videtur quod non sit dãda elemosyna de necessario. Ordo enim charitatis non minus attenditur penes effectum beneficii, quam penes affectũ interiorem. Peccat enim, qui præposterè agit in ordine charitatis, quia ordo charitatis est in præcepto. Igitur est ex ordine charitatis plus tenetur quis se diligere, quam proximum, ergo similiter plus tenetur sibi prouidere, ergo peccabit, necessaria sibi subtrahendo? Respondetur Aliquid dicitur secundũ Thomam necessarium in 2.2. quæstio. 32. artic. 6. duobus modis. Vno modo sine quo aliquid esse non potest. De tali necessario non est elemosyna facienda. De tali enim elemosynam facere, est sibi vitam subtrahere. Sic aliquis constitutus in articulo mortis, non habens vltra nisi pro sui, & suorum prouisione necessitatem extremam, non tenetur necessariò de hoc facere elemosynam. Talis nihilominus laudabiliter in certo casu se, & suos morti exponeret, præferendo bonum commune bono singulari, si se neglecto personam ecclesię valde proficuam similiter degentem reficeret, vt notat sanctus Thom. vbi supra. Alio modo, sine quo non potest vita cõuenienter trasigi secundum conditionem, & statum personæ propriæ, & aliarum personarum, quarum ei cura incũbit. Huiusmodi necessarii terminus nõ est in indiuisibili constitutus, sed multis additis, vel subtractis, adhuc conuenienter potest transigere statum. De hoc dare elemosynam est consilium. Nullus enim inconuenienter viuere debet secundum suum statum Sed de hoc latius vide beatum Thomam vbi sup. & Rich. dist. 15. art. 2. q. 2. & 5. & similiter Alex. de ales. Pe. de palu. & alios. Ideo concludit dominus. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis.

Alexander de Ales Petrus de palu.

Notandum verò quod non totum quod in euangelica parabola continetur, nobis imitandum proponitur. Proponitur enim nobis fraudulentia villici, bona domini sui inutiliter dissipantis, vel per abusum habitorum, vel nondum acceptorum indebita acquisitione, per quod non instruimur defraudare proximos, vt sic elemosynam facere valeamus. Sed ideo proponitur nobis fraus villici, quatenus instruamnr vt bene vtendo, quibus malè vsi sumus, ad finem perueniamus optimum. Sicut enim malis, & à Deo auersis hominibus, etiam bona occasio sunt in malum, dum nihil sit tam bonum, vnde non ex malitia propria scandalum accipiant, more aranearum, quæ nutrimenta salutifera conuertunt in venenũ. Sic ex doctrina Christi sanctissima in nullo reprehensibili, scribæ, & pharisæi scandalum acceperunt, dæmoniacum, & vini potatorem eum iudicantes, vt patet ex decursu euangelii. Ita etiam e regione bonis omnia cooperantur in bonum. Vnde apostolus. Scimus quoniam diligentibus Deum &c. Rom. 6. Vsq; adeo secundum Aug. vt si quis eorum exorbitat & deuiat, etiam hoc ipsum in bonum proficiat, dum humilior redit, atque doctior. Discunt enim sic cum tremore exultare, non sibi arrogantes tanquam de virtute propria fiduciam permanendi. Vnde in scriptura, & bona, & mala narrantur. Omnia etenim sunt bonis incitamenta virtutum. Ex modo tamen agẽdi, & diligentia, quã habent mali ad cõsequendum fines peruersè concupitos nos excitamur ad diligenter quęrere summum bonum finem nostrum. Vnde

apostolus. Sicut exh. m. ve. ser. im. & in. ad. ita nunc ex. m. ve. ser. iustitiæ in sanctificationem. Rom. 6. Instruimur ergo ex parabola facere nobis amicos de mammona iniquitatis idest de substantia domini nostri, quā nos per abusum fecimus mammonam iniquitatis.

Cur diuitiæ dicuntur mammona iniqtatis.

Dicuntur autem diuitiæ mammona iniquitatis etiam vndecunq; collectæ, etiam si bene acquisitę sint, quia iniusti in eis spem ponunt 2.2.q.32. Vnde psal. Confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarū gloriantur. Vel ideò secundum Amb. super Lu. quia variis diuitiarum illecebris nostros tentabit affectus vt velimus seruire diuitiis qui idolorum est seruitus Eph. 5. Vel secundum Basilium, quia frequenter iniquè acquirentur, vel à possidente, aut antecessoribus suis. Vel secundū Theo. quia vt plurimum iniquè retinentur. Magna enim iniquitas est retinere vnde pauperes sustentari debent. Vel quia frequenter malè expenduntur in comessationibus, & crapulis. Sicut pater de diuite epulone. Hinc Iaco. ait de diuitibus. Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra. Ideò dictum est Lu. 6. Væ vobis diuites, qui habetis hic cōsolationem vestram. Vel sextò, quia per diuitias iniustè opprimuntur pauperes Iaco: Diuites per potentiam opprimunt iustos eiusdem 2. Vel quia laquei diaboli, quib⁹ incautos pertrahit ad peccatum 1. Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueū diaboli. Vel octauò, quia sunt onera deprimentia ne feramur sursum in cœlum. Hinc dominus ait. Facilius est camelum &c. Diues difficile intrabit in regnum cœlorum Matth. decimo nono Vel dicuntur mammona iniquitatis id est inæqualitatis, quia in æqualiter possidentur. Vel breuius sic dicuntur mammona iniquitatis in acquirendo, tenendo, dispensando. Quis enim acquirit sine fraude, aut iactura, tenet sine duritia, dispensat sine Dei offensa in voluptate, & superbia?

Mysticè autem per mammonā potentias animæ intelligamus, quæ sunt spirituales diuitiæ. Illas etenim sub nomine talentorum dominus designauit, vt exponit Greg. hom. 9. Dicuntur autem diuitiæ iniquitatis, quia quamplurimum eis abutimur in culpam, intellectu ad curiositatem, affectu ad vanitatem. Facimus de his nobis amicos angelos, & sanctos Dei, eis bene vtentes in exercitio virtutum. In seruiendo nostro creatori, vnde gaudium facimus angelis Luc. 14. Gaudium enim est angelis Dei &c. Ipsi enim nos recipient in sua tabernacula. Sicut Lazarum pauperem rebus, virtutibus diuitem, in sinum Abraæ duxerunt Lu. 16. Et congregabunt electos à quatuor ventis ad iudicium, & remunerationem. Matth. 24. Faciamus ergo nobis amicos de mammona iniquitatis, vt veniente ad iudicium domino, & dicente Redde rationem &c. suscipiamur ab angelis Dei in æterna tabernacula.

DOMINICA DECIMA Peregrinationis. Sermo I. in ordine. LXVIII.

SI cognouisses et tu supple fleres. Lu. 19.

Stultus est q nō nouit ꝓuidere futura.

Stultissimus est, & bestiis similis, qui non nouit nisi præsentia intueri, obliuiosus præteritorum, improuidus futurorum. Is enim incautus omnia incidit, nihil cum prudentia commune habens. Siquidem rerum exitus prudentia metitur secundo de consola. prosa. 1. & Prouerbiorum secundo. Prudentia seruabit te vt eruaris à via mala. Et Tullius secundo rhetho. Imprudentia est obtenebratio mentis, qua quis minus prouidus est in prouidendo præterita, vel futura.

Denique hoc solo distat à brutis homo quia per rationem de futuris consiliatur, q̄ bruta (quia sola sensitiua aguntur

tur cognitione, quæ ad futura non extenditur (præcognoſcere non valent. Vnde qui futurorum præmeditationẽ ſpernit rectè comparatur iumentis inſipientibus, quia ſimilis factus eſt illis. Qui verò nec præterita memoratur, iã etiam brutis ſtolidior cõprobatur. Nã vt dicit Caſſiod. 4. lib. epiſtolarum. Pęcora ipſa vitare norunt, quæ ſe lęſiſſe cognoſcunt. Itinera illa non repetunt vbi in foueam corruerunt. Tenaces laqueos auis capta declinat. Tales autem fuere filii Iſrael in tempore viſitationis ſuæ. Neque enim propheticæ prænunciationis memores, nec duræ flagellationis, qua patres frequenter, qui prophetis fidem nolebant accommodare, flagellati ſunt. Sed nec Dei iuſtitiã omnia, quę fiunt ad iudicium adductură, & pro omnibus digna factis redditurã attenderunt. Eccle. 11. & vlti Sed peſſimæ voluntati ſuæ malæ ſeruierunt, ſatisfaciemtes ad plenum carni, & ſanguini, atq; odio mortali contra Chriſtum eos arguentem concepto. Vnde & grauiſſimas pęnas à domino ne dum in futuro ſed & in hoc mundo meruerunt. Quas præuidens miſericordiarum dominus, paternè compatiens prædixit, & vt cauerent per vitæ emendationem & futurorum conſyderationem cum lachrymis auiſauit dicens. Si cognouiſſes & tu. Pro gratia Aue Ma.

Calamitas Hieruſalem pp nos ſcripta ne nobis ſimile cõtingat.

Calamitatem iudæis tunc futuram, quam non ſine lachrymis dominus (fruſtra licet) prædixit, quæ iudęos in longam iſtam captiuitatem vſque ad diem hodiernam detruſit, ſcimus ſecundum verbum domini contigiſſe, ciuitatemq; Hieroſolymam Romanos principes fũditus euertiſſe. Quæ ad noſtri informationem ſcripturis commendata ſunt, ne & noſipſi rebus præſentibus (ſicut de illis ſcribit Greg. in homil.) dediti, ac terrenis voluptatibus reſoluti, abſcondamus nobis ſimilia mala ſequentia, ſicque dum præuidere futura refugim^9 taliſmodi plagas clauſis oculis incidamus. Quia enim mundum hunc cum ſuis coucupiſcentiis palpamus, & in veritate cognoſcere diſſimulamus, neque aduertimus quam impurus, & noxius quam inſtabilis, & fallax, quantiſq; malis con uolutus, ideò tenaciter ei adhæremus. cuius fallaciam, inſtabilitatem, & diſpendium maximum, quod affert, vt cognoſci non poſſint præterita, & futura, ſi ſollicitius attenderemus, profectò velut a vipera venenum effundente reſileremus, amoris funiculum præſcindentes.

Puto enim vt & Gregorius innuere videtur in homil. cauſam inſcitiæ, & inaduertentiæ viſitationis Chriſti ciuitatis Hieruſalem non aliam fuiſſe, quã inordinatam tumultuantium paſſionũ animæ multitudinem, quæ ſuum ortũ habẽt ex amore inordinato, vel ex amore ſuiipſius. Per quas paſſiones ratio excecatur, & rationalis appetitus ligatur nec aliquid ſanum in mente relinquitur. Vnde Boetius 1. de conſola. metro. vltimo. Nubila mens eſt. Vinctaq; frenis Hæc vbi regnant. Quod autem huiuſmodi paſſionum turbulentia rationem excecet, & intellectum obnulibet, probat ipſe Boetius vbi ſupra triplici exemplo dicens.

Nubibus atris Condita nullum
Fundere poſſunt Sydera lumen
Si mare voluens Turbidus auſter
Miſceat æſtum Vitrea dudum,
Parq; ſerenis Vnda diebus
Mox reſoluta Sordido ceno
Viribus obſtat.
Quiq; vagatur Montibus altis
Defluens amnis Sæpe reſiſtit.
Rupe ſoluti Obice ſaxi.

Quaſi volens dicere in prima ſimilitudine: Sicut ſydera conſueta nobis lucere, & illuminare terram ceſſant hoc facere propter interpoſitionem nubiũ obſcurarum ſic intellectus & ratio, quę lucent, & illuminant hominem in cognitione veritatis, impediuntur caligine paſſionum. Et ſicut aqua manente clara ad modum vitri, viſus poteſt eam penetrare, & videre ea, quæ fiunt ſub aqua. Sed ſi turbatur per ventum tunc obſtat vi ſui. Sic animus hominis dum

quietus

quietus est, non impedit iudcium rationis sed si mouetur affectione temporalium, tunc impedit iudicium rationis. Et sicut aqua liberè currens de altis montibus, recto tramite procedit, & per obstaculum lapidis, qui resoluitur de monte impeditur, ne rectè currat, sic ratio non impedita rectè iudicat si autem impeditur motu passionum, impeditur in cognitione. Et ergo subiũgit: Tu quoq; si vis Lumine claro Cernere verum: idest veritatem. Tramite recto idest processu rationis: Carpere callem idest attingere viam veritatis. Gaudia pelle de præsenti bono. Pelle timorem, de futuro malo. Spemq; fugato, de bona fortuna. Nec dolor adsit, de præsentium amissione. Nubila mens ẽ, Vincta frenis. Hæc vbi regnant idest dominantur.

Omnes passio-nes ex amore nascunt.

Omnes istæ passiones, ex amore nascuntur. Tota nanq; rationalis animæ vita idest vitalis operatio amore regitur. Sicut ait Aug. Amor meus pondus meum: illo feror quocunque feror. Hæ etiam passiones à beato Bern. serm. 13. super Qui habitat pedes animæ dicuntur quibus anima fertur quocunq; fertur. Nec est passio aliqua in homine, q̃ non sit amor, aut ex amore generetur, sicut probat August. 14. de ciuit. Dei. Amor inquit, inhiãs habere, quod amat cupiditas est. Id habens eoq; feruens, lætitia est fugiens quod ei aduersatur, timor est, idq; si acciderit sentiens, tristicia est. Causaliter loquitur. Ex patet manifestè has passiones ex amore generari. Nam vt non gaudemus nisi de bono amati (siquidem de bono inimici dolemus, nec dolemus nisi de malo, quod accidit amato.) Ita non speram' bonum, nec timemus malum nisi amato. Aduersa enim, vel prospera (rebus à nobis extraneis, nec dilectis accidentia) has passiones (experientia teste) in nobis non generant, quare? quia non amamus eas, cum sint nobis incognitę. Ideò qui non amat, non gaudet, non dolet, non sperat, non timet. Idcirco q rectè amat, in cunctis perfectus est. Et qui peruersè amat, in omnibus deficit, quia si radix sancta, & rami: Roma. 11. & econuerso. Non potest arbor mala fructus bonos facere: Matth. 7. Quomodo enim peccaret, qui non nisi desyderanda concupiscit, qui non nisi amãda diligit, de fruendis gaudet, de malis timet, verecundatur, & timet.

Duo amores oppositi.

Sunt autem duo amores quodammodo oppositi, quos etiam sequuntur fines distantissimi. Vnus est amor sui procedens vsq; ad contemptum Dei, qui & amor mundi generali vocabulo nuncupatur, quem sequitur æterna perditio. Alius est amor Dei vsq; ad contemptũ sui, quem sequitur æterna beatitudo. De quo loquitur Aug. vbi supra 14. de ciui. Dei cap. 28. Fecerunt itaq; ciuitates duas amores Duo. Terrenam scilicet amor sui vsq; ad contemptum Dei. Cœlestem verò amor Dei vsq; ad contemptum sui. Simile tangit Hugo de sancto Victo. lib. de assertionibus, dicẽs: Duæ sunt ciuitates, Hierusalem, & Babylon. & duo populi. Amatores Dei ciues Hierusalem. Amatores mundi, ciues Babylonis. Et duo reges. Christus rex Hierusalem, & diabolus rex Babylonis. Inter has duas ciuitates, & populos duos, & reges, bellum est iugiter, discordia, & pugna. Et signat vterq; milites suos. Christus suos, & diabol' suos vt agnoscant quiq; regẽ suum, & agnoscuntur ab eo rege, absequantur eum. Hierusalem sursum ciuitas est in cœlo Babylon deorsum in terra. Similiter Christus sursum est, diabolus deorsum. Milites Christi sequuntur regem suũ, & milites diaboli regem suum. Quilibet suis in quo eum sequantur persuadet, vt ad illum locum, in quo ipse est, & ipsi perueniant.

Diabolus rex Babylonis, qui est princeps mundi, animas hominum suam hic diem habere facit dum futura non prospicientes, istis transitoriis congaudendo contente excecantur, ne futura mala, quæ sequuntur, præuideant, ne tẽpus suæ visitationis cognoscãt, vt calamitas, quæ superuenit corporaliter iudæis, qui suam visitationem non cognouerunt, ipsis longè horribilius in morte

te superueniat. Quos & ecclesia quotidie plangit, quemadmodum dominus Hierusalem deplanxit. Vnde dicit glo. & est Greg. secundũ sententiam. Quod dominus secundum historiam semel fecit, hoc quotidie per electos suos in ecclesia agit. Plangit reprobos, qui nesciunt cur planguntur, sed exultant in rebus pessimis, qui si damnationem suã præuiderent, seipsos cum electorum lachrymis plangerent. Qui in peruersitate sua suum diem hic habent, in qua & pacem ex abundantia temporalium, & supplicia nunc absconduntur ab oculis eorum, qui refugiunt futura præuidere quæ temporalem lętitiam perturbant. Sed venient dies quando animas exeũtes à corporibus dæmones inimici circundabunt vallo, trahentes eas ad societatem suæ damnationis, & vndiq; circundabunt, & coangustabunt, quando non solum operis, sed etiam locutionis & cogitationis iniquitates ante oculos eorum replicabunt, & ad terram prosternent, cum caro in puluerem redigetur. Filii etiam cadent, cum in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, quæ cogitationes etiam per lapidem signantur, cum subditur: Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Per uersus enim cum peruersæ cogitationi peruersiorem adiicit, quasi lapidem super lapidem struit. Sed cum anima ad vltionem rapitur, talis cogitationum constructio dissipatur. Et hoc ideò q non cognoscis tempus visitationis tuę. Peruersam enim animam Deus visitat aliquando flagello, aliquando miraculo. Sed quia superbiens contemnit, nec de malis suis erubescit, in extremo inimicis tradetur, cum quibus in æterno iudicio damnationis societate colligatur. Ecce precium, quod diabolus rex suis amatoribus, & Babylon incolis prę parat.

Christus suis amatoribus persuadet præsentia cõtemnere

Christus rex suis amatoribus suadet præsentia contemnere, futura præuidere, & diem visitationis ante mentis oculos semper habere. Talis enim habitio siue meditatio facit hominem cuncta relinquere, & suam diem non hic in voluptate carnis statuere, sed potius hic flet, & gemit mala, quæ commisit, ne hac terribili sententia, qua priores mũdi amatores plectentur, & ipse puniatur. Et iustissimè quidem ipsi iudæi pœnas exoluerunt, quoniam similib⁹ pri⁹ Dei filium crucifixerunt. Applica, si placet.

Sed quia secundum Apostolum omnia in figura contigerunt illis, scripta verò sunt ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenerũt. 1. Cor. 1. Figura quoq; deficit à figurato, consyderandum nobis ęst q longè horribiliores nos pęnæ expectant in futuro, si eorum exemplo regem gloriæ multiplicibus peccatis nostris rursum crucifigamus ita vt omnes hic numeratæ pœnæ simul minimæ pęnæ ibidem comparari non possent. Ñam extremum illorũ hominum, & terminus aliarum pœnarum fuit mors temporalis, qua soluta, omnis cessabat afflictio. Sed damnatorum tanta est miseria, vt mors sit illis in desyderium, quam veluti fœlicitatẽ quandam amplectentur, sed nequaquã illa eis concedetur, sicut ait Cęsarius in sermone de dedicatione ecclesiæ, qui incipit: Quotiescunq; fratres. Sed cũ hęc ita sint, mirum valde est nos in hac vita fragili lętari vnquam posse, aut solatia quærere, talia maximè, quibus huiusmodi damna nunquam finienda incurrimus, tamen videmus huius seculi homines ꝓpter modica tẽporalia dãna inflicta & de proximo infligenda lætari non posse Sed ideo nõ tristamur nec timemus, quia abscondita sunt ab oculis nostris. Præuiderunt hæc summæ sanctitatis viri, nouerunt, & plurimi timuerunt, quorum vnus de seipso ita loquitur (Hieronymum loquor hæc super Mattheum dicentem) Quoties diem illum scilicet finalis iudicii, per quod tantis malis adiudicantur damnandi, consydero, toto corde contremisco, & siue comedo, siue bibo, siue quid aliud facio, semper videtur illa tuba terribilis sonare: Surgite mortui, & venite ad iudicium. Quod si iustus vix saluabitur (quia non sine timore hic in

præ-

præſenti) peccator vbi parebit? 1. Petri 4. Fęlix planè, qui hic timet, ne in æternum timeat. Maledictus, qui nunc gaudet vnde timebit in æternum. Curemus & nos, ne hæc maneant abſcondita ab oculis noſtris, ſed ea noſcere, atq; viam euadendi toto conamine requiramus &c.

DOMINICA DECIMA
Sermo II. in ordine. LXIX.

NON relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Luc. 19.

Neſcit miſericordiæ fons Chriſtus dominus Deus noſter in ira ſua continere miſericordias ſuas. Hinc multiplici viſitatione peccatorem ad ſe trahere nititur. Viſitauit generaliter genus humanum. Viſitauit ſpecialiter populū iudaicum, à quibus deſcendere voluit, ſecundum carnem, per angelos, per legem, per prophetas, & legis doctores, ꝑ miracula, per correctionem, per beneficia innumera, tali populo peculiari exhibita, quæ omnia tranſcurrere tempus non patitur. Tandem & ipſe poſt venit, & innumeris claruit miraculis, doctrina quoq; verbis, & factis ad ſe vocauit, attraxit, inuitauit, ita vt auderet dicere. Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem nō habent de peccato. Et item. Quoties volui te congregare ſicut Gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Matth. 23. Sed hęc omnia contempſerunt, & cum venit ad ſuos in propria, non receperunt eum. Tempus quoque pęnitentiæ eis conceſſum neglexerunt. Hęc aliaq; prçuidens dominus, & quod ſecundum demerita à diuina iuſtitia venirent plectendi, compaſſionis affectu fleuit ſuper Hieruſalem metropolim iudeæ, dicens: Si cognouiſſes, mala futura, quę ego nunc defleo tibi compatiendo, & tu mecum fleres, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, malitia propria te excecante. Venient autem dies in te &c. in quibus circundabunt te inimici vndique, & non relinquent lapidem ſuper lapidem eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Pro gratia Aue Ma.

Inceſſanter nos viſitat dominus, & multiplici ſub tenore indies nobis loquitur, ſed obturamus aures ne vocem domini audiamus, & ita eius viſitationem non aduertimus. *Sequitur nobis Deus & quid eſt loqui Dei.*

Sed fortè inquis: Vbi vel quando loquitur nobis Deus? Reſpondet propheta: Semel locutus eſt Deus, duo hęc audiui, ideſt ſemel locutus eſt Deus, & ego duo audiui. Semel loquitur Deus, & idipſum non repetit. Iob. 33. Semel loquitur Deus, & duo ſine intermiſſione audiuntur ab habentibus aures audiendi, quæ qui non audiunt, damnabiliter ſurdi ſunt, & per conſequens, ſine dubio muti. Et quale verbum? Certè non tranſitorium, ſed æternum. De ęterno Auguſtinus ſuper allegato verbo pſalmus 61. Apud ſe vnum verbum locutus eſt Deus. Vnum verbum habet, vnigenitum ſcilicet Deum, in quo ſunt omnia, quia per verbum facta ſunt omnia. Per hoc verbum exprimuntur, & dicuntur omnia. Et Grego. vigeſimotertio. moral. Loqui Dei eſt verbum genuiſſe. Semel autem loqui Dei, eſt verbum aliud præter vnigenitum non habere. Ideo ſubditur, & ſecundo idipſum non repetit. In hoc verbo (ſicut ait apoſtolus Colloſen. ſecundo) ſunt omnes theſauri ſapientię, & ſcientię Dei abſconditi, quia in eo tanquam in arte patris perfectiſſima, ac ſpeculo perfectiſſimo, relucet omnis paterna perfectio, & gloria.

Vnde Hebreor. primo, ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ patris dicitur, portans omnia verbo virtutis ſuæ. Hoc verbum æternaliter in ſinu patris lucem habitat inacceſſibilem, neque à nobis audiri po-

test in se vt est. Idcirco per verbum, quod ex se pater semel idest æternaliter gignit, creauit omnia, creataque conseruat, disponit, & gubernat, sicut scriptum est Ioan. primo. Omnia per ipsum facta sunt. Et iterum: Omnia in sapientia fecisti, psalmus 103. Hæc attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Sapien. 8. Tanquam vocem quandam, & signa vnici sui verbi diuinas nobis perfectiones significantes obscurius, vel clarius, secundum quod in eis imago, vel vestigium relucet increatæ trinitatis, vt dicitur Sapien. decimo tertio. A magnitudine speciei, & creaturæ poterit cognosci creator horum omnium.

Deus loquitur nobis p scripturas.

Verum quia etiam creaturarum voces plerique tardioris intellectus minus compræhendunt, etiam scripturam sacram quam ad patres protulit nos erudire curauit. Hæc locutio, etsi non est æterna, quia in tempore reuelata, est tamen æuiterna. Neque apex vnus, neq; iota vnum transibit de lege. Matth. 5. Item: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Sed cum per creaturas, per scripturã quoq; multa Deus nos instruit. Hinc Hebræ. 1. Multipharian multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis &c. Quomodo tantum duo se audiuisse propheta commemorat? Ait enim: Semel locutus est Deus, & duo audiui. Respondetur, ideo quia duo sunt diligenter in omni scriptura, & creatura attendenda, & quæ cetera omnia intelligenda ordinantur. Hæc sunt vt sequitur in psalmo, quia potestas tibi est, & tibi domine misericordia. Super quo beatus Augustinus: Intelligo potestatem Dei, intelligo misericordiam. His duobus continentur prope omnes scripturæ propter hæc duo prophetæ, propter hæc duo patriarchæ, propter hęc duo lex, propter hæc duo dominus Iesus Christus, propter hæc apostoli, propter hæc annunciatio omnis, & frequentatio verbi Dei in ecclesia, potestatem scilicet Dei, & misericordiam. Hinc psal. Omnes viæ domini misericordia, & veritas. In quo autẽ quodlibet horum magis apparet, consequenter proponit cum subdit, quia tu reddis vnicuiq; iuxta opera sua, malos scilicet damnando per potestatem, bonos saluando per misericordiam. Hi duo fines sunt contrariarum ciuitatum quorum vnus ad potestatem, alter ad misericordiam pertinet, secundum duplicem amorem, qui duplicem constituit ciuitatem, scilicet amor Dei vsque ad contemptum sui, ciuitatem Hierusalem cœlestem amor sui vsq; ad contemptum Dei ciuitatem Babylon, vt dicit Augustinus 14. de ciui. Dei. Ad potestatem pertinet q nullum malum maneat impunitum. Ad misericordiam q nullum bonum irremuneratum. Has ergo voces scripturæ, & creaturæ clamantium insuperabilem potestatem, qui diligenter attendit, diuinæ iustitiæ seueritatem, quam ostendit in præsenti, & longè intolerabilius in futuro, considerabit.

Potestas Dei in quo nobis inotescit in præsenti.

Eius potestatem insuperabilem, & iustissimam in tempore iam declarant angelorum casus. Nam in angelo tantum fuit peccatum voluntatis, & tamen licet fuerit nobilissima creaturarum quã Deus condidit, mutatus est in diabolũ cum sibi cohærentibus. Item Adæ, & totius propaginis interitus per diluuiũ Extinctio Sodomorum, Ægyptiorum, Israelitarum. Dilata singula si placet. Item afflictio electorum tormenta martyrum, cruciatus apostolorum, prophetarum persecutio. Et quid de exterioribus sermonem multiplico, ciuitatis Hierosolymitanæ excidium, & deuastatio maxima, magnam Dei potestatem nobis insinuat, quæ (Iosepho teste) facta est secundo anno principat⁹ Vespasiani Septembris mensis, octauo die, vt ait lib. 7, de iudaico bello. Quis tantæ ciuitatis quæ (Iosepho teste lib. 6. de iudaico bello) cincta erat muro habente stadia quadraginta minus vno, adhuc autem foris castella tredecim ædificata sunt, eorum girus denis stadiis numerabatur. Quis inquam, tantæ ciuitatis.

uitatis ſtragem, calamitatem inauditã, expugnationem potentiſſimam, ſeditionem trifariam, obſtinationem malignam, & innumera mala alia, ſine fletu ſine lachrymis, ſine ſingulto maximo, vel audire, vel legere poterit? Vnde Ioſephus. Quid tantum paſſa es ciuitas miſerrima (ait Ioſephus) à Romanis, qui tua inteſtina ſcelera purgaturi flãmis introiere, iam Dei locus non eras, neq; manere poteras, domeſticorum fa cinorum facta ſepulchrum? Quis turrium, & mçniorum deuaſtationem tantam, inſtrumentorumq; bellicorum ferocitatem ſçuiſſimam, ædificiorum, ac templi ſumptuoſi ſupra modum deſtructionem inſperatam, & incinerationem audiens, ſeſe continere? Quis tantam hominum ſtragem, qua nedum à peſtilentia, fame, ſeditione, inimicis, & quod lamentabilius eſt, amicis propriis parẽtibus, filii à matribus, immo propriis inflictis vulneribus patiebantur, pacato corde conſyderare poterit? Deus .n. qui damnauerat populum (ait Ioſephus libro 6. iuxta finem) omnem viã ſalutis eis ad interitum conuertit. Vxores viris, & filii parentibus, & quod miſerrimum eſt, matres ſuis infantibus ex ipſo ore cibũ rapiebant, & marceſcẽtibus inter manus chariſſimis, nemo parcebat, quin vitæ guttas auferret. Et libro 7. de turrium fortitudine ait. Intro autem Titus ingreſſus, turrium cauſas miratus eſt, quas tyranni per demẽtiam deſeruerant. Conſpecta ſiquidem earum ſolida altitudine, itemq; magnitudine ſubtili, inquit: Deo planè adiuuante pugnauimus, & Deus erat, qui detraxit ab iſtis munimentis iudæos. Nam quæ hominum manus, aut quæ machinæ ad iſtas valerent? Sic plurimi erant, qui domos luſtrabant, cibum hincinde rapientes acerbiſſimos autem cruciatus excogitabant, dum alimenta reperirent, nunc extruentes genitalium vias, nunc virgis acutis podices transfigendo &c. A totis enim regionibus (libro 7. circa medium inquit Ioſephus) ad diem azimorum cõgregati (prout lege tenebantur. Exodi 23. & 24. & Deutero. ſexto) bello ſubito circumfuſi ſunt, vbi primò illis peſtifera lues ex loci anguſtia naſceretur, deinde citius fames.

Quod autem caperet tantam hominum multitudinem ciuitas, certũ erat ex his, qui ſub Coſtio fuerant. Enumeratis enim tunc vliris ciuitatis, cum Neroni à Floro numerus populi ſignificandus eſſet, & iam dies feſtus, qui dicitur paſcha adeſſet, inuentus eſt numerus hoſtiarum, ducenta, & quinquaginta millia, & quingenta. Et cum per ſingula contubernia non pauciores, quam decem hominum ſiunt, ſolum enim epulari non licet ſiunt ergo ait, vt denos epulatores per ſingulas imputemus. Vicies centena, ac ſeptingenta millia, ſancti omnes, & puri, ſecluſis pollutis, leproſis, ſeminifluis, menſtruatis mulieribus &c. qui ſacrificare non poterant, & ſimilibus ſecundum legem immundis.

Ex populo itaque plurimi peſte, & fame perierunt, vt patet libro ſexto iudaici belli prope finem. Ita vt cum eis facultas exeundi, & omnis ſpes ſalutis adempta eſſet, aucta iam fame, circumcluſa ciuitate, tecta plena erant mulieribus exanimatis, atque infantibus. Viarum autem anguſtia ſenibus mortuis. Adoleſcentes autem, & iuuenes turgidi velut vmbræ mortuorum per publicum volutabantur, & vbicunque caſus occupauerat, decidebant. Sepelire autem funera ſua neque poterant præ labore, & eos quibus aliqua vis ſuper erat, pigebat præ multitudine mortuorum, & quod de ipſis erat incertum. Denique ſuper eos, qui ſepeliebantur, multi moriebantur, multi viui ad ſepulchra properabant. Neque luctus in illis calamitatibus, neque fletus erat, ſed famis ſuperabatur affect⁹. quę tanta erat vt cloacas rimarentur, bouumque verterent fimum, vt alimentum haberent, ſtercus inde collectum. Et quod nec viſu tolerabile fuerat, cibus erat. Et libro ſeptimo dicit: Feni veteris laceramenta victui habebantur. Nec cingulis nec calciamen-

tis abstinuere, coriaque de scutis detracta mandebant.

Seditio denique inter Simonem, & Ioannem orta, plurimos ciuium peremit. Transfugi ad Romanos, dum post longam famem cibum sumerent, satietate inconsueta mortui sunt. Cęterorum verò fugitiuorum nocte vna duorum millium ventres scissi sunt ab Arabibus, & Syris, propter aurum, quod suspicabantur eos glutiuisse, pro eo quod vnum viderant de fimo ventris sui aureos collegisse. Seditiosè enim in ciuitate omnia scrutabantur, ita vt nec mortuis, & fętentibus cadaueribus parcerent. Plures quoque duobus millibus inuenti sunt in Hierusalem propriis vulneribus alii alterius concidisse, cum fames alios corrumperet. Tandem dum mortuorum ferre non possent odorem, compulsi sunt publico sumptu mortuos sepelire. Ad quod cum non sufficerent, in valles extra murum præcipitabant, atque valles cadaueribus replebant, ita qđ Titus hæc videns ingemuit, & extensis manibus dominum testabatur, factum illud non esse suum. Quis verò horrendum illud factum cuiusdam nobilis matronæ, quæ filium suum, quem lactauit, coxit, & medietatem comedit.

Superuenientibus verò scrutatoribus, vbi cibum habere possent, & odorem percipientibus, ait ad eos: Ecce bonam partē vobis seruaui de filii mei reliquiis. Illos autem horror cepit, atque clementia, visuque ipso diriguerunt. At mulier. Et hic inquit, est verè filius: Comedite facinus, & ego comedi. Hæc libro septimo. In sexto libro prope finem recitat multitudinem elatorum cadauerum, dicens per eam portam, quæ Amnio Eleazari filio credita fuit, elata fuisse centum, & quindecim millia & nonaginta à die quartadecima mensis Aprilis vsque ad Kalendas Iulii. Non tamen fuit ille præpositus portæ, sed publicam mercedem diuidens, mortuos ex necessitate numerabat. Cœteros propinqui sepeliebant. Sepultura autem fuit elatos ex oppido proiicere. Post hunc autem nobiles profugi omnia mortuorum sexcenta millia portis iacta nunciabant. Aliorum verò numerum minimè posse comprehendi. Cum autem pauperes non sufficerent ad efferendum cadauera, in ædibus sunt reclusa. Hæc libro.6. prope finem.

In libro 7. dicit quod postquam victa ciuitate, omnes occidi iubebantur, qui bellare poterant, cœteris ex mandato Cęsaris saluis. Et iam Cęsar Frontonem constituisset vt separaret vegetos, ac minorennes à senibus & debilibus, vt quilibet secundum sua reciperet merita, dum faceret huiusmodi electionem, & separationem, interim duodecim millia fame perierunt. Et residuos multitudine septem, & decem millia maiores annis vinctos transmitit ad Ægyptum, operibus deputandos. Plurimos etiam per prouincias Titus distribuit in spectaculis ferro, & bestiis consumendos. Qui verò infra sedecimum annum ætatis agerent vendidere. Et captiuorum quidem omnium, qui toto bello compræhensi sunt, nonaginta septem millium comprehensus est numerus. Occisorum verò per omne tempus obsidionis decies centena millia. Hæc ille.

Miserabiles calamitates iudæorũ in obsidione Hierusalem.

Occisorum numerus in bello iudaico.

Quis non insuperabilem potestatem Dei ex his calamitatibus metietur? Iosepho teste: Deo inquit, adiuuante pugnauimus, & Deus erat, qui detraxit Iudæos ab istis munimentis: libro septimo. Omnium horum malorum quæ fuere initium æternorum, causa fuit infidelitas iudæorum, quia neque prophetarum vaticiniis, nec Christi doctrinæ, & miraculis credere voluerunt. Obturauerunt aures suas, ne domini vocem audirent, videntur facto dixisse in die sua, quæ ad pacem eis erat.

Venite fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, & reliqua, quæ habentur Sapien. 2. Sequitur: Hæc cogitauerunt & errauerunt, excecauit enim eos malitia

ſtia eorum, & neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ. Cui conſonat dictum euangelicum cum dominus inquit. Nunc autem in hac die tua, quæ ad pacem tibi eſt, abſcondita ſunt ab oculis tuis. Omnes prophætę de Christo venturo (ſicut Petrus ait cap.3.in actibus) locuti ſunt, & tempora ſuę viſitationis prænunciauerunt, ſed & infidelitatis pœnam expreſſerunt, venit miſerator, & miſericors dominus. Viſitauit ſedentes in tenebris & vmbra mortis oriens ex alto in miſericordia, & miſerationibus. Poteſtatem quoque inſuperabilem non abſcondit, ſed verbo, & facto palam oſtendit. Sed domini vocem non audierunt. Viſitationis tempus neglexerunt, illuminari ſpreuerunt, & quem nolebant acceptare ſaluatorem, ſuſtinere oportuit, & oportebit ſeuerum, ſed iuſtum, & inſuperabilem iudicem, eos perpetim damnantem. Nos ergo, ad quorum doctrinam, & commonitionem hæc omnia ſcripta ſunt, vt dicit apoſtolus 1. Corint. 10. & nunc recitantur, vt Dei maieſtatem cognoſcamus, caueamus, ne incidamus in idipſum incredulitatis exemplum. Si enim Deus pater tante poteſtatis iuſtitia iniquitates patrum viſitauit, tamq; ſeueram calamitatem in plures generationes, qui filium ſuum audire noluerunt loquentem eis in miſericordia, & poteſtatis inſuperabilis executione, & per ſe, & per ſuos apoſtolos, quid de nobis præſumendum erit? Nunquid meliores ſumus iſtis? Reuera teſte apoſtolo, hæc omnia in figura noſtri facta ſunt, vt non ſimus concupiſcentes malorum ſicut & illi concupierunt, nec eſt dicere non me vocat dominus, nec mihi loquitur, immo omnia facta præterita, nobis futurorum vaticinia. Viſitauit nos dominus, nunc aduerſitate, nunc proſperitate, ſed qui habet aures audiendi audiat.

Cauendum ne in idipſum īcredulitatis exemplū incidamus.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Audiamus itaque domini vocem nos vocantem.

Animaduertamus tempus noſtræ viſitationis, an diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnimus? Ignoramus, quoniam benignitas Dei ad pęnitentiam nos expectat. Caueamus itaque ſecundum doctrinam apoſtoli Roma 2. ne ſecundum duritiam noſtram, & cor impęnitens theſaurizemus nobis iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicii Dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera eius.

DOMINICA VNDECIMA. Sermo I. *in ordine.* LXX.

DVO homines aſcenderunt in templum. Luc. 18.

Humanę ſalutis inſidiator diabolus, conuerſos ad Deum multifariam aggreditur oppugnando. Et quos nec proſperitatum blandimentis, nec tribulationum flagellis ad illicita perpetranda valet inducere, ſaltem bonis eorum operibus, quatenus fructum eorum impediat, nititur aduerſari, dum quæ bene cœpta ſunt, vitii alicuius admixtione fermentare laborat. Hoc autem frequentius telo ſuperbiæ attentat, quo cuiuslibet generis bona inficit, & ne fructum parturiant, impedit. Alia nanque vitia (vt Gregorius ait. trigeſimooctauo moraliū) eas ſolummodo virtutes impetunt, quibus ipſę deſtruuntur, vt videlicet ira patientiam, gaſtrimargia abſtinentiam, libido continentiam expugnet.

Superbia maximè diaboli nititur tētare homines.

Superbia verò, quæ vitiorum radix eſt, nequaquam virtutis vnius extinctione contenta, contra cuncta animæ ſe membra erigit, ac quaſi generalis, & peſtifer morbus, corpus omne corrumpit, vt dum quicquid illa inuadente agitur, etiam ſi virtus oſtenditur, non per hoc Deo, ſed ſoli vanæ gloriæ ſeruiatur. Et beatus Auguſtinus in regula capit. 11. Alia quæcunq; iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant, ſuperbia verò etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant.

Et in de ſancta virginitate. Cui inqt, nō

est periculosa superbia, quæ amplius amplioribus insidiatur? Ne itaq; velut incauti, & ignari etiam in bonis operibus decipiamur superbiæ occultam ingestionem, ac repellendi modum, duorum exemplo hominum, quorum alter dum se stare præsumpsit, victus superbia cecidit, alter se cecidisse agnoscens per humilitatem exaltatus, ipsam calcauit superbiam, in euangelio nos erudire dignatus est dominus, dicens: Duo homines &c. Recitabitur primò euangelium. Secundò periculum nostrum & superbiæ aperietur fraudulentia. Tertiò doctrinæ contra eam colligentur, & remedia.

Omni virtuti superbia contriatur.

Circa secundum diligenter consyderemus hanc tentationem qua victus est pharisæus, sicut periculosissima, ita est & communissima, ideò periculosissima, quia secundum Isido. libro. 2. de summo bono cap. 38. etiam de operibus, iustitiæ, & virtute exoritur, minusque culpa eius sentitur, in ea autem communissima, quoniam peccatoribus non aberit, neq; infestare iustos aliquando derelinquit. Omnis nanq; peccans ait Isidorus superbus est, eò quod faciendo vetita, contemptui habeat diuina præcepta. Rectè ergo initium omnis peccati superbia, quia nisi præcesserit mandatorum Dei inobedientia, transgressionis non sequitur culpa. Amplius autem iustis insidiatur, ita vt in de sancta virginitate August. dicat: Non ego talibus magnam curam humilitatis ingero, in quibus superbia ipsa confunditur, & conscientiæ vulnere cruentatur, nec ebriosis, & auaris, aut alio quolibet damnabili morbi genere iacẽtibus, magnam sollicitudinem viæ humilitatis impono, nisi fortè in his malis etiam ostentare se audeant, sed da mihi profitentem perpetuam continentiam, atq; his, & huiusmodi omnibus carentem vitiis, & maculis morum, huic superbiam timeo, huic tam magno bono ex elationis tumore formido, quo enim magis inest vnde sibi placeat, eò magis vereor, ne sibi placendo illi displiceat, qui superbis resistit, & gratiam dat humilibus. Hæc ille.

Ecce quam communiter omnibus insidiatur superbia, cuius etiam commixtione sanctam actionem commaculare artifex ille fraudulentus molitur, siue in operis initio, medio, vel fine. Dum enim bonæ actioni impedimentum præstare nequit, quo minus ipsa perficiatur, intentionem saltem conatur corrumpere, puta vt operationis finis constituatur peruersus, gloria scilicet vana, vbi si vincitur, medio actionis insidiatur, vbi in persecutione operis sibi de continuatione blandiatur viribus suis aliquid attribuendo. Quod si etiam ibi despicitur, etiam fini operis tendiculam ponit, vt homo in vanam lętitiam, de perfectione operis sui efferatur. Exempli causa, vult aliquis elemosynam dare, cum id ne fiat hostis impedire non potest, hortatur vt ad eã consequendam gloriam mundi tribuat quod si etiam in hoc repulsam, vsq; in actionis consummationem patitur, aliã magis periculosam ingerit. Facit nanq; vt intra se dicat. & cogitet, qui elemosynam facit: Rectè iam opus tuum perfecisti, inimicum vicisti, non inanis gloria, non vitium vllum te superauit, putans ne alius aliquis ita egisset? Ecce eo ipso, quo is superbiam prius suppressit, in ipsam iam dilabitur, atque ruit. Adeo communis est hæc tentatio, etiam bonis, vt vix in hac vita possit funditus extirpari. Hinc quidam contra hanc pestem rectè exclamat: O inquit monstrum horrendum ingens superbia, quæ nunc à suo contrario, nũc à propria morte nefariam trahis originem, à dextris impugnas, & à sinistris. Si viuis, si moreris, semper sæuis, semper impellis vt cadamus. Consyderemus si non sic actum est cum pharisæo quem nobis in exemplum proponit dominus non imitandum, sed fugiendum. Ambulauit siquidem vias rectas cæterarum virtutum. Nam iustus erat non appetendo, quod suum non erat, quia non erat raptor, neq; retinendo, quod aliorum erat, quia decimas dedit omnium, quæ possedit. Continens fuit

Omnis actionis bonæ principio medio, & fini superbia insidiatur.

non adulterando. Temperatus bis in sabbato ieiunando. De his quoque omnibus gratias egit Deo. Quid autem gratitudine rectius esse potest? Quid peruersius ingratitudine? Posuit tamen iuxta hoc iter (quo ambulabat pharisæus) laqueum ignorantiæ diabolus, quo compræhensus corruit in foueam contemptus ceterorum, in contemptum nominatim astantis, ac pœnitentis publicani. Nequitia enim hæc est dæmonum, non omnia statim deprauare, sufficit eis vel vnus aditus ad perniciem. Sciunt bonum constitui ex circumstantiis omnib⁹ bonis, vt vult Dionysius: Malum verò sibi sufficit ad reatum si vel in vno peccauerit. Ecce quã difficile est iusto esse sollicitum, ac cauere, ne iustitiæ detrimentum patiatur, quod beatum Petrum attendisse existimo dum in prima sua canonica capitulo quarto ait: Tempus est vt iudicium incipiat à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorũ, qui nõ credunt euangelio? Et sequitur ad propositum: Et si iustus quidem vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebũt? Reuera vix saluabitur iustus, dum (vt Augustin⁹ in de sancta virginitate ait) fieri potest, vt quisque mala vera deuitet, & vera bona in se consideret, & de his patri luminum gratias agat, à quo descendit omne bonum optimum, & omne donum perfectum, & tamen elationis vitio reprobetur, si aliis peccatoribus maximeque peccata in oratione confitentibus, vel sola cogitatione, quæ coram Deo est, superbus insultat, quibus non exprobratio cum inflatione sed miseratio sine desperatione debetur. Hæc ille. Et tantum de secundo.

Ecce audiuimus monstri huius periculum, colligamus nunc ex euangelio doctrinas aliquas, quibus poterit eliminari. Et quidem generale, & efficax remedium contra hanc pestem est humilitas. Ad quam sapiens hortatur Eccle. tertio. Quantò maior es humilia te in omnibus. Sed facilius est dictu, quam factu, facilè quidem verbo nos humiliamus. Cœteris verbo nos postponimus. Quoniam & superbi corde nonnunquam volunt humiles videri, verbis se vilificantes. Hæc enim est palma superbiæ, ait Gerson super magnificat: Videri vult humilis ne vilescat. Confitetur aliquando se peccasse, immo plus peccasse, quam fecit, aut sibi conscius sit. Quare hoc? quia quærit in peccato laudem iustitię, dum audit à sapiente. Iustus in principio accusator est sui. Prouerbio. decimooctauo. Sed non ita facilè est corde humiliari, quoniam prauum est cor hominis, & inscrutabile. Quis enim cognoscet occultissimos in cordis finibus Sathanæ laqueos? & væhementes impulsus quis euadet?

Quomodo deniq; poterit homo iustus bene sibi conscius de virtutibus, non iudicare se virtutes habere, vt sic corde humiliatus parua de se sentiat, hic labor est. Verum possumus ad propositum nostrum aliquas notare doctrinas. Solet autem ex duplici radice superbia originari scilicet comparatione sui ad alios. Et ex consyderatione bonorum propriorum in se ipso sine comparatione.

Circa primum notantur tres doctrinæ. Prima ne ex comparatione sui ad alios homo superbiat, seipsum aliis prę ferendo, in nobis semper aspiciamus, quod minus habemus. In proximis verò hoc, quod nobis amplius acceperũt. Sic enim dum ipsos super nos pro bono, quod ipsi habent & nos non habemus, aspicimus, non iam nos eis proponimus, sed magis nos sub eis humiliando ad ipsa bona, quæ non habemus, obtinenda crescimus. Doctrina hæc est beati Gregorii homil. decima super Ezechielem, propter hoc enim sicut temporalia bona pro regionum communione diuiduntur, ita bona spiritualia mentium. Sicut dicit apostolus: Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem spiritus primo Corinthiorum decimosecundo vt alter alterius consyderatione humilietur, dum sibi quisque alterum pręfert in eo, quod ipse mi-

Ne ex cõparatione sui ad alios homo superbiat.

nus accepit, vel omnino non accepit. Poterat enim dominus, ſed noluit vni dare omnia, ne elatus in ſuperiora cadat. Sic Paulus innocentia aliorum apoſtolorum conſyderata, memor præteritæ perſecutionis, totius denique ſuæ ſollicitudinis oblitus, in vocem magnę prorupit humilitatis hodiernæ epiſtolæ. Ego inquit ſum minimus apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari apoſtolus, quia perſecutus ſum eccleſiam Dei primo Corinthior. decimo quinto. Quo contra ſuperborum typum gerens phariſæus, quod diuina pietas in augmento diſponit humilitatis, in argumentum vertit elationis, & ex diuerſitate munerum in bono defecit, vnde ad humilitatem creſcere debuit. Cogitans nanque bona ſua, & proximorum mala, vocem ſuperbiæ protulit: Nō ſum ſicut ceteri hominum, velut etiam hic publicanus.

Nō ſcrutetur hō curioſè dicta aut facta aliorum.

Secunda doctrina perutilis hæc eſt, quatenus homo non curioſè ſcrutetur dicta, & facta aliorum, maximè defectus & peccata, ſicut Bernard. ait: Caue ſerue Dei alienæ vitæ eſſe curioſus inquiſitor, & temerarius iudex. De hoc Gerſon ſuper Magnificat ita ait: Fuge quantum potes experientiam, tecum habita, te cogita, te circumſpice, clauſos in alienis ſceleribus, apertiſſimos in tuis oculos habe. Quid enim neceſſe eſt, vt alienis ſordibus cor tuum inquines aut impleas, ſuſpitionibus maliuolis, & impuris? hoc quia egit publicanus, ſe non alium iudicauit, ac humiliter ſuis peccatis veniam impetrauit, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.

Tertia doctrina ſecundum beatum Auguſt. in de ſancta virginitate: Siquis in ſe cognouerit aliquod excellens donum Dei, quo proximum carere videt, vt non ſimulet humilitatem, ſed magis exhibeat. Simulatio enim humilitatis, maior ſuperbia eſt. Cogitabit ergo occulta dona Dei, quæ neque in ſeipſo, nec in alio ſibi nota eſſe valent, quæ ſcilicet non niſi tentationis interrogatione declarantur. Et quia hęc iſtum habere, quem ſecum cogitat, ſcire nequit, ſe ei præponere omnino nō poteſt. Sicut ſe ditiorem reputare non poteſt, qui in burſa ſua numeroſiorem habet pecuniam, quam alter in ſua, neſciens quid alter habeat in ciſtarum clauſura. Exemplificat autem beatus Auguſt. de Virgine, & coningata, quamuis enim virginitas melior ſit caſtitate coniugali, poteſt tamen eſſe propter aliquam occultam mentis infirmitatem, quod virgo nondum matura ſit martyrio. Coniugata verò, cui ſe præferre geſtiebat, iam poſſit bibere calicem paſſionis, quo dono ſine dubio etiā virginalis puritatis dona tranſcendet. Sic ſi ſuperbus phariſæus dum ſua dona cogitabat, ſimul publicani humilitatem cunctis donis ſuis meliorem ponderaſſet, nequaquam ſe illi prætuliſſet. Ecce tres doctrinas, quibus ſuperbia illa, quæ ex comparatione noſtri ad proximos oriri ſolet, repellitur.

Aduertamus & nunc alias quaſdam, quibus ea arrogantia, quæ ex propriorum magnificatione bonorum in nobis generatur, quarū prima hæc eſt. Quod ens in nobis bonum aliquod excellens conſyderamus, continuò cogitemus id à nobis non eſſe. Sicut dicit apoſtolus. Quid habes quod non accepiſti? q.d. nihil 1. Corinthior. 4. Ipſum autem eſſe cognoſcamus à domino patre luminum collatum, à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum Iaco 10. Et ideò non gloriari in eo quaſi ſuo. Sicut vbi ſupra apoſtolus ait. Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Sed magis ſi gloriandum eſt, in domino glorietur, huic gratus ſit, hunc ex dono ſuo, quod indigno tribuit, benignum clamabit, nihil ſibi arrogabit, ſed ne abutatur eo tanquā rationem redditurus ſollicitè timebit. Sicut etiam non ideò ſe ditiorem putabit aliquis, quia multa apud eum depoſita ſunt, de quibus ratiouem reddet. Primum quidem tenuit phariſæus, in eo enim quod dixit, Deus gratias tibi ago, ſe iſta bona, de quibus iactabat ſe à domino recepiſſe cognouit, alioquin

quo-

quomodo grates rependisset. Sed in eo culpabiliter defecit, quia in se, quasi non accepisset, gloriabatur. Nisi enim in se gloriatus fuisset, non habentes quomodo contempsisset? Alienum quoque iudicabat publicanum, qui domino suo iam iustificatus astabat. De hoc quoq; dominus apostolis suis formam dedit q̃d agerẽt in hoc articulo Io 15. Non inquit vos me elegistis, ne gloriemini quasi ex vobis. Sed ego elegi vos, ne sitis ingrati quasi non acceperetis. Et posui vos vt eatis, & fructum afferatis, ne torpeatis ocio, gratiam Dei in vacuum recipientes, & fructus vester maneat, quatenus perseuerantia coronetur.

Altera doctrina est Cum surgit alicui complacentia acceptorum donorum, propter quę sibiipsi complaceat, cogitet quia dubium est, an ea, quæ magna apparent, sint talia idest bona in veritate. Virtutes enim verę non sunt, nisi quas gratiæ gratificantis radix profert viuificat, fouet, & roborat, quia non habet aliquid viriditatis ramus boni opis nisi maneat in radice charitatis. Nescit autem homo an odio, vel amore dignus sit. Eccle. nono per gratiam gratum facientem, quare ignorat se veras habere virtutes. Neque qui seipsum cõmendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat secundo Corinthio. 10. Sicut nec qui seipsum exaltat, exaltabitur, sed qui se humiliat (ait dominus) exaltabitur. Tertia doctrina ad idem est. Diligenter & cum timore pensandum est, quoniam etsi aliquid boni facio, tamen qua districtione illud à domino iudicabitur, aut quo fine terminetur ignoro. De primo ait Grego. 5. moral. Sæpe iustitia, nostra ad examen diuinæ iustitiæ deducta, iniustitia est, & sordet in conspectu districti iudicis quod splendet in conspectu operantis. De secundo Eccle. nono Nescit homo finem suum, & omnia in futurum reseruantur incerta. Quis etiam hominum audiens opera bona pharisæi, & mala publicani, præferat illi iustum? & tamen ait dominus. Amẽ dico vobis, descendit hic iustificatus ab illo. Et Matt. 21. ait. Amen dico vobis, quia meretrices, & publicani præcedent vos in regno Dei. Hinc ait psal. Venite, & videte opera domini, quoniam terribilis in consiliis super filios hominum. Quis dignè consyderare valet (dicit Greg. super Ezechie. homil. octaua.) quantus super nos sit terror consiliorum Dei, quando & alter ex virtutibus in fine tendit ad vitia, & alter ex vitiis in virtutibus concludit finem. Hinc Salomon Eccle. nono. Sunt iusti, ac sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo an odio, vel amore dignus sit, sed omnia in futuro seruantur incerta. Et est via, quæ videtur homini recta, & nouissimum eius ducit ad mortem. Quapropter de nulla virtute debemus confidere, sed sub magno timore trepidare. Hæc Grego. Augustinus quoque flens pro matre, ait. Væ vitæ etiam laudabili hominum si remota misericordia iudicetur. Et hæc consyderatio inter omnes efficax videtur ad destruendum superbiam, humilitatemque pariendam. Sunt tamen & aliæ doctrinæ multę humilitatis, immo totum euangelium doctrina est humilitatis. Sed has nunc seruemus, humilitatem publicani imitantes nihil de nobis, sed solum in diuino adiutorio præsumentes, dicentes humiliato corde. Deus propitius esto mihi peccatori, quatenus & nos iustificati à domino in domum nostræ conscientiæ descendere mereamur, præstante humilitatis doctore &c.

Cogitet hõ an dona q̃ hẽt sint magna vt parent.

Cogitandũ qua districtione iudicabiť a dño, q̃ boni facimus.

DOMINICA XI. EVANgelium Lucæ XVIII Sermo II. in ordine. LXXI.

ORATIONEM nobis necessariã esse, dominus per aliam parabolam iudicis iniquitatis, & viduę domino ostendit. Quod etiã euidens ratio

tio probat. Qui enim sibi non sufficiũt necessario subuenire, potentium auxilia oratione mendicant. Nobis autem non sufficimus, neq; in exterioribus naturalibus, & spiritualibus. Exterioribus multis indigemus, quorum omnino nullam habemus facultatem. Indigemus enim cœlo ad illuminandum, ad influẽdum elementis, aere ad respirandum, terra ad sustentandum, & germinandum, aqua ad irrigandum, & fœcundandum, & mundandum, igne ad calefaciendum, coquendum. Indigemus enim mixtis ad cibum, potum, vestitum, & nihil horũ nostrę subiacet voluntati, & tamen sine his viuere non valemus. In naturalibus similiter indigemus vita corporali, sanitate corporis, membrorum fortitudine, ac corporis complexionali perfectione, nec tamen illa nostræ subiacet potestati. Nemo sibi vitã nec dare, nec ad momentum conseruare potest, manifestum est similiter de cœteris. In spiritualibus anima, scientia, & cognitione quo ad intellectum. In memoria phantasmatum, aut eius specierum collectione. In appetitu bonorum electione. Prima duo similiter in potestate nostra non sunt. Non enim quæ volumus, cogitamus, neque memoramur. Tertium etsi magis sit in voluntatis potestate propter eius libertatem ad opposita velle, non velle, tamen difficile est, vel propter intellectus errorẽ, vel contrariam inclinationem in spiritualibus virtutibus infusis, & gratia, quę solus Deus in nobis operatur, vt dicitur dist. 27. lib. 2. Vnde verum dixit apostolus. Non sumus sufficientes cogitare &c. 2. Cor 3. Et ad Gala. 6. Si quis se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Hinc quia his indigemus, & adhuc ad acquirenda nobis non sufficimus, necesse est, vt ad Deum, qui solus hęc largiri potest recurramus. Hinc admonet dominus. Oportet inquit semper orare, & non deficere. Et apostolus 1. Thes 5. Sine intermissione orate. Nimirum quia sine intermissione Dei beneficiis indigemus.

Verum, quia non omnis oratio efficax, plurimumque orationes sunt cassę, & inanes, ideo ad orationem præparans, & docens nos dominus, in præsentis euangelii parabola docet nos seruare humilitatem, quæ est conditio valde necessaria oranti vt eius oratio exaudiatur, hanc quia non habent superbi, de sua iustitia præsumentes, & infirmos despicientes cum orant, non exaudiuntur. Hæc glo. Nam excelsus dominus & humilia respicit, & alta à longè cognoscit psal. 137. Item respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. Docet ergo nos exemplo pharisęi superbi in sua oratione repudiati, & publicani humilis iustificati, cauere superbiam nostrarum orationum effectum frustrantem.

Superbia facit orationem vanam.

Quia autem inter cętera vitia plus latet superbia, & ideo multi ea laborãt putantes se humiles, videamus, quid sit superbia, vt eam cognoscentes facilius vitemus, & cum humilitate ad orationem nobis valde necessariam præparemus. Superbia communiter à doctoribus Alexandro de Ales & sancto Tho. ac cęteris sic describitur. Est immoderatus amor proprię excellentiæ. Et August. 14. de ciui. Dei cap. 13. Est peruersæ celsitudinis appetitus, & concordat præcedenti, nam appetitus peruersæ celsitudinis est amor immoderatus. Nã declarans, quæ sit peruersa celsitudo, subdit. Peruersa enim celsitudo est deserto eo, cui animus debet inhęrere, principium sibi quodammodo fieri, & esse. Principium hoc fit, quando sibi nimis placet. Sibi verò ita placet, cum ab illo bono immutabili deficit, quod sibi magis placere debuit, quam ipse sibi. Et dicitur notanter immoderatus appetitus. Nam non omnis appetitus excellentię ad superbiam pertinet. Est enim appetitus excellentiæ virtuosus, & laudabilis. De quo beatus Bernard. sermone 4. de ascensione domini ita scribit. Ascendendi tenemur concupiscentia. Quis docebit nos ascensum salubrem? Ecce præsupponit esse quendam salubrem ascensum, quo tendamus. Tendere itaque ad excellentiam virtutum, & ascen-

aſcendere de virtute in virtutem, donec videatur Deus Deorum in Sion excellentiſſimę dignitatis, & ſummę, laudabile eſt, quia diuinæ legi, & rectæ rationi conſonum, & ita non inordinatum.

Quot ſunt ſpecies ſuperbiæ.

Fit autem appetitus excellentiæ proprię inordinatę quadrupliciter ſecundum beatum Gregorium 23. moral. &c. Primò cum quis bonum quod habet ab alio, exiſtimat à ſeipſo habere. Quod tamen intelligi non debet, quod ille error ſolus in intellectu ſit peccatum ſuperbiæ, tum quia ſuperbia, ſicut omne peccatum eſt principaliter in voluntate, quę circumſcripta nullius alterius potentiæ actus culpabilis eſt, ſicut nec laudabilis. In inuoluntariis enim neq; laudamur, neque vituperamur. 3. Eth. Tum quia ſuperbia diffinita eſt per amorem, ſiue appetitum, qui non ſunt actus intellectus, ſed voluntatis. Sed intelligendũ eſt, quod prima ſpecies ſuperbię eſt amor inordinatus propriæ excellentiæ, quo quis bonum, quod habet ab alio, appetit habere à ſeipſo, pro eo quod excellentius eſt bonum habere à ſe, quam ab alio. Ab alio ſcilicet Deo. Non enim videtur eſſe ſuperbia, quod aliquis à ſe appetit habere, quod habet ab alio homine, & per hoc vellet non ſubiici homini non ſuperiori, ſaltem non videtur eſſe ſuperbia mortalis, cum nullo præcepto obuiet, nec videatur eſſe coutra charitatem Dei, nec dilectionem proximi. Secus ſi nollet ſubiici ſuperiori ſibi conſtituto. Sic enim qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Roma. 13. Vnde ſiue exiſtimet ſic, ſiue non, dũmodo vult ita, eſt peccatum ſecundum hanc primam ſpeciem, verum quod frequenter huiuſmodi voluntatem ſequitur ille error, quod excecata mens à voluntate, putat habere à ſe, quod habet ab alio. Eſt autem ille appetitus, ſiue amor immoderatus, & per conſequens inordinatus, quia eſt vltra menſuram à Deo homini traditam, ſiue conſtitutam qui conſtituit ſe principium omnis boni, & omnium donorum largitorem vt habet Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum &c. Contra hanc ſpeciem laborantes, & inaniter gloriantes, ait apoſtolus 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?

Contra hanc ſpeciem peccant omnes, qui de bonis ſuis tanquam de propriis non à Deo acceptis laudem quærunt, & honorem, contra illud prophætæ. Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Et illud apoſtoli 1. ad Thim. 1. Regi autem ſeculorum immortali inuiſibili Deo, honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Item Eſaię. 48. Gloriam meam alteri non dabo. Secundo modo cum quis bonum, quod habet ab alio per gratiam, æſtimat ſe habere ex meritis, eo quod excellentius eſt aliquid habere ex meritis, quam per gratiam. i. habere ſicut ſibi, aut operibus ſuis ſecundum iuſtitiam & debitum, quàm per ſolam gratiam ſine meritis Et intelligatur, ſicut dictum eſt in primo modo, vel ſpecie. i. ſecundus modus eſt amor immoderatus propriæ excellẽtię, quo vult illud, quod habet ex gratia ſe habere ex meritis. Contra ſic ſuperbientes dicit gloſa Auguſtini ſuper verbo ſupra allegato. Quid habes, quod non accepiſti. Sciendum eſt, neminem poſſe diſcerni ab illa perditionis maſſa, niſi qui hoc bonum habet, vt credat, quod quicquid boni habet, gratia ſaluatoris accepit. Ideo ſpecialiter contra Deum ſuperbiunt, qui putant, & volũt quodcunque à Deo ſibi datum, vel dandum non gratuitò donari, ſed ex debita tanquam dignum præmium meritorũ, non attendentes, quod etiam noſtra opera meritoria ſint dona, & opera Dei, ſicut Eſaias cap. 26. ait. Omnia opera noſtra operatus es in nobis domine Deus noſter, vnde cum noſtra merita pręmiat, ſua dona coronat. Auguſtinus ad Sixtum.

Superbia eſt. cum quis putat ſe bonum habere, qđ non habet.

Tertius modus eſt, cum quis exiſtimat ſe bonum habere quod non habet. Exponendo vt ſuprà, vt cum quis propter ſui excellentiam vellet habere ſcientiam, quam non habet, vel ęſtimat ſe habere bonum, quod non habet, aut

ma

maius bonum, quam habet, & complacet sibi in illo vt tali, & de eo gloriatur contra hanc speciem peccat. Quales sunt, qui ad magnas curas animarum tendunt, dignitates, officia, æstimantes se idoneos, & talibus officijs sufficientes, & dignos. Contra quos Apocal. 3. dicitur angelo Laodiciȩ ecclesiȩ, Dicis quia diues sum, & locuples, & nullius egeo, & nescis, quia miser es, & miserabilis, pauper, cęcus, & nudus. Ad hūc ētmodum reducitur, cum quis negat peccatum, quod in se est amore suæ excellentiæ, per hoc attribuens sibi innocētiam ab hoc peccato, quam non habet. Similiter qui quærunt excusationes in peccatis, vel qui peccata commissa defendere nituntur, quasi non essent peccata. Talis fuit superbia parentum primorum se excusantium.

Quartus modus est cum quis singulariter se appetit, vel estimat habere bonum, quod habet, despectis cœteris. Talis fuit superbia pharisæi, vt dicit Grego. vbi supra cum ait, non sum sicut cœteri, & velut hic publicanus. Tales sūt etiam, quicunque in aliquo bono sibi complacent, quasi eis singulariter dato, aut sibi excellentius dato. Tales sunt ēt qui propter sui excellentiam singulariter videri volunt in verbis, factis, doctrina, vestitu, incessu, & aliis.

Qui laborant his modis superbię frustra orāt

His modis superbię, qui laborant, frustra orant. Idcirco quia nobis magna orandi necessitas imminet, studeamus ante omnia á nobis hos superbiæ modos abiicere. Cui confert trimēbris consyderatio. s. nostræ infirmitatis, diuinę magnitudinis, & operum, seu bonorum nostrorum imperfectionis, vt dicit sanctus Thomas 2. 2. quæst. 47. arti. 6. de primo dicitur Eccle. 11. Quid superbis terra & cinis? De secundo dicitur Iob. 15. Quid tumet contra Deum spiritus tuus? De tertio Esaiæ 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos feni. Et 64. Omnes iustitiæ nostrę sicut pannus menstruatæ. Caueamus hos modos superbiæ, non quæramus laudem de operibus, aut bonis nostris quasi à nobis, quo ad primum. Non remurmurem per impatientiam in aduersis, quasi non meritis, nec ingrati in prosperis simus quasi nobis debitis, quo ad secundum. Non excusemus in peccatis, nec per hypocrisim velim* videri iusti &c. quo ad tertium. Nec appetamus præferri proximis, aut scientiam, vel dona abscondamus à fratribus, vt soli appareamus, reiiciamus cultum vestium superfluum, honorem &c. quo ad quartum. Curemus ergo imitari publicanum, & fugere mores pharisęi. Stemus à longe per propriæ infirmitatis consyderationem, deprimamus oculos, nec leuemus in altum per diuinæ magnitudinis attentionem, percutiamus pectora nostra per peccatorum nostrorum, & imperfectionum agnitionem. Sic enim cum eodem instituti poterimus infundere preces confidenter, si tamen etiam aures nostras suis accomodauerimus præceptis. Alioquin contra clamat scriptura. Qui auertit aurē suam, ne audiat legem, oratio eius erit in peccatum. Prouer. 28.

DOMINICA XII. PEregrinationis Sermo I. in ordine. LXXII.

EVANGELIVM Matthęi 5. De curatione surdi, & muti. Aue maria.

In primo pulsat aures audientium, cur dominus qui omnia quæcunque voluit fecit in cœlo, & in terra, & in omnibus abyssis psal. 134. qui & seruulum centurionis, ac filiam syrophonissæ solo verbo absens sanauit, & filium viduę defunctum iam tumulo inferendum, Lazarum quoque quatriduanum, ac sepultum, solo vocis pręcepto suscitauit. Curando mutum, & surdum tantam impendit operam. Nam cum à turba seorsum appræhendit, digitos suos in auriculas eius misit, expuens linguam tetigit, & suspiciens in cęlum ingemuit. Et sic tandem vt sanitatem consequeretur impetrauit dicens, Ephera, quod est adaperire. Nō enim præsumendum, quod

Cur dominus in surdi curatione tantā impendit operam.

à di

à diuina sapientia aliquid casu, aut frustra procedat, aut scilicet sancta verba in scriptura canonica superfluant, vel sine causa a sanctis scriptoribus sint cõscripta. Ad quod dubium respondetur, quod omnia Christi opera in humanis exhibita, nedum verba doctrinaliter prolata docuere, quę sunt salutis. Vnde Grego. 2. moraliũ ostendit, quomodo sacra eloquia à circunstantiis, quæ narrant, exprimant merita, finesque causarum, prout ibidem exemplificat de positione corporum, de designatione temporum, qualitate elementorum, & similium. Non ergo dominus hęc, quæ dicta sunt circa infirmi curationem, exhibuit quasi sine his curari non possit, cui subest, cum voluerit posse. Sap. 12. Sed has circunstantias adhibuit, & vt languoris spiritualis per corporalem designaret grauitatem, & curandi modum nobis aperiat, & per vnius surdi, & muti corporaliter curationem, ad sanationem suam quærendam multos spiritualiter surdos, & mutos prouocet, & informet. Vnde singula in hac curatione descripta, diligenter sunt attendenda.

Surdus quemlibet mutũ, & surdum spiritualiter repręsentas.

Surdus itaque ille, & mutus, quemlibet spiritualiter surdum, & mutum repręsentat. Est autem spiritualiter surdus, qui diabolo aures eius obturante verba vitę, ac celestis patriæ non capit. Et mutus, qui ad laudes Dei, & salutis eloquia proferenda, linguam habet ligatam. Nam & surdus, ac mutus, de quo in euangelio ad litteram, non fuit talis à natiuitate, sed à demone eum possidente, vt dicit Hiero. Sic & spiritualiter surdus, ac mutus, non à naturę defectu, sed à propria culpa, & dæmonis eum possidentis operatione mutus est, & surdus. Et hęc infirmitas spiritualis longè grauior, magisque fugienda est etiamsi ad mortem corporalem perduceret, quia mors corporalis; quæ ex naturali defectu prouenit, si non coniungatur infirmitas spiritualis, & diabolica ianua vitæ constituitur. Grauissima autem est infirmitas spiritualis, quia mortem inducit ęternam. Vnde tantò grauior, quantò mors æterna grauior est temporali, & quantò minus sentitur, quoniam per hoc ad eius curationẽ minus laboratur. Et vtinam qui spiritualiter surdi sunt, & muti, essent etiã corporaliter surdi, & muti, vt sicut bona audire, & loqui contemnunt, ita nec mala, ac venenata colloquia audire, & blasphemias in Deum, & detractionem in proximos, ac lasciuia proferre non possent in se ipsos, minus. n. est malũ, si non facientes bonũ saltẽ à malo abstineant. Sed nũc duplex malũ est negligere bonũ, & facere malũ contra illud psal. Declina à malo, & fac bonum. Sed hæc calliditas, & fraus est Sathanæ, vt quos regit, mutos faciat ad salutis eloquia, & loquacissimos ad turpia, & scandalosa. Sic surdos efficit ad audiendum verba Dei, doctrinas salutares, ac monitiones pias, & fraternas.

Sed attentos ad scurrilia, vana, & ludicra, & superstitiosa. Nec mirum, nam generale est quemlibet loqui linguam patrię, & loci, de qua oriundus est, vel in qua moratur. Nam ex loquela noscitur homo, cuius sit patriæ, an inferior sit, an superior, an contubernalis Hinc dictum est ad Petrum apostolum, Galilęus es, nam & loquela tua manifestum te facit.

Tria habitacula sub omnipotenti manu Dei.

Sunt autem secundum B. Aug. in libro de triplici habitaculo sub omnipotenti manu Dei tria habitacula, summum, imũ, mediũ. Summũ regnum Dei Imum infernus, Mediũ mũdus iste appellatur. Ad summũ, aut imũ quilibet hominũ finaliter, atq; ęternaliter deputatur, & hæc patria sua. Nam mundus ille non patria, sed locus peregrinationis, nõ mansionis est, vbi cõmixti sunt cum bonis mali, ex quo vtraq; mansio suppletur. Hominũ. n. huius mundi alii eleuantur in cœlum alii trahuntur ad infernum. Similes similibus iunguntur boni bonis, mali malis. Iusti homines iustis angelis, & trangressores homines, transgressoribus angelis. Serui Dei Deo, serui diaboli diabolo, Benedicti vocantur ad regnum, quod eis paratum est ab origine, maledicti expelluntur in ignem ęternum, qui paratus

tus est diabolo, & angelis eius. Hæc Aug. Hinc seipsum quilibet iudicare potest ex propria loquela, & auditu, si audit, & loquitur de superioribus, ac cęlestibus, superior est, & cęlestis. Si de inferioribus diaboli operibus de luxuria, vana gloria, diuitiis ac voluptatibus seculi, cœterisque turpitudinibus, inferior est, cuius patria est infernus sicut diuitiis epulonis. Luc. 6.

Vt curetur homo à surditate, quid eis faciendum

Audistis surditatem, & linguæ vinculum, quod diabolus operatur in filiis diffidentiæ. Audiamus siquis deceptus est, sua culpa, surdus factus, & mutus, quemadmodum curari poterit, docuit hoc dominus in curatione huius, de quo euangelium. Quinque per ordinē circa hunc ęgrum acta sunt. Primum adductus est ab aliis orantibus pro eo. Et quis efficacior orator, quam sponsa Christi ecclesia, quam sponsus libenter audit, & exaudit? Nam & id se facturum multipliciter promisit. Qui ergo se surdum, & mutum agnoscit, ita vt ipse ad dominum accedere formidet, mittat pro se ecclesiam. Iungat se ecclesiæ precibus, & officiis, & se commendet deuotis Dei famulis, sibique procuret intercessores elemosynis, per quos adduci possit ad dominum. Iacobus. Orate pro inuicem, vt saluemini, quia multum valet oratio iusti assidua. Consyderet grauitatem, & periculum huius spiritualis infirmitatis, & vigilet, & discurrat, non det animæ suæ requiem, hoc libenter subeat pro æterna morte cauenda, qđ faceret pro temporali morte differenda. Secundum est, vt se separet à turba relinquat societates noxias, quę nullo diuinæ legis freno reguntur, quorum voluntas propria vitæ suæ regula est, quibus minus curę est offendere Deum, quam canem, quorum nedum actus sunt peruersi, sed mens, & cogitatio simul, & verba sonant patriam infernalem, quibus pœna est audire, vel loqui de superis. Istos enim nisi quis deserat, curari non potest. Nam vt dicit glosa, prima saluti via est, de turba educi. Item teste Isido. Qui tangit picem, inquinabitur ab ea, nec habitans cum serpentibus diu tutus erit. Impossibile est nouam vitam inchoare, nisi recedatur à veteri. Et quomodo potest auditum cœlestium recuperari apud eos, vbi nū quam talia resonant, quæ audire refugiunt? Aut quomodo potest lingua solui ad verba salutis, vbi iuges resonent blasphemię, maledictiones, periuria, lasciuiæ, turpitudines, detractiones, & huiusmodi.

Cur dominus imisit indigitos in auriculas surdi

Tertium est immissio digitorū Christi in auriculas. Per digitos secundum glo. intelliguntur dona sanctispiritus, quibus aures cordis aperiuntur ad intelligenda, & suscipienda verba salutis, his donis in cognitione veritatis, & affectu charitatis perfici, est digitos Christi in aures cordis suscipere, & cum affectu desyderare, nam sicut per dexterā filius, ita ꝑ digitos intelligitur spiritus sanctus, secundum illud hymni. Dextrę Dei tu digitus, vel per digitos manus, intelliguntur discretę operationes, vnde tunc digitos in auriculas suscipit. dū quæ audiendo intelligere potest, opere perficit. Hoc enim maximè dignū reddit intelligere maiora, si minora intellecta ad opus deduxit. Hinc dominus Matth 25. Euge serue bo. & fid. quia in paucis fuisti fidelis, supra multa te constituam. Quartum tactus lingue saliua oris domini. Sputum, vel saliua ex ore domini secundum glosam sapor est sapientiæ Dei. quæ dicit, Ego ex ore altissimi prodiui. Eccl. 24. hęc linguam tangit, dum ad verba confessionis fidei, eiusque saporem instruit, vt iam non libeat vanis, aut facinorosis, sed nec ociosis sermonibus linguā accomodare, sed omnia loquenda prius per libram diuinæ sapientiæ ponderare. Linguam nostram tangit saliua domini, quotiens ad linguę nostræ refrenationem memoramur verborum diuinæ sapientiæ. De omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Nam ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Mat. 12. Et illius 1. Cor. 5. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et illud ad Eph. 4. Prophana multiloquia deuita, omnis ser

sermo malus ex ore vestro non procedat. Sed siquis bonus, ad ędificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Item cap. 5. Omnis fornicatio, & immunditia, turpitudo, ac scurrilitas, nec nominetur in vobis, Item ad Col. 4. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis, quomodo oporteat vos vnicuique respondere. Si enim quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, huius vana est religio. Iacob. 1. cap. 3. Lingua ignis est vniuersitas iniquitatis.

Quintum quod suspiciens in cœlum ingemuit, quo nos cęlum intendere, & in eo thesaurum nostri cordis erigere docuit, vt secundum corporis nostri formam ad cœlestia mens erigatur, ne inferior sidat mens, corpore celsius leuato vt dicit Boetius metro vlt. lib. 5. Et ingemiscere per cordis compunctionem, & pro nostra à Deo cœli separatione propter peccata commissa, & pro regni dilatione. Qua duplici cordis compunctione friuola carnis lętitia purgatur, vt dicit glosa. Hæc quinque si nobis exhibemus, gratia domini, eiusque pietas aures nostras aperiet, vt vera, & salutifera audiamus cum affectu obedienter, & vincula linguæ soluet, vt de auditis aure cordis, eructet verbum bonum duplicis confessionis, laudis diuinæ, & fraudis proprię, & sic loquamur rectè diuina sapientia instructi, ita vt in nostra conuersione populi mirentur, nobiscum laudantes dominnm, & dicentes, Bene omnia fecit. Qui totum hominē sanauit per gratiam, sanaturus tandē perfectissimè per gloriam. Quam nobis concedere dignetur trinitas benedicta.

DOMINICA XII. SERmo. II. in ordine. LXXIII.

Doctrinā euangelii populus co

BENE omnia fecit. Marc. 7. Magna nobis, & profundissima ex euangelio relucet doctrina, quę vitia in nobis expellit & virtutes inserit contrarias, quam populus mirabili perfectione illustratus acclamans prodidit dicens, Bene omnia fecit. Attendēs nanque hominem triplici miseria laborantem. Erat enim surdus, mutus, & à dæmonio possessus, secundum Hieron. Hunc quidem perfectè à domino curatum mirabatur, & mirando illuminabatur. Intellexitque operatione vniuersitatis rectorem optimum, & potentissimum, vnde exclamando eum prædicauit dicens, Bene omnia fecit. De quo Pro gratia Aue ma. In hoc euangelio, in quo beneficium cuidam misero impensum describitur, tria ponuntur. Primo descripturus euangelista miraculum, præcedentia quædam locum .s. & miseri oblationem præmittit. Secundò quædam concomitantia .s. Christi processum in operando, & ægroti sanationem. Tertiò curationem sequentia .s. doctrina humilitatis, & populi gratitudo subiunguntur. Circa primum ostenditur locus miraculi, qui fuit inter medios fines Decapoleos .i. regionis habētis ciuitates decem secundum Nico. de Ly. vide glo. ord. Ad hunc locum veniēs dominus post curationem filiæ syrophenissæ, adducunt ei surdum, & mutum. Surdus ille non fuit surdus, & mutus à natiuitate, sed à dęmone ipsum obsidente, fuit enim dæmonio obsessus, secundum Hiero.

gnoscēs laudat dominū.

Sed diceres. Potest ne diabolus hominem obsidere, & membra eius impedire, vel mouere? Pro quo notādum, quod omnem motum localem angelus potest causare in assumpto corpore secundum speciem, & ita motum membrorum, palpebrarum, manuum &c. Motum ēt inspirationis, & respirationis. Etiam motum, qui videtur esse progressius, sed tamen non potest exercere in assumpto corpore vitales operationes potentiæ vegetatiuæ, vt videri solet 2. sent. dist. 8. Possunt etiam dęmones per naturę suæ subtilitatem quæcunque corpora penetrare, & in eis sine aliquo obstaculo subsistere. Nulla enim corporalis dimensio impedit spiritum. Non enim naturæ substantiarum in genere, sed corpo-

An diabolus possit obsidere hominem.

porum dimensionatorum extra se existentium penetratio repugnat. Nullum ergo corpus obstaculum præbet, sed sicut lumen aera vsq; ad profundum pȩnetrat, & ibi manet, ita spiritus corpora humana subintrare potest, & ibi manere. Possunt etiam dæmones ratione suæ naturalis potentiȩ corpora, in quibus sunt, vexare, turbare, mouere, & affligere, ac naturales operationes talis hominis impedire, nisi prohibeantur à superiore agente, Deo. s. vel angelo bono. Et dum hæc faciunt Deo permitten te, dicuntur obsidere corpora hominũ. Permittit autem hæc Deus fieri, vel ad gloriæ suæ ostensionem in potestatiua eorum correctione, siue ad peccati punitionem, siue ad peccantis correptionẽ, siue ad nostram eruditionem.

Cur Des permittat dæmone in homine.

Est ergo responsio doctrinalis ad dubium. Dæmones, dum non prohibentur à superiore virtute, possũt humana corpora substantialiter subintrando obsidere, probatur multipliciter auctoritate scripturæ attestãtis dȩmones per Christum, & apostolos à corporibus electos. Non autem eijci poterunt à corpore, nisi prius ipsum inhabitent, & obsideãt. Item constat, quod aliqui à dȩmonibus obsidentur, vel ergo ex hoc, quod dȩ mõ operatur in eis aliquem effectum, aut quia est in eis secundum substantiam. Non primum, quia sic obsideret omnem peccatorem, ergo secundum. Corollariè sequitur, quod obsessio dœmonis dicit intimam præsentiam indistantem, & penetratiuam, substantialem tamen dȩmonis corpori hũmano. An autem dicat operationem eius in corpore ipsum conturbando, & vexando est inquit, nominis obsidere, quamuis sine tali operatione obsessio à nobis cognosci nõ possit. Sed diceret aliquis. Contra hoc est illud, quod dicitur in glo. super illud psal. Dominus in templo sancto suo. Simulacris assidere potest spiritus immũdus, intrinsecus esse non potest, ergo si non potest esse intrinsecus simulacris, multò minus hominibus. Item Beda super actus. Implet Sathanas cor alicuius non quidem ingrediens in eum, nec in sensus eius. Respondetur, quod aliquid dicitur esse intrinsecum dupliciter. Primò sicut contentum in continente, vt vinum in vase. Secundò, quia est alicui essentiale, aut influit in ipsum, & influẽdo perficit, & consummat, primo modo, non secundo modo diabolus est præsẽs homini. Ad Bedam dicitur, quod loquitur de ingressu, qui est secundum animã rationalem, siue secundum illapsum in animam rationalem. Solus enim Deus animȩ rationali illabi potest, non diabolus. Patet, quia illapsus duo dicit. s. intimam prȩsentiam eius, quo illabitur, & cui fit illapsus, & omnimodam, & plenam regitiuam præsentiam illabentis super illapsum, hoc secundum nulli nisi Deo conuenit, qui solus lib. ar. hominis auferre potest, & in homine operari qcquid vult. Nec obstat glo. super illud Luc. 4. Ecce homo habens dœmonium, intrauerat diabolus, vnde exierat Christus. Christus autem exierat, vnde illapsus erat, igitur &c. quia illa glosa loquitur de ingressu, & egressu, non secundum illapsum, vel secundum substantiam, quia Christus vbique est, sed secundum effectum gratiæ, & malitiæ. Hinc compertum est aliquando dȩmoniacos grammaticam, aut latinum loqui. Et sicut diabolus potest membra mouere, ita & impedire à suis officiis, & ligare, ne moueantur. Sic ergo in illo homine aures abstulit, ne verbum Dei audiat, & linguam, ne salutis consilia inquirat, quæ membra saluti hominis magis sunt accommoda, hic ergo domino adductus, perfectè curatus est.

Secundò Marcus describit infirmi Christo oblati curationẽ. Et circa hãc dominus vtriusque naturæ veritatem ostendit; diuinæ. s. & humanæ, sicut regulariter in omnibus fecit miraculis. Humanæ cum suspiciens in cœlum ingemuit. Siquidem gemere, & compati, ac de cȩlo auxilium præstolari, hominis est. Sed diuinam naturam in hoc declarauit, quia solo verbo curauit, ait. n. Epheta imperando, quod est adaperire. Et statim apertȩ sunt aures eius &c. hoc tangit Beda in hom. Sed dices. Cur tantum

Curatio inferni vtranq; ĩ Christo naturam ostendit.

tum

tum in hoc miraculo laborare visus est dominus, vt & digitos in aures, saliuā in os mitteret, & suspiciens in cœlum gemeret? Respondetur secundum Bedā quod dominus per hoc voluit proprietatem vtriusq; naturę ostendere, & humanę naturæ dignitatem, secundū Hie Ideo expuens tetigit linguam, vt ostenderet, quod omnia membra sacri corporis sancta existunt. Etenim sputum supfluum est, sed in domino omnia sancta fuere, siue vestimenta, siue sputa, ideo quandoq; per sputum, quandoq; per vestem, quandoq; per tactū sanauit infirmos, sed per significationem allegoricam innuit, quod non nisi per humanitatem Christi, animæ sanitatem consequi possumus, vitamq; spiritualem. Qđ enim dominus super surdo, & muto ingemuit, interitum animę doluit. Quod suspexisse dicitur, sicut & Luc. 10. dum parabolam incidentis in latrones recitauit, & dum Lazarum resuscitauit, lachrymas fudit, non amissionem vitę corporalis, quam continuò restituere venerat, sed animæ deplorauit interitum. Ioan. 11. Et quoniam inter cęteros sensus, & sensuum operationes auditus, & lingua plus saluti conferunt, vt puta quibus veritas agnoscitur, & vtraque confessio laudis, & fraudis saluti necessaria perficitur, vnde non à defectu naturæ, sed à dæmone ligati fuere, ideo curaturus sensus illos, digitis, ac oris saliua linguam, ac aures tetigit, vt ostenderet nostrę salutis instrumenta, & causas fore humanitatem Christi, nec quicquam gratis assumpsisse, nec ea, quæ nobis superflua apparent, vt vult Theo. Nam infirmitates nostras, quas pro nobis assumpsit, à nobis sustulit, & sanitatem perpetuam reparauit. Bene ergo omnia fecit, hęc acclamauit domino voce celebri populus. Nos idipsum credamus mente fideli.

Quicqd in effectum producitur ab immutabili principio procedit.

Duo autem in his verbis includuntur. Primum. Quicquid in effectum producitur quibuscunque cooperantibus medijs, à domino omnium potentissimo, sapientissimo, & immutabili principio procedit. Non enim solum creatorem naturæ in primordio conditæ, quod symbolum habet, sed creatorum gubernator, conseruator, & omnium, quæ sunt, aut fiunt perpetuus operator, Ioan. quinto vsque modo pater meus operatur, & ego operor. Ex ipso enim per ipsum, & in ipso sunt omnia Rom. 10. De hoc planissimè Boe. 4. de consol. prosa. 6. ait. Omnium generatio rerum, cunctusque mutabilium rerum progressus, & quicquid aliquo mouetur modo, causas, ordinem, formas, ex diuinæ mentis stabilitate sortitur, hæc in suæ simplicitatis arce composita, multiplicem rebus gerendis modū statuit. Et 1. confes. beati Augustini Ordinator & creator rerum omnium naturalium, Peccatorum autem tantum ordinator.

Ex hoc patet error eorum, qui singulis occurrentibus non dominum gubernatorem, sed tantum, aut fortunam, aut hominum industriam, aut malitiam attendunt, hinc in prosperis, & aduersis à Deo auertimur. Nam gratitudo tepescit ad Deum, & feruet odium ad proximum. Hanc veritatem, qui menti imprimit efficacissimum remedium cōtra impatientiam, & superbiam inueniet. Quis enim contra omnipotentem murmurare, quo minus re sua, vt vult vtatur, audebit? Item contra superbiam. Quomodo enim superbit, qui omnia à Deo recognoscit? Secundum. Non solum omnia in omnibus operatur vniuersalis Dei potentia, sed operata per bonitatem summam, bona sunt, & per infinitam sapientiam bene & vtiliter disposita. Augustinus lib. 7. confes. Singula bona sunt, & omnia simul valde bona, quoniam tu fecisti Deus meus. Gen. 1. Hinc meritò accenditur amor noster ad Deum, nedum in prosperis, sed & in aduersis, quoniam & ipsa bona, & ad finem bonum ordinata. Sicut infirmi ad medicum amaris sanantem. Remouetur etiam inuidia contra proximum, dum etiam quæ proximus animo nocendi facit, ordinante domino, ad bonum proficiunt. Fientque quod dicit Boe. prosa.

ſa decimoquarto. Malos odiſſe ratione caret. Sed dilige iure bonos, & miſerere malis. Exemplo, qui vitium habet in corpore.

Sed mouet fortè, Cum optimus rector Deus, vnde mala, vnde tanta confuſio, vt imperante, & florente nequitia, virtus non ſolum præmiis caret, ſed ſceleratorum pedibus calcatur, & ſupplicia luit? Solutio triplex. Primò. Si ad præſentis temporis bonum Chriſtum colimus, procedit ratio, ſed hic tempus laboris, ibi præmiationis, ibi nullum malum impunitum &c. Secundò, in veritate nihil bonis malum, nec malis bonum. Roma. 8. Quia diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum. Quos nihil ſeparat à Deo, nec fames, nec nuditas, nec gladius etcetera. Tertio. Nunquam malis pœna, nunquam bonis præmia deſunt. Iuſſiſti, & ſic eſt, vt pęna ſit ſibi omnis inordinatus animus 1. lib. confeſ. Aug.

Deinde deſcribuntur in hoc euangelio miracula ſequentia, quæ ſunt humilitatis doctrina, & populi gratitudo. Doctrinam humilitatis dominus inſtituit, cum præcepit, ne cui dicerent, quatenus in bonis operibus ſuo exemplo, laudes fugeremus appetendo. Ob eandem cauſam à turba ſeduxit curandum ſicut ait Chryſ. Verum quantò magis precipiebat, tantò magis clamabãt, & eo amplius mirabantur dicentes, Bene omnia fecit gratitudinem ſuam oſtendentes, in quo ſecundum theol. docemur benefactoribus etiam nolentibus grates rependere, ſed in benefactis laudes non appetere. Matthæus pluriũ Marcus verò vnius tantum mentionẽ facit.

An prædicantes domini beneficiũ peccauerunt.

Sed hic eſt dubium, Nunquid ſic prædicando receptum beneficinm contra domini prohibitionem, peccauerunt? Non enim poteſt homo tranſgredi diuinum præceptum ſine peccato. De hoc Grego. lib. 1. dia. capit. nono. Solutio, non peccauerunt, neque tranſgreſſores fuerunt diuinę prohibitionis. Nõ enim voluit dominus his verbis prohibere ſimpliciter, ne Dei prædicarent beneficia, ſed nos docere ſuo exemplo, ne iactantiam in bonis amaremus, ſed quã tum in nobis eſt fugeremus, immo magis hoc exemplo poſteros ad Dei laudes excitare voluit, ſecundum Auguſtinum in de conſenſu euangeliſtarum voluit enim oſtẽdere pigris laudatoribus, quam feruenter eum laudare debeant, quibus iubetur, vt prædicent, quando illi, qui prohibentur, tacere non valent. Hanc autem intentionem fuiſſe Chriſti, & eam laudantem turbam intellexiſſe, ex circunſtantiis, quibus omnis ſcripturæ intellectus venandus eſt ſecundum Auguſtinum 73. quæſt apertè colligitur. Si enim verba hæc tanquam prohibitionem ſimplicem accepiſſent, nequaquam amplius prędicaſſent, fuiſſent enim ingrati, inobedientiæ malum pro bono reddentes. Prædicabant autem, & magnificabant, vt grati dicentes, Bene omnia fecit. Si denique ſimpliciter prohibuiſſet, nequaquã huius tranſgreſſores laudaret euangelium, non enim in vituperium, ſed in laudem turbæ hæc dicuntur. Sed diceres. Vnde nouerunt hunc ſenſum doctrinalem, cum omnia domini verba prohibitiuè ſonuerunt? ſicut Matt. decimoſeptimo. Nemini dixeritis viſionem, quam vidiſtis, quibus verbis verè prohibuit apoſtolos dicere, vnde & tacuerunt. Reſponſio, Ab eo, qui corpus foris ſanauit, intus mens illuminabatur ad veram verborum intelligentiam Sic enim omnia benefacit, & corpus ſanum, & mentem claram ille, qui niſi intus inſtruat, nihil exterius verba proficiunt. Item quantò quis plus fugit gloriam, tantò plus habet, & quantò plus appetit, tanto minus habet. Exemplum de pecunia. Primum plus placet.

DOMINICA DECIMA tertia. Sermo. I. *in ordine.* LXXIIII.

Beatitudo viæ & beatitudo patrię in quo cõſiſtit.

BEATI oculi, qui vident, quę vos videtis. Luc. 10.

Tria ſummariè euangelium continet.

tinet. Magnam fidelium consolationẽ, perfectam viam hominis ad Dei vnionem,& proximi religiosè diligendi ostẽsionem. Et per hoc necessaria m habitudinem hominis ad seipsum, ad Deum ad proximum. Circa primum dicit, Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis Apud omnes beatitudo dicitur optimum in quolibet statu. Optimum hominis simpliciter, dicitur beatitudo simpliciter, quod est beatitudo patriæ. Sed optimum in hac vita, dicitur, beatitudo cum addito idest beatitudo viæ, quã diuersę hominum opiniones, secundũ diuersos animæ affectus, in diuersis consistere posuerunt rebus corporis 1. Eth. & 3. de consol. A quibus erroribus liberauit nos verbum domini Beati oculi &c. immo beatus homo, cuius oculi vident, quæ vos videtis idest sicut vos videtis, oculis scilicet fidei.

Summa beatitudo patrię est intuitiuè videre Deum in se.

Regula siue doctrina. Sicut summa beatitudo simpliciter, quæ est patriæ, est videre Deum sicuti est in se visione fruitiua, ita summum bonum viæ est videre Deum per fidem, sicuti est nobis idest fide firma cognoscere Deum creatorem nostrum, redemptorem, ac beatificatorem nostrum, & vt talem amare, hoc enim amorosè cognoscere, est beatum esse in spe. Sicut videre intuitiuè est beatum esse in re, quia per hanc beatitudinem peruenimus ad illam. Hinc patet primò, quam stultè agunt seculi homines in hoc seculo peritura quęrentes,& beatitudinem via negligentes quoniam ad bonum omnium naturalis festinat intentio.

Beatitudo viæ ẽ Deum videre ĩ nobis.

Patet secundò, quanta consolatio esse debet fidelibus, quia nobis reuelauit paruulis, quod abscondit mundi sapientibus, nullum maius gaudium esse debet fidelibus, nisi quia illuminati sunt ad fidem, quia in via constituti sunt ad beatirudinem veram. O quot prudentibus philosophis huius mundi creata inquirentibus, quot regibus, & principibus, quot seculi nobilibus, & honoratis abscõdita est fides recta, via vitę & disciplinæ, propter quorum ignorantiam in æternum perierunt. Baruch 3. O quantas gratias Deo agere tenemur, qui ex tot innumeris infidelibus nos misericorditer ad finem perduxit. O quanta diligentia custodiendum est donum istud,& quanta sollicitudine ponendum ad vsuram bonorum operum. O quanta diligentia cauenda sunt omnia contraria, ne tanta beatitudo nobis conuertatur ad æternam miseriam propter nostram ingratitudinem, dicaturque nobis, Serue nequam &c. nonne oportuit pecuniam meam dare nummularijs &c. fiat, quod sequitur (quod tamẽ dominus auertat) Seruum inutilem eijcite in tenebras exteriores &c. Matth. 25. Et illud Roma. 1. Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt nec gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum &c. Hęc est sapientia christiana, quæ est preciosior cũctis opibus,& omnia, quę desyderantur, non valent huic comparari,& qui tenuerint eam, beati. Prouer. 3. Siquidem bonorũ omnium mater est, & bona omnia veniunt cum ea. Sap. 2. Nota sapientia includit saporem, est enim sapientia sapida scienria. Si dicis, ergo apud Deũ est acceptio personarum, contra illud Petri Act. 10. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus. Solutio, non, sed in omni gente, qui timet Deum,& facit iustitiam, acseptus est illi. Ibidem. supple ad fidem suscipiendã.

Secũdum principale, perfectæ. s. vnionis cum Deo, viam (in approbatione responsionis legisperiti, Diliges dominũ Deum tuum &c.) sumere possumus, vbi ponuntur quatuor, quibus Deus diligẽdus est, Cor, anima, fortitudo, & mens, quibus Deum super omnia diligere debemus. Sed dices, Diligere actus est elicitus, & immanens soli voluntati, quo modo ergo cęterę potentię dilectionẽ attingere possunt? Solutio. Dilectio essentialiter, & subiunctiuè est in voluntate tantum, Sed in aliis potentiis secundum imperium. Vnde tunc diligimus tota anima &c. quando voluntas per actum amoris elicitum imperat omnibus potẽtiis nihil admittere, vel omit

Diligendus est Deus in quatuor.

tere contra voluntatem dici præceptiuam, & hoc plus omnibus cauere, hoc est diligere Deum toto corde. Diligere Deum toto corde, est voluntatem elicere actum volendi Deo omne bonum, & omnem perfectionem, & hoc plus velle, quam quodcunq; aliud. Et potius quodcunque aliud velle non esse, quam velle Deum non esse, vel aliquod bonũ, seu perfectionem Deo non inesse. Diligere Deum tota mente, est voluntatem præcipere intellectui nihil cogitare, studere, imaginari, contemplari, contra præceptuum Dei, & omnia credere, inquirere, discere, quæ Deus præcepit, iuxta illud Ecclesiastici 3. Quæ præcepit tibi Deus, cogita semper &c. Diligere Deum tota anima idest omnibus sensibus, est voluntatem imperare singulis sensibus, in nullum obiectum tendere contra voluntatem Dei præceptiuam, nec aliquem suum actum omittere contra &c. Suo modo diligere totis viribus, est omnes vires redigere, & regere sub obedientia mandatorum, & omnes virtutes motiuas corporis. Sic ergo secundum Augustinum 1. de doct. Deum toto corde, tota anima &c. diligimus, dum quicquid aliud diligendum in animum venerit, illuc rapitur, quo totius dilectionis impetus currit. Rapiatur inquam, secundum exigentiam diuinorum præceptorum. Hęc ad præsens de secundo sufficiant.

Diligendus autem est & proximus, sicut nosipsi ad eandem beatitudinem, ad quam nosipsos.

Quis sit proxim⁹ noster.

Sed quęris cum legisperito, Quis est proximus? omnis, cui misericordiam. i. bonum aliquod impendere possumus. Ergo omnis creatura beatitudinis nobiscum particeps proximus dicitur angelus, viator, compræhensor, aut qui purgatur. Viator omnis fidelis, & infidelis, quibus omnibus optare debemus salutem, & cooperari, quantum valemus &c. Hoc Christus hac parabola intendit, quam expone ex postillis, quia pulchra est.

DOMINICA XIIII Sermo II. in ordine LXXVI.

MVLTI prophetę, & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ vos auditis, & non audierunt. Luc. 10.

Verè beatus in patria habet quicquid vult ita & in via beatus nullo impedimento ligatur.

Nulla visio beatior, nullus auditus fructuosior in via, quam eorum, quibus adipisci fęlicitas vera potest. Nam quemadmodum simpliciter beatus est in patria, qui summum bonum possidet, omnia eius satians desyderia. Ita beatus dicitur in via, qui ad hanc assequendam in patria rectam tenet viam, & nullo retardatur impedimento, quo minus hinc exiens eam continuo consequatur.

Hinc veteris testamen. patres, prophetæ, & reges, Dauid, Iosias, Ezechias etsi rectam viam tenuerunt ambulantes recto corde coram domino, in omnibus mandatis, impedimentis tamen non caruerunt, propter quæ soluto mortis debito, hanc statim non poterant adipisci, adhuc decreti chirographum cruci non erat affixum, adhuc romphea ignea introitum occupauerat paradisi, adhuc regni cœlorum claues hominibus traditæ non fuerant, sed has dominus in carne veniens, Petro, ac cęteris apostolis cum suis successoribus tradidit. Ioan. vigesimo. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c. rompheam ignęam de ianua paradisi crucis victoria amouit, atque ingressum regni patefecit, hinc in cruce triumphans, ait latroni, Hodie mecum eris in paradiso Luc. vigesimotertio.

Chirographum quoque decreti contra humanum genus per peccatum primorum parentum descriptum, & cruci affixit, & sanguine suo deleuit, sicut ad Co. 2. deducit apostolus. Idcirco patres prophetę, & reges hæc audire, hæc videre, instantissimis desyderiis voluerunt,

quę

quæ nos modo saluatoris nostri sola misericordia, fidei oculis conspicimus, & auribus mentis audimus. Apostoli autem ingenti cum gaudio, idipsum atque hominum liberatorem, oculis beatis videre corporaliter meruerunt, propter quod rectè ad eos dicitur à domino: Beati oculi, qui vident quæ vos videtis, dico enim vobis, quod multi prophetæ, & reges &c. Pro gratia Aue. Recitabitur euangelium, cui annectentur aliquod doctrinæ secundum tria, quæ in eo summariè continentur scilicet verum christiani gaudium, perfectum iter ad regnum, digna conuersatio ad proximum.

Magna Dei misericordia quæ nos fecit audire, & videre q̃ patres voluerũt & nõ potuerunt.

Magnam assecuti sumus dilectissimi misericordiam redemptoris, in eo quod nos videre, & audire fecit viam salutis, quam omnes quidem videre, hoc est scire desyderant, nulli præter nos sciunt. Cum enim (teste philosopho in proemio metah.) omnes scire desyderent, id vtique magis scire desyderant, quod maximè desyderant adipisci, nanque sicut cognitio initiat dilectionem, ita dilectio nutrit cognitionem. Siquidem nihil magis cognoscere desyderamus, quam quod amplius diligimus, sed omnibus maximè inest naturaliter appetitus beatitudinis, vt probat beatus Augustinus decimotertio de trinita. Sola Dei benignitas nobis tantam viæ beatitudinem contulit, vnde enim nobis, quod tempore plenitudinis gratiæ nati sumus in hunc mundum, quæ omnia parata sunt ad beatitudinis consecutionem, omnia impedimenta sublata, quod patribus, & prophetis negatum est?

Quid enim putandum, si in illo tempore producti fuissemus vbi lex præmebat, intantum vt Petrus diceret, nec se, nec patres eam portare potuisse? Actu. 15. vbi cognitio quoque Dei tenuis, & nimium obscura fuit, vnde & lex rectè vmbra veritatis nominatur. Ad Hebr. decimo. Quid tunc egissemus, ex hoc cognoscimus, dum sub leui onere, & suaui iugo domini, in tanta luce euangelii deuiamus, vnde deniq; nobis quod de catholicis parentibus geniti ex vtero matris vt ita dicam, christiani, & a cunabulis in fide nutriti, quod omnibus gentium nationibus concessum non est, neque regibus eorum, & principibus, quorum multi haud dubium si accepissent tantam diuinæ cognitionis lucem, aliter gratias egissent, aliter Deo seruiuissent? De quo pulchrè Hugo de sancto Victore loquitur in de arra animæ. Quales inquit, ô fidelis anima in comparatione tua abiecti sunt qui hanc tibi datam gratiam consequi non potuerunt? Certè audisti ab initio vsque in hunc diem, quam multæ generationes hominum pertransierunt, quæ omnes sine cognitione Dei, & præcio suæ redemptionis, in interitum sempiternum dilapsæ sunt &cet. quę sequuntur.

Verũ, & pfectum christiani hominis gaudiũ videre p fidé actualem Cristum pro nobis homĩnem factum.

Prima doctrina est. Verum, ac perfectum Christiani hominis gaudium in hac vita est, videre per fidem actualem Christum pro nobis hominem factum & audire per obedientiam salutarem doctrinæ suæ verbum. Probatio. Verum & perfectum gaudium est beatitudo, vel eam comitatur, solus ergo verè beatus, verè gaudet. Duplex verò ponitur beatitudo, vię & patriæ. Et hæc perfectio: Quia status omnium bonorum aggregatione perfectus, vbi quilibet habet, quicquid vult, & nihil mali vult. In via verò tantò perfectior est beatitudo quantò ad gaudium patriæ ducit propinquius, hoc autem est videre, & audire, quæ discipuli audierunt, & viderunt, propter quod & Christus eos beatos dixit, qui viderunt, & audierunt, quę ipsi viderunt. Viderunt enim Christum in carne, audierunt Christi prædicationem, viderunt exempla perfectionis, & tam verbo, quam facto, tam sermone, quam exemplo viuo, omnem conspexerunt perfectionem.

Non autem æstimandum est, quod dominus hic beatificet oculos corporales, quibus videbatur à Caipha, Anna,

Pilato, Herode &c. humanitas Christi, quibus dixit Christus Ioan. 8. Quæritis me, & in peccatis vestris moriemini. Quod exponens subdit, dixi vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Sed beatificat oculos mentis, quibus fide per dilectionem operante, videtur, quod discipuli viderunt. Et quid viderunt? certè quod Petrus ex omni personis confessus est, quærente Christo, quem me esse dicitis? Tu es Christus filius Dei viui. Matth. decimosexto. Hos oculos reuelat non caro, aut sanguis, sed pater cœlestis. Sed quibus reuelat? Paruulis. Hinc Matth. vndecimo ait Christus. Confiteor tibi domine pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Beati ergo sunt oculi fidei, qua creditur Christus in carne venisse verus Deus, & homo verus. Hæc enim est fides qua iustus viuit in præsenti, & sic nunc beatus in spe, in futuro beatificandus in re, cum non per fidem enigmaticam, sed cognitionem nudam, & claram videbunt patrem, & Iesum Christum, quem misit vnum solum, & verum Deum. Ioan. 17.

Cur oculi patrũ, & prophetarũ non dicuntur beati.

Sed fortè dicis, Nunquid & patres, & prophætæ hos oculos habuere? Nam & de patre patrum Abraam, dicit dominus, Abraam pater vester desyderauit videre diem meum, vidit, & gauisus est. Cur ego beatificat oculos discipulorum, quasi patrum oculi non fuerint beati? Ad quod breuiter dicendum, quod vtique patrum ve. te. oculi beati fuere, qui futurum crediderunt Christum, in qua fide saluati sunt, sed beatiores oculi discipulorum, qui crediderunt Christum iam venisse in carne ad humani generis redemptionem, quia regno cœlorum propinquiores, sicut dicit apostolus. Nunc propior est nostra salus, quam cum credidimus, ad Roma. 13. Tunc enim restabat precium soluendum. Nunc verò solutum est, & ideo regnum cęleste tunc clausum, nũc omnibus ingredi volentibus apertum. Non ergo oculi discipulorum, & credentium in no. testa. beatificantur quasi oculi in veteri testa existentium non fuerint in spe beati propter quod non negat patres fuisse beatos, sed magis beati sunt oculi, sublatis per Christum impedimentis fruendę beatitudinis, quam impedimentorum remotionem videre præsentem summis desyderiis patres cupierunt.

Perfectũ iter adregnũ Dei toto corde diligere.

Secunda doctrina. Perfectum iter ad regnum, & facile est, Deum toto corde anima, viribus & mente diligere, omnibus aliis vtendo finaliter propter Deum. Quibus signis cognoscere potest homo sic Deum diligere? Quatuor. Primum, si plus versatur in mente cogitatio diuina, quam mundana Secundum si plus delectatur, saltẽ quantum ad appreciationem in Deo, & bono opere, quam in sensuali voluptate. Tertium si in agendis, & consiliis semper recurrit ad iustificationem Dei. Quartum, si plus accenditur ad vindictam iniuriæ Dei, quam iniuriæ sui, vel suorum.

Tertia doctrina, Proximum sicut seipsum diligere, est misericordiam proximo effectu impendere, patet ex parabola. Impenditur autem misericordia tripliciter, Dimittendo ex corde iniurias proprias. Subleuando pro posse miserias alienas, Dirigendo errantes ad iustitiæ semitas. Hæc audire, & memoriæ commendare bonum est, sed non sufficit, nisi seruetur in opere. Hoc fac, & viues. Vade, & tu fac similiter. Quis est proximus? Manifesto paradigmate declara proximum nostrum esse omnem, cui possumus benefacere, hic est omnis non damnatus. Siquidem omni viatori beneficia salutis impendere possumus.

Errantibus informationem, fidelibus auxilia proficiendi, existentibus in purgatorio, pro eis satisfaciendo, beatis sua gaudia, nostris profectibus augendo, iuxta illud, Gaudium est in cœlis super vno peccatore pœnitentiã agente &c. Luc. decimoquinto. Nulli ergo deficit proximus, cui benefaciat, vt sic effectualiter diligat, dumtaxat

taxat non deficiat, voluntas benefaciendi.

DOMINICA DECIMA quarta. Sermo. I. in ordine. LXXVI.

ITE ostendite vos sacerdotibus. Luc. 17.

Sacra p Christũ instituenda figuris & signis sunt prædicta. Catholica doctrina est legem veterem præcessisse euangelii gratiam, & facta in eadem tanquam vmbra lucem. Hebr. 10. Lex vmbram habet futurorum bonorum, tanquam figura veritatem 1. Corint. 10. Omnia in figura contingebant illis, scripta autem sunt propter, vel ad correptionem nostram tanquam media ad finem. Roma. 10. Finis enim legis magis ad iustitiã omni credenti tanquam dispositio ad formam. Ioan. 1. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Sapientia enim diuina volens lapsum hominem erigere, errantem reducere, perditum saluare, omnia egit fortiter, & suauiter disposuit, vt nouit congruere homini reparando. Cum ergo per fidem mediatoris saluari oportet, secundum illud, qui non credit iam iudicatus est Ioan. 3 Credenda autem acumen nostræ intelligentiæ naturalis excedunt, propter quod cum difficulcultate intellectus eis assentit, ideo credendorum figuras obumbratas, in factis, & in verbis prærogauit, quatenus per hæc intellectus suauiter assuesceret, & manuduceretur ad fidem firmam mirabilium operum Dei, suam facultatem excellentium. Eadem ratione medicinalia nouæ legis sacramenta, per quæ Christi passio in nobis supra naturam rerum ipsarum sacramentalium salutem mirabiliter operatur, quæ nedum credere, sed eis etiam vti oportet, non solum veniens in carne instituit, sed prædici, & præfigurari, voluit, & ea manifestius, quorum fides difficilior, & vsus necessarius magis erat, vt Eucharistia, baptismus, pœnitentia. Nam & ipse dominus in carne veritatem docturus ante sacramentorum institutionem etiam factis ea præfigurando, præuenit in baptismate Ioan. (à quo & ipse baptizari voluit) baptisma suum. In esu paschalis agni eucharistiam. Haud aliter sacramentum pœnitentiæ iustificandis post baptismum necessarium, quod in veteri testamento per confessionem summi sacerdotis, positis manibus super hircum emissarium Leui. decimosexto. & preceptum de leprosis sacerdotibus offerendis Leui. decimoquarto, figuratum est. Dominus ipse priusquam instituit, facto præfigurauit, dum resuscitatum à morte Lazarum, discipulis soluendum commisit, & mundatis per eum leprosis, ad sacerdotum misit iudicium dicit. Ite, ostendite vos sacerdotibus. Pro gratia Aue ma.

In euangelica lectione præter hoc, quod ad fidem diuinitatis in Christo per miraculi exhibitionem instruimur, atque ad vocalem peccatorum nostrorum confessionem euangelico sacerdoti faciendam, quamuis quandoque per solam contritionem etiam ante vocalem confessionem peccata à domino dimittantur, erudimur, ingratitudinem in nouem sanatis leprosis damnat, & in eo qui gratus fuit, munera vlteriora cumulauit. Siquidem nihil ita disponit nos ad recipienda vlteriora beneficia, sicut gratitudo. Similiter Cassio. super illud psal. misericordia tua ante oculos meos est, dicit. Iugiter sibi subueniri facit, cui collatum beneficium semper ante oculos existit, meliora etenim meretur accipere, qui collatum sibi beneficiũ probatur de corde non amittere. Et Bern. Nihil augetur ingrato, sed quod acceperat, vertitur ei in perniciem, fidelis autem in modico, censetur dignus munere ampliore. Et August. in soliloquiis Scio inquit, quia ingratitudo displicet tibi, quæ radix est totius mali spiritualis, & ventus quidam desiccans, & vrês omne bonum, obseruans fontem diuinę misericordię super hominem, quia etiã & mala mortua iam oriuntur, & viua opera moriuntur, & vltra bona nõ adipiscuntur. & Bernard. ait, Pro meo

Ingratitudinis vitium in eo repræhéditur qui curatus non dedit gloriã. Deo.

sapere nihil ita displicet Deo, præsertim in filiis gratię, in hominibus conuersionis, quemadmodum ingratitudo. Vias enim obstruit gratię, & vbi fuerit illa, iam gratia accessum non inuenit, locum non habet. Econuerso autem gratitudo meretur beneficia accipere, accepta retinere, retenta sibi augere, & maiora sibi superaddi. Sic (euangelio teste) omnes decem leprosi, quia saluatorem pro sanitate rogarunt dicentes, Iesu præceptor mi. no. corporis acceperunt munditiam, sed quia nouem ingrati, beneficium non recognoscentes, sanitatem mentis longè meliorem minimè consequuntur, & sanitas corporis, quam acceperunt magis ad perniciem eis fuerat, quam salutis. ei verò, qui grediens ad pedes Iesu procidit, & gratias agens Deum magnificauit, acceptam sanitatem custodiuit, & maiori dignum dominus iudicauit, ea scilicet, qua anima mundata, salutem secutus est sempiternam. Ait enim ei dominus, Surge vade, quia fides tua te saluum fecit, fides, scilicet qua credidisti à me cõsecutam tui corporis sanitatem, quod gratitudinis est. De quo Beda in hom. ait, Si fides saluum fecit eum quem ad agendas saluatori, & emundatori suo gratias inclinauit, ergo perfidia perdidit eos, qui de acceptis beneficiis Deo gloriam dare neglexerunt.

Doctrinę fidei & morũ trahũtur ex euangelio.

Verum, quia euangelium est sententiosum valde, ideo summariè, & per doctrinas ipsum videamus. Prima mundatio decem leprosorum, de quibus euangelium testificatur Christum esse Deum patet, quia solus Deus est, qui sua voluntate sanat, & infirmat, mortificat, & viuiuificat, de quo scriptum est. Omnia quæcunque voluit, fecit in cœlo, & in terra, & in omnibus abyssis. Item dixit, & facta sunt, dixit voluntate practica. Christus verò sola voluntate, non tactu, non verbo sanauit, nam ad sacerdotes remittens, in itinere, absens corpore, præsens deitate mundauit.

Secunda doctrina, Ad mũdationem à spirituali lepra mortalis peccati, necessaria est vocalis confessio in actu, vel ad minus in voto, seu proposito. Probat hoc magister in, quarta distinct. decimoquinta, & factum euangelicum. Nã decem leprosi significantes omnes peccatores decalogi legem transgredientes, non prius quam irent se sacerdotibus ostensuri ad pręceptum domini mundati sunt. Hinc scribitur. Esa 43. Narra, siquid habes, vt iustificeris. Et Augustinus, Nemo dicat sibi, occultè ago pęnitentiam, nouit Deus, quia in corde ago, & sequitur. Ergo sine causa dictum est, Quæcunque solueritis super terram &c. & sine causa claues datę sunt, verbum Dei frustramus. Tertia doctrina, Non à sacerdote absoluente, sed à Christo autore principaliter, & immediatè peccatum remittitur, sola præuia contritione quandoque sacramenti pęnitentiæ exhibitione. Patet prima pars per magistrum vbi supra allegantem præsentis euangelii miraculum. Nam leprosi isti in via priusquam ad leuiticos sacerdotes peruenirent, mundati sunt. Secundum est doctrina Sco. in 4. dist. 14. quæst. 4. & dist. 15. Item sacramentum pœnitentiæ est secunda tabula post naufragium, quia sacramentum, quo iustificatur impius, ergo per ipsum confertur gratia iustificans, quæ est prima, non præsupponens aliam.

Quarta doctrina, Per missionem leprosorum ad iudicium sacerdotum legalium, sacramentum pęnitentię præfiguratur mox per Christum instituendum, & non ineptè. Sicut enim lepra excommunicat ab hominum societate ciuili, ita mortale ponit hominem extra cętum filiorum adoptionis, & gratię. Vterq; autem morbus sola virtute diuina curari potest, licet & sacerdotes peccata dimittere dicantur ministerialiter, solus verò Deus autoritatiuè, & principaliter. Peccati. n. dimissio, peccatorũ iustificationem, quę fit per gratiã includit, gratia autem à Deo creatur, & animæ infunditur. Non ergo fuit illa missio necessaria, quasi sine ea curari nõ potuerint, sed alicuius instituendi præfiguratio, vnde & dum irent, mundantur

Missio leprosorũ ad iudicium legis sacramentum pœnitentiæ præfigurat.

tur

tur, priusquam ad ſacerdotum iudiciũ veniret. Et cum figura reſpondere debet figurato, ſicut hic dicitur, quod dũ irẽt, mundati ſunt, ita probabilis eſt multorum opinio, & videtur eſſe de mẽte magiſtri diſt. 17. & 18. quarti, quod ſacramentum pęnitentiæ ſeu abſolutio ſacramentalis peccatoris à peccato, quæ fit principaliter, & autoritatiuè à Chriſto miniſterialiter verò à nouæ legis ſacerdote, & miniſtro, prærequirit, vel ſaltem coexigit concomitantiam remiſſionis culpę à Deo. De hoc latius quære in noſtro collectorio ſuper 4. ſen. di. 14. q. 2. in recitatione tertiæ opinionis, cuius proſecutionem (quia magna indiget diſcuſſione) hic omittimus.

Nemo de ſtatu ſuo pſumat.

Quinta doctrina, Quia nemo de ſtatu ſuo præſũmat, ſed quilibet ſecundũ ſtatum ſuum religioſè viuere contẽdat. Ecce domeſtici reprobantur, alienigena ſaluatur. Non eſt perſonarum acceptor Deus, inquit Petrus Act. 10. ſed in omni gente qui timet Deum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Et beatus Hier. Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe commendabile eſt. Ita & nos non gloriemur, quod de numero chriſtianorum ſumus, quod fidem accepimus, quod baptiſmi characterem habemus, ac ſacramentis initiati ſumus. Sed ſi Chriſto viuimus, ſi chriſtianorum regulam ſeruamus in domino gloriemur. Nolite (inquit dominus) gaudere, quod ſpiritus ſubiiciuntur vobis, vidi Sathanam ſicut fulgur cadentem &c. Sed gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo Luc. 10. Et quorũ nomina in cęlis ſunt ſcripta? Horũ ſine dubio, qui mandatis domini ſũt ſubiecti, qui ex corde cum propheta dicere poſſunt. Dirige me domine in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui. Et iterum, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meũ. Sexta doctrina morum. In omnibus acceptis bonis, nedum ſpiritualibus, ſed etiam corporalibus, ſoli Deo gloria, laus, & gratia eſt reddenda, alioquin collata bona non ad profectum, ſed ad interitum acceptantur. Patet, Nam ſolus ille inter decem mundatos ſaluatur, qui credidit, rediit, & gloriam Deo dedit. Siquidem nouem reprobati, de quibus dominus quæſiuit, Nouem vbi ſunt? ſicut olim peccanti Adę dixit, Adam vbi es? quoniam eos ignorauit notitia approbationis. Decimus verò, qui & Samaritanus approbatus, quem fides (Deo gloriam reddens) ſaluum fecit. Si autem fides eum ſaluum fecit, conſequens eſt, quod reliquos nouem perfidia condemnauit, vt vult gloſa.

DE EADEM DOMINICA Sermo II. in ordine. LXXVII.

NON eſt inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. Luc. 17.

Quanto plus proximo benefacimus tãtò amplius nobis meritum augemus.

Impenſo in euangelio dominicæ pteritæ beneficio dilectionis proximo, redeundum eſt mente ad dominum per gratitudinem, vt refluentes in ſuum principium, aquæ gratiarum iterum, & vberius fluere poſſint. Sicut enim proximi dilectio, & quicquid proximo impenditur ex Dei dilectione procedere debet, ita etiam rurſus in Deum referendum eſt, nõ tantum, vt in finem, propter quem proximum diligimus per charitatem ſed vt in principium, à quo data eſt nobis proximi dilectio per gratitudinem, ne ex beneficio proximo impenſo gloriemur, ſed gratias Deo agamus, à quo nobis donatum eſt, vt talia impendamus. Multum nobis donat dominus, cum donat bonam voluntatem proximo ſubueniendi. Quoties enim proximis ſeruimus, multò plus nobis, quam illis conferimus. Illis quidem præſtamus bonum temporale, nobis verò per hoc meremur bonum æternum, quod metemus. exemplo ſeminantis, qui tantò magis ſibi præſtat, quantò largiore manu ſemina terræ commendat. Qui parcè ſeminat, parcè & metet &cet. Econuerſo per ingratitudinem, & præterita perdimus merita

& fu-

& futura prohibemus. Ad hanc gratitudinem assumendam, & ingratitudinem fugiendam, nos instruit historia euangelica de decem leprosis sanatis, quorum tantum vnus rediit gratias Deo acturus &c. prout astruunt thematis verba: Non est inuentus, qui rediret &c. Pro gratia Aue Maria.

De suplici inuocatione diuini nominis

Euangelium Luc. 17. de decem leprosis à domino curatis cum literali euangelii explanatione. In euangelio ad literam tangitur: Supplex, & accepta auxilii diuini inuocatio, exauditorum discretio, & discretorum varia pręmiatio. Primum tangitur in oratione decem leprosorum à longè stantium & leuata voce clamantium: Iesu præceptor miserere nostri. Vnde sumitur hæc regula orantibus attendenda. Fides impetrandi, voluntas obediendi, humilitas orantis, ac feruor deuotionis merentur effectum orationis. Primum patet Matth. 21. Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, si monti huic dixeritis: Tolle, & iacta te in mare, fiet. Et omnia, quecunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Ideo Matth. 11. Item Hebr. 4. Adeamus cum fiducia thronum glorię Dei, vt misericordiam inueniamus in auxilio opportuno. Et Iac. 1. Postulet in fide nihil hæsitans. Qui hæsitat, non æstimet quod accipiet aliquid à domino. Quia si dixerit quis: Quam fiduciam habere potero, cum multa à multis petuntur à domino, quæ tamen non conceduntur? Solutio indubiè quæcunque petuntur secundum diuinam promissionem, à domino côceduntur, si adsint conditiones cœteræ, & maximè si petatur pie, pro se, perseueranter, quod pertinet ad salutem. Secundum patet, quoniam nô obtemperans legi actu aut voto non meretur exaudiri. Hinc dicitur Prouerb. 28. Qui declinat aurem suã ne audiat legem oratio sua execrabilis est. Et capi. 1. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Sequitur: Cum inuocabunt me, ego non exaudiam, eo quod exosam habuerint disciplinam. Tertium patet quoniam respexit in oratione humilium, & non spreuit preces eorum psal. 101. Nam & superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 1. Petr. 2. Exêplum habemus in publicano exaudito, & pharisæo repulso. Lu. 18.

Non obtemperans legi actu, vel voto nô exaudit.

Deuotionis feruor requiritur

Quartum scilicet deuotionis feruor, quoniam tæporem orationis nauseat dominus. Vnde Apocal. 3. Vtinam calidus esses aut frigidus, sed quia tepidus es, incipiã te euomere de ore meo. Et ad Ephæsios sexto: Orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes, in omni instantia. Et primæ Petri. 4. Estote prudentes, & vigilate in orationibus. Spiritus, vigiliæ, instantia attestantur deuotionis feruorem. Has quatuor conditiones habuit oratio leprosorum, nam orantes saluatorê agnouerunt, ideo fiducialiter Iesum nominarunt. Quo ad primum obedientiam spoponderunt. Ideo aiunt, præceptor, frustra præceptorem dicerêt, cuius præceptis non obtemperarent. Quo ad secundum, humilitatem insinuauit, longè stando. Nam in consyderatione malorum, ac immunditiæ, iure vnusquisq; trepidat approximare mundissimo. Hæc autem consyderatio appropinquationis est initium; ait Simon de cassia, quo ad tertium. Quartum leuata vox clamoris exprimit, cordis scilicet feruorem. Non altius clamatur in auribus domini sabbaoth corde quam ore, ait Simon vbi supra. Hunc clamorem Deus exaudit & respicit. Hinc Dauid Clamaui in toto corde exaudi me domine. Talem orationem sic circumstantionatam exaudit Deus, nam clamantes vidit, mundauit, & vt irent, seque sacerdotibus ostenderent, demandauit.

Secundum principale est discretio exauditorum, & mundatorum. Nam omnes decem mundati sunt, ac corpore, & anima sanati, sed recepti muneris non æquè grati. Nam nouem ingratis non redeuntibus, vnus solus ad dominum gratias acturus recurrebat. Quia dominus leprosos remisit ad sacerdotes legales, & in via mundauit, figura est euan-

Discretio exauditorum & mundatorum & indiscretio ingratorum.

euangelici sacerdotii, quibus claues spiritualis mundationis commendauit, ministerium quidem, non autoritatem nisi enim Christus autor gratiæ intus accedentem mundauerit, frustra sacerdos sacramentum absolutionis foris impendit. Sed de hoc alibi. Ad discretionem mundatorum redeamus, quorũ nouem ingrati, vnus Samaritanus, qui custos interpretatus est, inuentus est gratus. Ex quo hanc regulam colligamus. Recepto à Deo beneficio, datoré eius agnoscamus, & per debitam gratitudinem in alueum vnde effluxerat receptum beneficium refundamus, nisi enim sic fecerimus, cum nouem ingratis à domino ad vlteriora recipienda, ignorabimur. Vnde Cassiodorus super psalmum 25. vbi propheta ait: Et misericordia tua ante oculos meos est, dicit: Iugiter sibi subueniri facit, cui collatum beneficium semper ante oculos existit. Meliora enim meretur accipere qui collatum beneficium probatur de corde non amittere. Et beatus Bernar. Pro meo sapere nihil ita displicet Deo præsertim in filiis gratiæ, quemadmodum ingratitudo, vias enim obstruit gratiæ, & vbi fuerit illa, iam gratia accessum non inuenit, locum non habet. Econuerso autem gratitudo meretur beneficia accipere, accepta retinere, retenta sibi augeri, & maiora sibi superaddi. Ad idem August. in solilo. capitul. 18.

Recepto à Deo beneficio datorem ei⁹ agnoscamus.

Sed diceres quomodo per gratitudinem referenda sunt beneficia in datorem? Et quid est gratitudo? Ad hoc dicitur post beatum Thom. 2.2. questio. 116. ꝙ gratitudo est virtus moralis inclinans hominem ad bene se habendũ, in recompensatione recepti beneficii ad benefactorem. Sunt autem in bene se habendo gradus secundum eundem q. 10. Primus est recognitio beneficii tanquam doni gratuitè exhibiti, cum iugi memoria & bono cordis affectu. Secundus est beneficii confessio, & laudisona prædicatio. Hinc August. super epistolam ad Roma. Deo gratias agere, est sentire, & fateri omnia bona à Deo data esse vnde: Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra &c. Tertius gradus est retributio pro loco, & tempore secundum suam facultatem, & potest addi quartus, qui est vsus beneficii ad id, ad quod datum est. Vnde Bern. super Can. Redundat in contemptum donantis donum negligere, nec ad id expendere, ad quod donatum est. Exemplum de scientia, ingenio, diuitiis, potestate, gratia &c. De hoc apostolus 2. Cor. 6. Videte ne gratiam Dei in vacuum recipiatis. Et ad Titum. Noli negligere gratiam, quæ in te est. Per oppositum sumuntur gradus ingratitudinis. Nam ingratorum est abuti beneficiis, nihil retribuere, vel saltem, quod peius est malum pro bono. Dissimulare se beneficium recepisse, non laudare, non magnificare, non vt donum, sed vt meritum cognoscunt. Consyderemus quomodo propter gratitudinem vnus vberiora dona recepit, nouem verò & bona recepta perdiderunt, quia quę in vsum vitæ receperunt, in vsum culpæ conuerterunt. Samaritanus siquidem, qui custos interpretatur, beneficiorum Dei non immemor, bono cordis affectu hæc sibi gratuitè, & non ex legis obseruantia collata credidit, vnde secundò dominum clara voce commendauit. Tertiò in faciem procidens, vicem repẽdere curauit, adoratione latria dominũ adorando, fide credendo animam Deo rependit. Corpus solotenus prosternendo ipsum in Dei seruitio spiritui subiugauit. Et in hoc quartum fideliter obseruauit Econtra nouem fecerunt, qui per vnitatis amissionem, id est secundum glo. deuotæ in Christo humilitatis carentiam à denarii perfectione recesserunt, seducti per sacerdotes legis, vnde suam curationem obseruantiæ adscripserunt. Muti facti sunt superbia prohibente in faciem cadere non potuerunt Qui enim in faciem cadit, videt vnde, & quo cadat, qui dorsotenus labitur, casum ignorat.

Itaq; per actus tres, quos beat⁹ Thomas gradus nominat, beneficia in datorem referimus. Primò, si recognoscim⁹

Gradus tres gratitudinis.

corde beneficium esse à Deo datore, q recepimus. Secundò, si ob hoc eum laudamus, & prædicamus ore: Tertiò, si retribuimus secundum facultatem pro loco, & tempore. Et quartò si non negligimus collatum beneficium, sed eo vtimur ad finem debitum, vtimur sic, si ad honorem dátis vtimur. Hinc arguitur seruus nequam, qui talentum tenebat repositum in sudario, & non exposuit ad vsuram. Luc. 19. Si ergo cum domino in Hierusalem trāsire volumus post descensum in Hiericho, opus est vt per Samariam, & Galilæam iter faciamus. Samaria custodiam signat: Galilæa operationem. Collata bona custodiamus, ne in vsum vertamus culpæ. Necesse enim est vt ea sollicitudine parta bona custodiantur, qua acquisita sunt, secundum Cassia. colla. 6. ca. 16. Talis autē custodia vsus est bonorum, qui enim instrumentis propter vsum collatis non vtitur ad id, ad quod collata sunt, ea cō tinuè perdit, quia in virtutibus nō progredi, regredi est. Stemus à longe, vocem leuantes ex corde humili: Iesu prę ceptor &c. quia etsi nobis insint naturaliter virtutum germina, tamen non nisi Dei auxilio virtutum afferunt incrementa. Coll. 13. cap. 12. Hæc facientes, cum Samaritano reuertimur ad fontem gratiarum, audituri cum ipso: Fides tua te saluum facit, de congruo.

Varia p̄miatio benesiciorum.

Tertium principale. Varia scilicet præmiatio beneficiorum. Nam vnus salutem consecutus est perpetuam, nouē per contrarium damnationem. Nam si fides redeuntem, & gratias agentem saluauit vnū, consequens est quod perfidia damnauit ingratos nouem. Ex quo hæc sumitur doctrina. Consecuti remissionem à peccatis recidiuam timendo caueamus, ne non ad salutem, sed ad maiorem ipsa mundatio proueniat damnationem. Melius enim foret viam veritatis non agnouisse, quā post agnitam retrorsum ab ea auerti Ecce nouē mundati sunt, sed non saluati, quia à fide, qua à saluatore salutem, & misericordiam petierunt relapsi, honorē Deo non dederunt. Sed dicis, quomodo non saluati? cum secundum Aug. quoscunq; Christus sanauit corpore, sanauit & mente. Sed dicendum quod omnes decem sanauit in vtroq; homine, sed nouem seducti à sacerdotibus, suam mundationem non Deo, sed legi attribuerunt, & ita per recidiuam, datam salutem perdiderunt. Sed nunc ad nosipsos reuertamur. Dona Dei accepimus naturalia, & gratuita, necnon exteriora, sed à Deo hæc accepisse obliuiscimur &c.

DOMINICA XV.
Sermo I. in ordine LXXIX. multum notabilis, ostendens totius christianæ religionis profectum.

NEMO potest duobus dominis seruire. Matth. 6.

Vt seruitus nr̄a Deo placeat duo sunt necessaria.

Homo eo q homo suum intelligere debet autorem, cui tantò magis seruiat, quantò de seipso nihil esse cognoscit ait Grego. 1. moral. Siquidem ad hoc accepit rationem, & intellectū, per quæ à brutis differt, vt se a se non esse intelligens, principium suum cognoscat, & illi fideli subiectione seruiat Non vt hac seruitute Deus proficiat, q in se, & de seipso beatus, bonorum nostrorum non eget, sed vt seruiēdo Deo adhæreat, eoq; fruatur, ac suæ beatitudinis particeps efficiatur, de hoc Aug. & allegat magister dist. 1. lib. 2. sentētiarum. Et quamuis ad huiusmodi seruitutem omnis humana creatura teneatur, maximè tamen christiani, quibus ad id præter lumen naturæ, etiam additur lumē fidei, & gratiæ lex, & scripturæ, fidelium quoq; exempla tam sub lege, quam sine lege, legaliter tamen viuentium, vt vult Greg. vbi supra. Hinc sumitur doctrina. Ad seruiendum igitur Deo, omnium christianorum festinare debet intentio tanquam ad opus proprium, & naturale. Vt autem serui

tus

tus nostra Deo sit accepta, duo necessaria sunt, vt videlicet exhibeatur in opere voluntati diuinæ conformi, & ordine non peruerso. Vtrunque ita nosse cultorem, Dei oportet, & in quibus seruiat, & quo agenda ordine ex æquatur Impossibile est enim ei quenquam placere, cui quid placeat ignorat. Fierique potest vt etiam obsequendi voto ostendat, cui quomodo obsequi debeat ante non didicit, inquit Hierony. ad Demetriadem. Hinc Paulus hortatur. Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quę sit voluntas Dei. ad Eph. quinto. Denique ordinis ignorantia (vt Berna. ait) formam perturbat meritorum. Neque enim Deo placere potest si confusio ordine, quæ posterius agéda sunt aut quęrenda, prius exhibeantur, à quo quęcũque sunt, ordinata sunt, ad Roma. 13. propter quod in eadem epistola ad Roma. 22. apostolus inquit. Rationabile obsequium vestrum. Et 1. Cor. 4. Omnia honestè & secundum ordinem fiãt. Verum quia in omni operatione primum est contraria, & impedientia remouere, & expellere secundũ illud Boetii 3. de consol. metro. 1. Qui serere ingenuum volet agrũ: Liberat arua prius fruticibus: Falce rubos, filicemq; resecat: Vt noua fruge grauis ceres eat. Et illud Hiere. 4. Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Ideò necesse est Dei cultorem in primis ea remouere, quæ impediunt, quo minus valeat debitam seruitutem Deo exhibere. Quapropter in præsenti euangelio, quo dominus breuissima, & vtilissima doctrina nos instruitur, in quibus, & quo ordine sibi seruiamus, impedimenta præmonet pręscindere, cum ait. Nemo potest duobus dominis seruire. Pro gratia Aue Ma.

Ad verum Dei cultum dominus fideles suos instructurus in præsenti euangelio tria facit. Primò impedimenta à verò Dei cultu hominem retrahentia manifestat. Secundò ad ea remouenda ipsos animat. Tertiò diuinæ seruitutis modum, & ordinem explanat. Circa primum hanc dominus innuit doctrinam. Seruituti Dei debitæ incompossibilis est seruitus creaturæ. Hanc doctrinam per hoc probat, quia nemo potest duobus dominis seruire, ideo seruiens Deo, alteri dño .s. creaturæ seruire nõ põt, & econuerso, seruiens creaturæ Deo seruire nequit. Quod aũt veritas ait, neminé duobus dominis seruire posse, communiter exponitur de dñis contrariis, siue contraria iubentibus secundũ Chrys. & Nicola. de Lyra qm̃ si concordes forent, non iam duo, sed animi assensu verius vnum dicerentur, quomodo dominus erat Ioa. 17. vt apostoli vnum sint cum eo. Et apostolus. Qui adhæret Deo vnus spiritus est 1. Cor. 6. Contrariis ergo dominis nemo seruire potest, nam horũ si vnus diligitur, contrarius oditur. Siquidẽ habitus inclinans ad diligendũ aliquid, ipse inclinat ad odium sui contrarii. Etsi vnus in præcepti sui executione sustinetur, contrarium illius mandans contemnitur, in eo q̃ suum mandatum negligitur. Aliter & ad rem ipsam præmissam scilicet doctrinam propinquius intelligitur verbum illud Christi de principali seruitute qua alicui vt fini vltimo seruitur. Sic enim simpliciter verum est, q̃ nemo duobus dominis seruire potest. Nam sicut nemo duos fines simul intendere potest, aut eos sibi præstituere, in quos scilicet omnia sua æquè principaliter ordinet. Non enim possunt esse plures vltimi fines veri. 1. Eth. neque plures possunt præstitui. Boe. namque 3. de consola. prosa. 3. ait. Omnis mortalium cura quam multiplicium studiorum labor exercet, diuerso quidem calle procedit, sed ad vnum tantum beatitudinis finem nititur peruenire. Concordat Augustin. 13. de trinisa. Ita & nemo potest duobus dñis seruire tali seruitute, tanquã .s. summis, non subordinatis, in quorũ quẽlibet omnia sua principaliter, & finaliter ordinet tanquã in suũ summũ bonum, & finẽ vltimũ. Qui aũt vnũ diligit, qui verè summus est, & finis, omnem alium vt talem odit .i. respuit, aut vnum sustinet, puta quem sibi vt finem pręstituit, licet in

Seruituti Dei incõpossibilis ẽ seruitus creaturę

in veritate finis non sit,& alium,qui ve rè sũmus est,& finis, contemnit,non ei vt summo,& vltimo fini seruiẽdo. Hoc modo de seruitute loquitur dominus Deuter. 6. vbi ait. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies. Et Matth. 4. Dominum Deum tuum ado rabis, & illi soli seruies. Et Helias 3. Reg. 18. ad populum Israel,qui seruire voluerunt simul domino,& Baal ait: Vt quid claudicatis in duas partes? Si dominus est Deus, sequimini eum. Si autem Baal, sequimini illum quasi diceret: Impossibile est duobus dominis ser uire, alterum eligere oportet,& illi (reliquo contempto) fideli seruitute adhę rere. Ex his infert dominus. Non potestis seruire Deo, & mammonæ idest diuitiis, vtrunque principaliter intendendo, & in vtroque finem constituendo.

Christianus in omni actione sua intẽdat solũ Deum.

Ex hac parte hanc doctrinam vtilissimam,& omni fideli necessarium,& velut christianæ religionis principium, sine qua rectè viuere nemo potest, accipere,& tenaci memoriæ possum⁹ commendare. Ita Christianus omnis soli Deo seruire firmiter disponat, vt in omni humana actione sua interiori,& exteriori principaliter,& finaliter,actu vel habitu solum Deum intendat. Patet huius doctrinæ veritas, quoniam cum soli Deo principaliter seruiendũ est,si in aliqua actione non principaliter Deum quærit, aliud necesse est finaliter intendat. Omnis enim humana actio fit propter finem 1.Eth Et ita alteri principaliter seruit, & per consequens dominum,cui in hoc seruire dissimulat,contemnit. Attendantur clausulæ. Dicitur principalitet,& finaliter quoniam & nobis, & proximis seruire possumus minus principaliter, & quasi ex latere sub Deo, quæ tamen non est illa seruitus,de qua hic loquimur,vt patuit. Cuicunque autem seruimus principaliter,& finaliter,illo fruimur, quia ei inhæremus propter se,quoniam soli Deo inhærendum est .1. de doctri.christiana. Dicitur actu,vel habitu,Actu nanque in actione sua intendit in Deũ qui in agendis actu ali cogitatione deliberat,an ipsa actio sit conformis diuinæ voluntati, an difformis, & propter hoc prosequitur,vel omittit. Qui vide licet omnia cum consilio ait tali, de quo dicit propheta in psalm. Consilium meum iustificationes tuæ. Et Tobias. Omni tempore consilia tua in eo permaneant.

Habitu verò in Deum intendit, qui per frequens huiusmodi propositi innouationem habitum acquisiuit idest quã dam mentis pronitatem, quo prompt⁹ est & paratus in omni negotio,& actione sua progredi,vel subsistere, prout id nouerit Deo placere, vel displicere, licet non semper actu consyderet. Talis enim per hoc habituale propositum, & istam mentis pronitatem,ac Dei appreciationem omnia habitualiter, & virtualiter in Deum ordinat, licet non actualiter semper referat,maximè dum non actu in alium finem refert. Hæc doctrina est virtualiter apostoli ad Rom. 14. Nemo nostrum sibi viuit,& nemo sibi moritur, siue viuimus, domino viuimus,siue morimur, domini sumus. Et 1. Cor. 10. Siue ergo manducatis, siue bibitis,siue aliud quid facitis,omnia,ad gloriam Dei facite. Ad Coll.quoq; 3. Omne quodcunque facitis in verbo, & opere,omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratiam agentes Deo,& patri per ipsum.

Quisquis hanc doctrinam seruat,semper bonam habet, & in Deo firmatam voluntatem, cui pax de cœlis per angelos nunciata est. Qui verò se huic non conformat, licet in certo particulari opere Deo seruire proponat, infirmam habet voluntatem, & mutabilem,facilè à Deo declinantem. Nec alia occurrit promptior causa mutabilitatis hominum,& recidiuæ post pœnitentiam, nisi quia dum putant se conuerti ad Deum, non totaliter, & plenè secundũ doctrinam datam se Deo subiiciũt, sed partialiter in isto, vel in illo domino seruire proponunt,qui fit vt in cęteris quia fundamentum non habent declinant, & per hoc nec in eo quo seruire propo-

proposuerunt firmi perseuerant, stante infallibi regula beati Iacobi apostoli. Qui in vno offendit, factus est omnium reus. Et tantum de primo.

Superflua cura re- rum tẽpo- ralium abiicien da.

Ostenso q̃ nulli creaturæ seruiendũ est seruitute principali, sed soli Deo. Ne quis pusillanimis timeret deficere circa corporis necessaria, nisi circa illa principaliter sollicitaretur, animat nos dominus contra huiusmodi pusillanimitatem docens superfluam fore hanc sollicitudinem, ipsamq; secundum Petri sententiam in Deum proiiciendam, cui cura est pro nobis. Tum quia corporis necessaria à Deo expectare oportet, qui nouit, quæ sint nobis necessaria, & ea dare potest, & vult, quoniam maiora cibo, & vestitu, animam scilicet & corpus dedit, & quoniam de cibo, & vestitu, brutis, & plantis prouidet, quæ minoris sunt dignitatis, & æstimationis apud Deum, quam homines secundum suam imaginem creati. Tum quia inutilis est inordinata sollicitudo nostra, cum per eam nec cubitum vnum staturæ corporis adiicere, nec purpura mentis florum, lilii, & rosarum, vestes nostras possumus exornare. Verum quia textus ille satis clarus est, ideò illa parte dimissa ad tertiam festinandum.

In quo consistit diuina seruitus, & quo ordine exhibenda.

Manifestatis impedimentis diuini cultus, animatisque nobis ad eorum repulsionem: restat nunc diligenter attendere, inquo consistit diuina seruitus, & quo ordine sit à nobis domino exhibẽda. Et hoc quidem cœlestis magister noster breui compendio, sed profundiore sensu tradit, dicens: Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Ecce habes actiones, quib[9] Deo seruiendum est, habes & ordinem, cui primo, cui secundo & consequenter intendẽdum est. Actiones quidem triplices sunt, quærere regnum Dei, quærere iustitiam eius, colligere corporalis vitæ necessaria domino ea adiiciente. Ordinem verò, nam primò quærendum est regnum Dei. Primum non tempore, sed intẽtionis principalitate. Secundò iustitia regni. Vltimò necessaria corpori. Regnum Dei quærendum est principaliter, tanquam summum bonum, & finis omnium nostrarum orationum propter seipsum. Iustitia autem tãquam medium, sine quo non peruenitur ad regnum, & ita propter regnum, bona verò corporis non tam quærenda, quam à Deo expectanda, & eo donante sunt colligenda. Ad quærendum autem regnum Dei, & iustitiam eius ex directo tendere debem[9], & velut intentionis faciem conuertere sed ad quærendum corporis necessaria, quasi ex latere, & minus principaliter declinare, vt secundum apostoli sententiam 1. Cor. 7. quærentes temporalia, simus quasi non querentes & vtentes hoc mundo, simus quasi non vtentes & possidentes quasi nihil possidẽtes. Vide de hoc Grego. homil. 2. dominicæ peregrinationis.

Sed fortè dicis: Si principaliter, & primò regnum Dei querendum est nobis, iam non Deo primò sed nobis seruimus. Nam regnum Dei quid aliud est nisi beatitudo nostra, gaudium summum, & impletio omnium desyderiorum nostrorum? quæ cum quærimus, bonum accommodum nostrum quærimus & ita non Deo, sed nobis in hoc seruimus, quod prædictis aduersatur.

Quid p̃ regnum Dei intelligitur

Multiplex regnũ Dei

Ad huius replicæ solutionem & euãgelicæ regulę pleniorem intellectum duo sunt videnda. Primum quid intelligitur per regnum Dei, quod primò quærere iubemur. Secundò vbi & per quid illud quærendum. De primo breuiter dicendum, q̃ licet multipliciter regnum Dei, vel cœlorum in scriptura accipitur, aliquando pro ecclesia militante, vt in parabola Matth. 13. sagenę missę in mare & Matth. 25. decem virginum, & nuptiarum vnde eiectus est nõ habens vestem nuptialem. Aliquando pro ecclesia triumphante, vt ibi. Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Tunc idest post separationem malorum à bonis Matth. 13. Item nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cœlorum. Matth. 18. Item Matth. 11.

Qui

Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo, haud dubium quin Ioanne Baptista, quo maior inter natos mulierum non surrexit. Item 1. Corin. 6. & Gala. 5. apostolus annumerans opera carnis subdit. Qui talia agunt, regnũ Dei possidere non possunt, aut regnum Dei non consequentur. In his omnibus accipitur regnum Dei, siue cœlorum pro ecclesia triumphante.

Accipitur etiam regnum cœlorum quandoq; pro ipsa beatitudine formali qua electi in ecclesia triumphante perpetuò gaudent. Sicut cum dominus Lucę. 12. discipulis ait. Nolite timere pusillus grex, placuit patri vobis dare regnum. Et iterum Lucæ 22. eisdem loquitur. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater me⁹ regnum, vt edatis, & bibatis in mensa mea in regno meo. Promittens regnum declarat gloriam regni, cum subdit, vt edatis &c. qui esus non est aliud nisi fruitio glorię vt exponit Lyra. Accipitur quarto regnum Dei, vel cœlorum pro beatitudine obiectiua, quę est trinitas superbenedicta. Sic exponitur illud Lucæ 17. Regnum Dei intra vos est idest Deus regnans vbiq; intra vos est, in habitando per sanctificatiuum illapsum. Et Mathæi 12. Si in digito Deiicio dæmonia, profectò venit in vos regnum Dei .i. Christus regnans, exponit Lyra. Item Matthei 6. Adueniat regnum tuum, exponit Cyprianus. Regnum Dei idest Christus regnans, quia in ipso regnaturi sumus. Et hoc quarto modo accipitur in proposito. Nam regnũ Dei, quod primò, & principaliter à nobis queren dum est, ipse Deus est pater, fili⁹, & spiritussanctus, qui summum bonum est, & finis vltimus, quo solo fruendum est, vt docet August. in de doctri. christiana. Hunc ergo primò quærere, huius honorem, huius summam perfectionem super omnia desyderare oportet, Hui⁹ regnum in nobis affectare debemus, vt ipse in nobis regnet, vt nos & omnia nostra sibi plenissimè subiiciantur, obtemperent, & seruiant, & hoc principaliter, & finaliter propter seipsum. Et hoc innuit cum dominus ait. Primum quærite non Deum, sed regnum Dei, nam qui quærit regnum idest vt alius super se regnet, non iam suum, sed eius quem supra se iam regnare desyderat, quærit honorem. Hunc enim suum regem, sibiq; dominari vult, se verò illi subiici & seruire. Et per hoc planè patet solutio replicę. Nam regnum Dei, quod primò querendum est, non est beatitudo formalis, fruitio patriæ, vel gaudiũ quia illa fruendum non est, sed vtendũ vt ostendit Magister dist. 1. lib. primi. Sed est beatitudo obiectiua ipse Deus gloriosus, finis vltimus, in vlteriorem non referibilis, quo solo fruẽdum, quia ei soli propter se tantum inhęrendum est, & finaliter seruiendum.

Ostenso nunc quid sit regnum illud, quod primò quærendum est. Nunc consequenter indagandum, quomodo siue quibus mediis quærendum vbi generaliter dicendum, q; regnum Dei primò quærimus, dum Deo vbiq; regnanti tanquam summo bono, & vltimo nostro fini in bonitate, & cordis simplicitate seruimus. In bonitate, sponte, & libenter obediendo in simplicitate cordis idest soli Deo sine reflectione. Sic nanq; scriptum est: Seruite domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Sap. 1. Sic enim seruiendo Deum in nobis regnantem, atq; habitantem merebimur, & beatitudinẽ consequemur, quoniam teste Magistro dist. 37. primi sententiarum, tractante illud Esa. Celum mihi sedes est. In electis habitat Deus, & regnant, qui eius volũtati deuotè obtemperãt. Et veritas Io. 12. Vbi ego sum, ibi & minister meus erit. Hęc seruitus est iustitia regni. Iustum quippe est vt summo, & optimo, à quo nobis vniuersa bona, naturæ, fortunæ, gratię & gloriæ, profluunt summè, & principaliter seruiamus. Nam quia iustum est vt melioribus, & dignioribus minus digna seruiant, summo & simpliciter optimo, cætera omnia summè seruire debent.

Quibus mediis regnũ cęlorum est quærendum

Sed nunc specialius est quærendum in quibus actibus, vel mediis ista serui

tus

cius regni consistit? Et de hoc beatus Augustinus in suo enchirid. capitu. 3. ait. Fide, spe, & charitate colendus est Deus. Hæc enim maxima immo verò sola in religione sequenda sunt. Is qui contradicit, aut omnino à Christi nomine alienus est, aut hereticus. Hæc Augustin. Quamuis enim colere debemus ꝑ omnia bona nostra tā exteriora, quā interiora, tā corporalia, quā spiritualia tanquā omniū horū vnicū, & liberalissimū largitorē. Nam de exterioribus dicitur Prouc. 3. Honora dñm de tua substantia. De corporalibus verò apostolꝰ ait. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctā, Deo placentem. Ro. 12. Item cap. 6. eiusdem epistolæ. Sicut exhibuistis membra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Tamen principalis cultus Dei in interioribus operibus spiritus consistit. Nam cultus exterior sine interiori nullius est meriti, Interior verò etiā sine exteriori Deo acceptus est. Hinc ait apostolus 1. Tim. 4. Exercitatio corporalis ad modicum vtilis est, pietas verò ad omnia. Pietas cultus latriæ est secundum August. 1. de ciuita. Dei ca. 1. Vnde Io. 4. dominꝰ ait. Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum in spiritu, & veritate, adorare oportet. Inter omnes verò spirituales virtutes, & dona, solę tres dictę nos immediate in Deum ordinant tanquā in obiectum. Quoniam omnis actus, quo immediatè in Deum tendimus in via, est actꝰ fidei, charitatis, vel spei. Quod ita breuiter ostendi potest. Cum enim Deus spiritus est, & per hoc insensibilis in Deum tendere non possumus nisi ꝑ actum potentiæ rationalis, nam solum corporalium est sensus. Partis autem rationalis duæ sunt potentiæ, intellectus .s. appetitus, siue voluntas. Memoria .n. proprium actum non habet, sed species reseruat. Per intellectum tendimus in Deum, cognoscendo Deum, & credēdo diuinis reuelationibus, & per hoc pertinet ad fidem quantum ad viatores. Per voluntatem verò desyderando, & amando Deum vt bonum in se propter se, & hoc pertinet ad charitatem. Vel vt bonum nostrum beneficium, & hoc pertinet ad spem. Nec alium actum in via habere possumus respectu Dei immediatè. Et ideò hæ tres solæ dicuntur virtutes theologicæ, eo quod habent immediatè Deum pro obiecto. Reliquæ omnes dicuntur morales, quarum nulla nos in Deum ordinat nisi mediantibus his theologicis. Exemplifica de prudentia, temperantia, iustitia, & fortitudine. Et propter hoc apostolus Paulus prima Corinthiorum decimosecundo postquam multiplicem donorum gratiarum, & virtutum premiserat diuisionem, has tres virtutes tanquam principales, & omnino ad salutem necessarias seorsum ab aliis discernens simul iungit dicens. Æmulamini charismata meliora. Adhuc autem excellentiorem vobis viam demonstro. Si linguis hominum &c. Et postquam disseruit de charitate, subdit capitulo 13. Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc. Ex his deniq; quæcunq; actio procedit, meritoria est vitę ęternæ. Quę verò ex eis non procedit quantumcunq; fuerit bona moraliter, vel honesta, vitæ premium non meretur, quoniam vt statim dictum est his solis omnes actus nostri ordinantur in Deum. Soli autem actus pro quantò in Deum ordinantur, meritorii sunt, & non alias. Per has etiam imaginis nostrę partes reformantur intellectus, affectus, memoria, ad conformitatem Dei. Eis appropriatè respondent principales beatitudinis partes, visio, fruitio, tentio, quorum declaratio hic rescinditur.

In quibꝰ actibus consistit seruitus Dei & regni.

Per virtutes theologicas ordinamur in Deū.

Ex quibus omnibus manifestum est, quod ex his tribus theologicis virtutibus tanquam firmis radicibus, quibus fundamento, quod Christus est, & angulari illi lapidi cohęremus, omne ecclesię surgit ędificiū, vnq; sunt oēs virtutes his radicibꝰ nō inhęrētes. Colligamꝰ itaq; hāc summā siue epilogū ꝑ dictorū. Ad hoc sumꝰ christiani vt Deo nr̄o, ac redēptori Iesu Chr̄o vna cum

patre, & spiritusancto verò, ac consubstantiali Deo, fide, spe, & charitate inhereamus, hoc est in eum firmiter credamus, eũ summè diligamus, eoq; frui tanquã summa, & vltima nostra beatitudine fiducialiter desyderemus, & desyderando confidamus. Siquidem christiani sumus vt Christo seruiamus. Seruimus autẽ Christo, q̃rẽdo primũ regnũ Dei Regnum Dei quærimus .i. Christum in nobis regnare cupimus, dum ei per fidem, charitatem, & spem inhæremus. Per fidem enim regit intellectum: Per charitatem appetitum, quantum ad affectum iustitiæ siue amorem amicitiæ: Per spem eundem quantum ad affectionem commodi siue amorem concupiscentiæ. Et hæ virtutes iustitia sunt regni Dei, quia per has in nobis regnat Deus. Et media sunt per quæ meremur tandem introduci in gaudium domini, & regis nostri, quod est regnum beatitudinis sempiternæ. Hoc itaq; fundamentum est Christianæ religionis, cui mente semper intendamus a quo oculos nostros nunquam deflectamus, horum perfectionem, & augmentum in omnibus actionibus quærere debemus, si mereri, & proficere voluerimus, sit tota nostra sollicitudo, vt fides nostra recta sit sine errore, spes firma sine vacillatione, charitas integra sine diuisione, quia quantum in his deficimus infirmi sumus, quantum proficimus, perfectiores erimus fasiui nostro beatius propinquamus.

DOMINICA XV.
Sermo II. in ordine.
LXXX.

Tota causa futuræ miseriæ, est transgressio ordinis à Deo instituti.

QVÆRITE primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis Mat. 6.

Futuræ miseriæ tota causa est transgressio ordinis à Deo instituti, nõ enim quia hoc mundo vtimur, non quia comedimus, quia bibimus, non quia creatura Dei delectati lętamur, damnationis foueam incidimus, quoniam omnia hæc corporalia ad hominum vsum sunt condita, atq; eius dominio subiecta, sicut dicit psalm. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & peco. cam. volu. cœli, & pis. maris, qui peram. semi. ma. Est. n. homo quodammodo finis omnium. 2. Phys. Sed in eo peccamus, penamq; meremur, quia peruerso ordine ea quærimus, facientes de mediis fines, & finib⁹ tanquam mediis abutentes. De hoc beatus Augu. 19. de ciuit. ca. 13. ita ait. Deus naturarum omnium sapientissimus conditor, & iustissimus ordinato, qui terrenorum ornamentorum maximum instituit mortale genus humanũ, dedit hominibus quędam bona huic vitę congrua idest pacẽ temporalem pro modulo mortalitatis vitæ in ipsa salute, & incolumitate, ac societate sui generis & queq; huic paci, vel tuendæ, vel recuperãdę sunt necessaria. sicut ea quę apte, & conuenienter adiacent sensib⁹ lux ista visibilis, aurę temporales, & aquæ potabiles, & quicquid ad pascendum, tegendum, curandum, ordinandumq; corpus congruit eo pacto æquissimo, vt qui talibus bonis mortalium paci accommodatis rectè vsus fuerit, accipiat ampliora, atq; meliora, ipsam .s. immortalitatis pacem, eiq; conueniẽtem gloriam & honorem in vita æterna, ad fruẽdũ Deo, & proximo in Deo. Qui autem perperam, nec illa accipiat & hæc amittat. Cauendum ergo summopere ne contra ordinem à Deo instiututum his vtamur, cuius ignorantia, quia perturbat formam meritorum, vt ait. Ber. ideò dominus dignatus est nobis ordinẽ declarare, quid primò, quid secundò, & deinceps queramus, cum ait in doctrina hodierna euangelii: Primũ quærite regnum Dei. Pro gratia Aue Maria.

Viaregia procedẽdi ad regnum p appetibilia.

Primò recitabitur euangelium, secũdò exponetur cum certis doctrinis. Nemo potest duobus dominis seruire &c. In hac euangelica doctrina viam vnicã & regium ordinem, quibus procedendum est per bona huiusmodi appetibilia ad beatitudinem dominus ostendit.

Ideoq;

Ideoq; eo diligentius audiendum, ac digna memoria custodiendum quo ad vitam beatam alius nullus possibilis est processus. Quia autem Boe. 3. de cons. metro. primo docet Necesse est prius mentem purgare à falsis erroribꝰ, & sic tunc veris poterit imbui doctrinis, igitur dñs, qui solus est, ac vnicꝰ magister cœlestis. Matth. 23. falsum mundanorum erroré primò euacuat, sic demũ veritatis doctrinam plantat in fine euangelii, cum ait, primum quærite regnum Dei. Errant auté plurimũ seculi huius homines, in eo ꝙ solliciti sunt pro infimis transeuntibus bonis, ad corporis consistentiam, ornatũ, vel voluptatem ꝑtinentibus, nullã, vel modicam de permanentibus maioribus habentes sollicitudinem.

Hunc auté erroré duplici via probat .s. ex dãno ꝙ affert huiuscemodi sollicitudo. Et ex eius inefficacia & vanitate respectu illius respectu cuius habetur. Est enim ista solicitudo primò dãnosa nimis qm̃ priuat melioribus bonis imo bono summo. Qm̃ qui sic sollicitus est circa exteriora corporis bona (quõ hic loquitur de sollicitudine) contẽnit æterna. Non .n. de qualibet sollicitudine, siue studiosa diligentia ad habendũ, vel consequendũ aliquid hic loquitur, sed de illa, qua primò, & principaliter aliquid quæritur, cui aliorũ sollicitudo cedit, qualis de vltimo fine haberi debet. De hoc loquitur Gregor. 9. moral. allegans textum illũ, qui continuo huic euangelio subiungitur. Nolite solliciti esse in crastinum. Et illud Pauli Rom. 13. Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. In his inquit, nimirum ducis, ac militis verbis agnoscimꝰ quia tunc ab ea mortifero vulnere animus pungitur cum in ea mẽsuræ ęqui tas non tenetur. Neque enim mortalitas non tenetur. Neque enim mortali adhuc in carne viuentibus, funditus cura carnis abscinditur, sed vt discretè animo seruiat, temperatur, discretione ergo magnæ moderationis carnis cura frenanda est, vt seruiat, & minime principetur, ne quasi domina animũ vincat sed subacta mentis domino, quasi ancilla famuletur, vt iussa adsit, atq; ad votũ cordis repulsa dissiliat, vt vix à tergo sanctæ cogitationis appareat, & nũquã contra facié recta obsistat. Et glo. ordi. dicit. Labor exercendus, sollicitudo tollẽda est, quæ menté perturbat, dũ timet ne aut possessa dispereant, aut elaborata non cõtingant Et sequitur Hæc exẽpla nõ prohibent prouidentiã, non laborem, sed sollicitudinẽ, vt tota fidutia nostra sit in Deo, cum & aues sine cura viuãt. Vallis sollicitudo quę animo principatur, dũ habetur de bonis infimis, haberi nequit de summis. Meritò autem summo bono priuamur, dum nõ de ipso, sed minimis sollicitamur. Et hoc deducit magistraliter dominus, cũ in euange. ait. Nemo potest duobus dominis seruire, seruitute .s. principalis sollicitudinis, quæ summo debetur, & vltimo fini. Non .n. possunt plures diligi vt summum, vt sermone præcedenti patuit, ideò hic rescinditur. Hoc idé ostẽdit secundò ex huius sollicitudinis vanitate, & inefficatia, etiam respectu corporalium acquirendorum, vana .n. est hæc sollicitudo pro aliquo obtinendo, pro quo conferendo is, qui conferre potest, sollicitus est vt donet. Talis aũt est pater noster, qui scit, qbus indigemus, & ꝑstò est ea conferre, quod ex duobus oñdit dñs. Tum quia maiora dedit, animã .s. quę plus est, quam esca, & ipsum corpus, ꝙ plus est, quã vestimentũ. Sed q maiora dedit, quõ nõ dabit minora? qui .n. formauit animã, qui tali indiget carne, quõ etiã non alimenta præstabit? sic de corpore respectu vestimentorũ. Apostolus ad Ro. 8. Qui proprio filio suo nõ pepercit &c. quõ non dabit nobis omnia cũ illo? Tum quia talia cõfert vilioribus creaturis, brutis, & plantis. Hinc dicit Respicite vola. cœli &c. & iterũ. Cõsyderate lilia agri &c. Et cũ oĩa illa longè sint infra hominé, quibus prouidet dñs, quantò magis hominibꝰ. Quare meritò talis sollicitudo est deponenda. Huic consonat Petrus 1. Pe. 5. Omnem sollicitudinẽ proiicientes in ẽũ, qm̃ ipsi cura est de vobis. Est etiam sollicitudo nostra inefficax, quia nequaquam

Est magna & inefficax temporalium solicitudo.

quam sufficit sibi homo per propriam industriam. Quis .n. vestrũ (ait dñs) potest adiicere ad staturam suã vnum cubitum? Ita etiã nullus sibi sufficit ad victũ, & amictũ, quia etsi in vinea, aut agro laborat, semina iacere potest, & vitem plantare, sed vnde semen? vnde vitis, quã plantat? & quãuis terrã sulcat, semen proiicit, sed incrementum dare non valet, non pluit, vt dicit Augu. & si irrigat, sed Deus implet fontẽ, de quo riuũ ducit: Neq; .n. qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus 1. Cor. 3. Alludit ad idẽ Chrys. homil. 21. super Matth. Vnde reuera modicæ fidei sunt homines, qui cum se cognoscant quælibet maxima. s. vitam, animã, & corpus à Deo recepisse tam in discreta sollicitudine circa minima laborant, & sæpe inutiliter confidentiam à Deo subtrahentes, verumtamen nemo ocio vacare debet sed alicui labori sibi debito, & congruo intendere.

Omnia appetibilia sub ternario complectuntur.

Reprobato ergo errore mundanorum, veram, & salutarem infert doctrinam omnibus ad beatitudiné tendentibus necessariam, cum ait. Primũ quærite regnum Dei, & iusticiã eius, & hæc omnia adiicientur vobis. In hac compendiosa doctrina omnia nobis appetibilia sub ternario numero concludit, & ordinem ista quærendi instituit. Est.n. bonum maximum summus, & gloriosus Deus, qui est omnium finalis beatitudo obiectiua, & æterna vita, & regnũ Dei, vel verius Deus regnans, cui cum summè vnimur visione, & fruitione iã regnum Dei, & beatitudinem consecuti sumus sicut in Ioan. 17. ca. dominus ait. Hæc est vita æterna &c. Ideoq; inter ea, quæ animæ formaliter inesse possunt, summa, & maxima bona sunt huiusmodi visio, ac fruitio, per quæ & formaliter beatificatur. Sunt & bona media, bona scilicet animæ, quæ participat in via, quibus peruenire potest ad summa. Hæc sunt virtutes, & dona, ac virtutum actus, maxime autem tres illę theologicæ, fides, spes, charitas. Et ista exprimit per iustitiam eius scilicet regni, quia iustitia legalis virtus est, quædam vniuersalis, vt dicitur 5. Eth. qua vniuersaliter obeditur cuilibet quod ꝑcipitur lege iusta. Sunt & bona minima, bona scilicet corporis, sanitas, esca, potus, vestitus, & cœtera exteriora, quibus illa comparantur, quorum hic dñs sollicitudinem interdixit, quæ vere minima bona sunt, quoniam caduca sunt, & sæpe nociua, & mala, tunc tãtum bona cum prioribus subseruiunt, mala verò cum impediendo à prioribus reluctantur.

De ordine quęrẽdi.

Inter hæc autem bona quærenda, hunc dominos ordinem instituit, vt primum quæramus regnum Dei, secundò iustitiam eius, & vltimo verò corporalia. Non tamen hic ordo temporis designatur, quia non primò tantum sed omni tempore, & omni actione nostra quærendum est regnum Dei, & iustitiã eius, sicut dominus ait Luc. 18. Oportet semper orare, & non deficere. Orando autem regnum Dei quærimus? Neq; etiam in hoc culpatur homo si prius tempore vacet corporalibus laboribus, & propter aliquam commoditatem posterius vacet in ecclesia orationi, licet commodabile sit (si commode fieri potest) diei principium Deo offerre, sed hic designatur ordo principalitatis, atq; intentionis. Vnde glo. interl. Primũ .i. præcipue & glo. mar. primum non tẽpore, sed dignitate querite regnum Dei idest præponite omnibus rebus cœteris. Vult enim nos dominus primum idest principalius quærere regnum Dei hoc est seipsum, & beatitudinem, & iustitiam quærere tanquam medium consequendi regnum.

Primum ergo quærere regnum Dei est principalius, & appretiatius desyderare beatitudiné, quã iungamur Deo, & propter illam cuncta alia operari, non solũ desyderando, sed opãdo magis q̃rere dicimur. Vnde ille primũ quærit regnũ Dei, qui super omnia diligit regnũ Dei frequentius de ipso cogitat, magis de eo, quam de quacunq; re alia anxiat paratus propter ipsum consequendum omnia mollia corporis spernere, & quę-

libet

libet dura pati, & nullam omnino re, nullam actionem, nullam voluptatem huic anteponere, sed oĩa quę huic contrariantur sponte abiicere, & propter hoc cætera agere. Qui sic quærit regnum Dei, non potest non quærere iustitiam eius, quia volens finem, non potest non velle medium necessarium ad finem, immo sicut ait Rabanus, regnum Dei quærimus, sectando iustitiam, iustitia enim regni est, omnia, quę Christus docuit, obseruare. Ideoq; iustitiam regni quærit, qui in omnibus agendis, vel dimittendis sollicitè requirit, Vtrũ sic agere, vel dimittere sit conforme doctrinæ Christi, an difforme? & secundũ hoc agit, vel ab actione cessat.

Doctrina moralis ad vitanda peccata.

Ex isto vtile documentum elici posset cuilibet christiano, vitam christianam ducere volenti, & peccata cauere, quatenus scilicet cogitando sæpe Dei bonitatem, futuraque præmia, & gaudiorum æternitatem reuolueret, quatenus sic ad cælestium desyderia accendatur, proponeretque firmiter in genere, nolle tantum dominum offendere per præceptorum suorum transgressionem, hoc quoque propositum dietim renouare, quatenus magis, magisque in eo firmaretur. Haberet talis homo magnum iuuamen vitandi peccata. Quoties enim particulare aliquid agendum occurreret, cum ipsum cognosceret fore contra diuinum mandatum, iam facilè per hanc generalem voluntatem in eo firmatam, huiusmodi actionem relinqueret. Sic enim habituatus difficulter peccat culpabiliter. Sicut ex aduerso sic non habituatus, difficulter peccatum cauet. Hæc est bona voluntas, quæ pacem meretur, quã angeli nascente Christo nunciabant. In terra pax hominibus bonę voluntatis. Qui sic primò quærunt regnnm Dei, & iustitiam eius solliciti non sunt pro corporalibus tanquam pro minimus, sed moderata cura, & laboribus pro eis laborantes, à domino obtinebunt, quoniam hæc omnia adiicientur eis. Adiicientur, dixi, non dabuntur. Chrysostomus Homilia vigesimaprima, super Matthæum. vt discernemus, quę in præsenti dantur, nihil esse omnino, si futurorum magnitudini comparentur, ac si dicat.

Quære tantum futura, sic enim optimè etiam pręsentia consequeris. Noli quærere, quę videntur, & ipsa absque ambiguitate percipies, quæ videntur, & quæ non videntur æterna, & temporalia. Sunt aũt huius rei testes innumeri vete. & noui testa. patres, qui omnia propter dominum relinquentes, optimè à domino sunt prouisi. Testatur hoc Abraam natale solum relinquens, Iacob Patriarcha, filii Israel, Helias, Ioseph, Helisæus, apostoli, ęremitę, & innumerabiles monachi, quos per singula longum esset enumerare, adeo vt dicat propheta in psalm. Nunquam vidi iustum derelictum, nec semen eius quęrens panem.

In oratione dominica ordo habentur postendorũ à domino.

Et quia omnia hæc maximè à Deo orando requirimus, sicut ipse promisit Matth. 21. Omnia quęcunque petieritis in oratione credentes accipietis. Ideoque in oratione, quam ipse nos docuit hoc ordine (pro nobis conferendis bonis) orare iussit. Nam postquam rogare nos docuit ampliationem cultus nominis diuini, in prima petitione Sanctificetur nomen tuum, sex sequuntur petitiones, quibus petimus per horum triplicium donorum collatione, & pro contrariorum malorum ablatione. Cũ enim dicimus in prima harum sex petitionum, quæ ad nos pertinent, Adueniat regnum tuum. Primò quærimus regnum Dei, Iustitiam verò eius, cum sequitur, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Hęc enim iustitia est regni Dei, vt voluntas sua præceptiua fiat in nobis. Adiicienda verò quotidiana necessaria vltimò bonorum petimus, cum dicimus, Panem nostrum quot.da nobis hodie, in pane designantes omnia victui nostro necessaria. His tribus bonis tria mala opponuntur. Regno cœlorum opponitur peccatum, quia nihil inquinatum intrabit in illud. Apoc. 21. in ablatione malorũ primo petimus peccati dimissionem.

Iustitiam regni (quæ est obseruan

uantia diuinæ voluntatis) impendit vincens tentatio, quæ peccatum inducit, ideò secũdo ne in hanc inducamur: per consensum oramus dicentes: Ne nos inducas &c. Bonis temporalibus opponitur malum pœnæ, quod vltimò auferri petimus, cum concludimus: Libera nos à malo .s. pœnæ, & corporis A malis enim animæ iam orauimus liberari cum dimitti peccata postulauimus, ac præseruari à tentatione in peccatum inducente. Sed quam contrario modo nunc incedimus indies in actionibus nostris malis experimur, raro.n. vel negligentissimè quærimus regnum Dei, Primum autem maximis curis, & solicitudinibus temporalia quærimus à Deo &c. De solicitudine temporaliũ vide latius in lectione canonis 70. Nam sermo ille planus, & plura habentur in canone, quæ hic non sunt tacta.

DOMINICA XVI. Sermo I. in ordine. LXXXI.

Vniuersalis medicus Christi singulis singula adhibuit medicamenta.

ADOLESCENS tibi dico, surge Luc. 7.

Vniuersalis medicus Christus vniuersalia mrdicamenta attulit, quib⁹ vniuersa vulnera, ac infirmitates sanauit. Ad hoc quippe venit. Hinc ait: Nõ est opus sanis medico, sed male habentibus. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Matt. 9. Venit filius hominis quærere & saluum facere, quod perierat. Luc 19. Quamuis autem omnis Christi doctrina verborum factorum omnib⁹ sit instructio salutaris propter vniuersalem medici, & medicamentorum perfectionem, quę dam tamen & facta, & dicta etiam specialiter, speciales hominum respiciunt conditiones. Vnde quandoq; ad prælatos specialiter suam doctrinam dirigit, vt est illud. Sic luceat lux vestra &c. Matth. 5. secundum expositionem Nicol. de Lyra. Et ꝙ Lazarum suscitatum, discipulis soluendum commisit, quandoque verò ad turbas, vt est illud Si vis ingredi ad vitam, serua mandata Matth. 19. Et quod leprosos mundandos ad sacerdotes misit. Luc. 12. non difformiter quæ paruulis, vel circa paruulos operatus est, paruulos respicit, licet idipsum senes instruat. Ita etiam licet ad omnes per peccatum mortuos, specialiter tamen ad adolescentes pertinet. Quia ad mortuum adolescentem clamauit vnicum filium viduæ. Adolescens tibi dico surge. Pro gratia Aue. Recitatio euangel.

Nouem mala quę incidũt iuuenes in senio.

Audistis dominum adolescenti, fuisset carne extincto, ne morte absorberetur pri⁹ quam tumulo illatus clamantem. Adolescens tibi dico, surge. Imperando loquitur tanquam dominus vitę & mortis cuius imperio mors cessit, vita rediit corporalis. hæc tunc operatus est visibiliter, nec modo cessat, sed continuando adolescentibus longè damnabilius gratiæ mortuos loquitur præcipiendo: Adolescens tibi dico, surge, prę cipiens vt morte relicta animæ ad vitam redeant spiritalem. Audiant adolescentes ætate, lasciuiæ dediti: Audiãt & senes moribus pueriles, ne in peccatis longiore mora tabescentes pereant, & hic corpore temporaliter, & anima in futuro æternaliter. Hortatur ad idẽ apostolus: Surge, qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus ad Eph. 5. Caueant adoloscentes suam conuersionem remorari, nec spe vana senilem ætatem pęnitentiæ deputare. Quoniam sicut bonum est viro cũ portauerit iugum ab adolescentia sua. Thr. 3. Ita malum est, & pessimum abiicere iugum domini, quod leue, & suaue est, & se pondere peccatorum grauissimo onerare Vt ergo vos lasciui iuuenes, immo iuueniles senes promptius verbo domini acquiescatis, & mortem animæ abiicientes ad vitam gratiæ resurgatis. Attendatis diligenter quanta damna, & pericula afferat mors in iuuenibus lasciuis continuata, dum vita emendatior senio reseruatur. Est enim hoc periculosissimum, & damnabilibus malis plenum propter mortis periculum, & raritatem veræ pœnitentiæ in extre-

extremis, obfirmationem animi in peccatis, debilitatem resistendi fraudibus tentatoris, maculam animam deformantem, priuationem amicitiæ cœlestis patris, neglingentiam gratiæ sublimantis, perditionem gloriæ omissis meritis respondentis, æmulationem pœnæ temporalis, retardationem gloriæ beatificantis.

Primum malum mortis piculum senium pueniés.

Primum est mortis periculum seniũ præueniens, & prius quam pęnitentiæ tempus præfixum adueniat extinguens Quid enim morte incertius? Siquidem tot vitæ pericula, quot vitæ momenta, vitro fragilior, vapore breuior Ioann. quarto. Et qui crastinæ pœnitentiæ veniam promittit, crastinum non promittit. Denique pœnitentia, quæ ad extrema differtur, rarò vera, vt declarat magister distin. 20. Tum quia tunc deficiunt multæ circunstantiæ ad veram pœnitentiam requisitæ, & adsunt multa impedimenta. Tum quia vt ait Augustin. in de sermone de innocentibus Hac animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei. De hoc latius infra dominica 24. sermo. 1. Secundum, obfirmatio animæ in peccato. Nam ex actibus peccatorum continuatis generatur habitus ad similia inclinans, atque per quæ generatur, per hæc & augetur 2. Ethico. Cum autem habitus inclinat potentiam per modum naturæ ad actus similes, ex quibus genitus est, & quantò intensior, tantò magis inclinat per continuationem actuum, & per consequens intensionem habituum peccatum erit volũtati quasi connaturale, ita vt multis, videatur se non posse cauere peccatum. Hinc cõmune dictum: Consuetudo est altera natura. Sic bibuli, sic luxuriosi, sic iracundi &c. nonnunquam dicunt, & errando credunt se non posse abstinere ab actibus consuetis. Hinc prouerbio. 22. Adolescens ibit à via sua, & cum senuerit, non recedat ab ea. Quod etiã experientia docet, rarò displicet senibus quod iuuenes frequentarunt, displicet, dico voluntate, licet quandoque displiceat impotentia organorum, & fortè plures senum huiusmodi plus dolẽt se non posse iuueniliter viuere, quam iuueniliter vixisse. Vnde verum est illud poeticum Qui non est hodie cras minus aptus erit. Et iterum. Quod noua testa capit, inueterata sapit. Tertium debilem reddit ad resistendum vitiis, ac tentationibus. Nam lasciua iuuentus tollit virtutes, si quæ infuerunt, & impedit ne generentur, quæ solæ fortificant animum ad respuendum contraria dictamini rationis, & ad conformandum se rectæ rationi, nam per habitus vitiosos, quos acquirit, expellit virtuosos, contrariantur enim vt luxuria castitati, humilitati superbia, & per omissionem actuum virtuosorum impedit habitus virtutum ne generentur, deficiente nanque causa deficit effectus. Hinc August. Plus valet malum insolitum quam bonum insolitum. Ex quo patet quantò diuti⁹ peccatum cõtinuatur, tantò peccator ad resurgendum redditur impotentior, & ad bonũ infirmior ac ad malum promptior.

Secundũ malum affirmatio animæ in peccato.

Terrium malum reddit debilem ad resistẽdum.

Quartũ deformatio animę perpetua.

Quartum est deformatio animæ perpetua, cum enim deformitus rei ex duobus attenditur, ex priuatione eorum, quæ ad eius perfectionem seu formam requiruntur, & ex applicatione disconuenientium, vt deformis est facies oculo, vel naso priuata, similiter si fuerit immunditia respersa. Anima verò virtutibus ornatur, vitiis deformatur. Cum ergo continuatione peccatorum vitia generantur, expelluntur virtutes, patet propositum Hinc Thre. 4. dicitur. Denigrata est super carbones facies eorũ. Si ergo deformatio faciei tanquam malum æstimatur, quantum est deformatio imaginis Dei in facie animæ, sine comparatione melioris corpore, cuius est imago hęc, & circumscriptio?

Quintũ priuatio amicitię diuinæ.

Quintum est priuatio amicitiæ summi patris. Nam qui amicus esse voluerit huius mundi, inimicus Dei constituitur. Iacob. capitu. 4. Sed quantum est, & quam malum perdere amicitiam summi boni quis æstimabit? immo magis totus mundus si foret in possessione

vnius hominis, relinquendus esset, quã carendum foret amicitia istius boni infiniti per momentum. Habet autem odio Deus peccatum cum peccatore. Sapien. 14. Grauissima ergo iactura est hac amicitia carere tanto tempore, cũ nemo vellet carere amicitia terreni principis.

Sextum malum negligentia gratiæ sublimantis.

Sextum, negligentia gratiæ sublimãtis, & hoc tam prius habitæ, quam expellit, tam acquirendæ quam negligit, quæ sublimari deberet, & in filium Dei adoptari. Et hoc damnum tantò maius est, quantò gratia donum præciosius est. Siquidem omnia creata dona vincit, sicut & charitas, cui identificatur, vel inseparabiliter coniungitur. Hac sola saluari possumus, gratia Dei vita æterna. Rom. 6. Per hanc & nos, & opera nostra Deo placemus. 1. Cor. 13. Hæc contrariatur mortali peccato idest per ipsum expellitur. Nec expulsa recuperatur: quoniam licet per pœnitentiam reuiuiscunt priora merita, non tamen amissa gratia, secundũ Sco. distinctio. 22. quarti. Cuius rationem ibidem assignat quia merito aliquo modo sunt hominis, sed gratia solum Dei donum. Ideò gratia pœnitentiæ, quæ secundum August. peccatum tollit, sua quæ inuenit, saluat, quia inuenit ius ad gloriam ex præcedentibus meritis, ideò illa saluat, non gratiam, quam nõ inuenit. Denique quid grauius, quam negligere gratiam, thesaurum præciosissimum vitæ præsentis, & futurę, quã acquisiuisse potuisset, & perdere pręciosum tempus, quod omnibus bonis seculi redimi non potest? Hinc Eccle. 25. Quę in iuuentute non congregasti, quomodo inuenies ea in senectute? Denique talis faciendo se indignum gratię post lapsum recuperandę, etiam illam negligit, quod grauissimum est. Multum enim (secundum Scot. distinctio. 22. quarti) proficiunt bona mortificata, ad citius conferendum primã gratiam lapso, vnde credit quod sicut perfectior grauius cadit propter maiorem ingratitudinem, ita cœteris paribus citius resurgit propter diuinam benignitatem, merita præcedentia aliqualiter acceptantem.

Septimũ malum spoliatio gradus glorię.

Septimum, spoliatio gradus, glorię meritis omissis, & neglectæ gratiæ respondentis, immo & quæ respondisset, bonis operibus, factis, si eadem in charitate facta fuissent, & non mortua extitissent. Hęc enim per pœnitentiam recuperari potest. Licet enim tanta sit Dei misericordia, quod peccatum ita remittit, quasi commissum non fuisset, donat enim affluenter, & non improperat, vt dicit Iaco. & Ezech. 18. cap. & non minus placet Deo pœnitẽs post peccati remissionem, quam si peccatũ non cõmisisset, nihilominus gloria perpetuò carebit, quam per bona sua in peccatis facta, & neglecta meruisset, quod quanti sic damni quis æstimabit? Credo quod beatus magis vsq; ad diem nouissimum eligeret puniri in purgatorio, cuius tamen pœna omnem præsentis seculi excedit pœnam, quam minimo beatitudinis gradu perpetuò spoliari.

Octauũ malũ aggregatio pęnarum tpalium.

Octauum, thesaurizatio pœnarum temporalium, etiamsi postea conuertatur, vt viuat, quoniam etsi per subsequentem pœnitentiam peccatum dimittitur, pœna æterna non simpliciter remittitur, sed in pœnam temporalem hic, vel in purgatorio soluendam commutatur. Hic autem rarò soluitur, pręsertim propter ætatem senilem serò pœnitentis. Hinc Ecclesiastes 11. Lętare iuuenis in adolescentia tua, & in bonis sit cor tuum in diebus iuuentutis tuę, & ambula in viis cordis tui, & intuitu oculorum tuorum. Et scito quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Aufer iram à corde tuo, & malitiam à carne tua. Adolescentia enim, & voluptas vana sunt. Hinc & apostolus Roman. 2. Thesaurizant sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei, loquitur de abutentibus diuina benignitate, expectante ad pœnitentiam.

Nonum malum dilatio glorię.

Nonum, dilatio gloriæ tunc debitę, quæ maior est pœna omnium temporalium, sicut pœna damni omnium perpetuarum, repugnat enim statui beatitudinis, sicut pœna, ita & pœnæ

cuiuslibet

cuiuslibet debitum, tam temporalis, quam perpetuæ, quia nec cum beatitudine, nec posterius soluende. Scotus distinctione 20. quarti. His attentis, si vos diligitis, audite vocem clamantis, ac fideliter auisantis: Adolescens tibi dico surge &c.

DOMINICA XVI. Sermo II. in ordine. LXXXII.

RESEDIT, qui fuit mortuus, & cępit loqui. Lucę 8.

Saluator noster dominus Iesus Christus factus est nobis (vt ipse ait Ioannis 14.) via, veritas, & vita. Quia via, ideò quæcunque dixit, & egit documenta nobis sunt, & directiua nostri in via, quæ ducit ad vitam. Hinc ipse ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Matthęi 11. Hinc Gregorius: Omnis Christi actio nostra est instructior, quia veritas, ideò nedum verba sua veritatem denunciant, sed & facta, siue opera prolatę veritati attestantur, hoc est, quod per Ioan. capit. quinto ait: Opera quę ego facio testimonium prohibent de me, quia pater me misit, quia autem vita est, ideò ipse est merces nostra, sicut olim patri nostro Abraæ dixit. Ego sum merces tua magna nimis. Gen. decimoquinto. Ipse spes nostra, ipse beatitudo nostra. Siquidem hęc est vita ęterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ioann. decimo septimo. Cum itaq; insigne, ac miraculosum opus à domino factum, euangelica commemorat histo. resuscitationem videlicet adolescentis, filii viduę ciuitatis. Nam, ita ipsum animo capiamus vt non solum in eo Dei miremur omnipotentiam, sed sit nobis via moraliter instruens, sit veritas in fide nos corroborans, sit vita spem nostram subleuans, quatenus etiam nos peccatorum morte pręssi secundum verba thematis, resideamus, alleuiati per gratiam ac laudes domini eloqui incipiamus, solidati per fidem rectam. Et desyderium nostrum erigamus, accensi per spem vitæ firmam. Sic enim præsentes miraculo, non tantum mirati sunt factum, sed eos accepit timor Dei, quo ad primum Et magnificabant Deum, dicentes, quia propheta magn⁹ surrexit in nobis, quo ad secundum. Ac misericordiam beneficam cognouerunt, addentes, quia visitauit Deus plebem suam, quo ad tertium. Hoc egit circunstans turba, hoc agamus & nos, quod adolescens ille, de quo thema: Resedit &c. Aue. Ex facto Christi (vt tactum est) & moraliter instruimur, & in fide firmamur. De primo nunc erit sermo. Pro cuius clariori intellectu pri⁹ audiatur historia euange. quę talis est. Ibat Iesus &c.

Christus factus est nobis via veritas, & vita q̃uo.

Moraliter nos historia instruit, quibus occasionibus mortem spiritualem incidimus, à quibus in eo detinemur. atq; vsq; in sepulchrũ inferimur. Docet nihilominus quomodo sic per peccatum mortui à domino resuscitantur. Quo ad primum aduertendum, q̃ licet peccatum in ipsa voluntate radicaliter & principaliter cõmittitur, per quod anima moritur gratię, mors tamen illa regulariter ab extrinseco occasionatur à quibus mors ipsa exorta, per exteriores sensus quasi per portas quasdam ingreditur. Per easdem enim anima effertur mortua, per quas mors est ingressa. Vnde Beda in homil. ait: Portam ciuitatis, per quam defunctus efferebatur, puto aliquem de sensib⁹ esse corporeis. Qui enim inter fratres seminat discordiam, aut iniquitatem, in excelsis loquitur, per oris portam extrahitur mortuus. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, per oculorum portam suæ mortis indicia profert. Qui fabulis ociosis, obscenis ve carminibus, ac detractionibus aurem libenter accommodat, hanc animæ suæ portam mortis efficit. Cæterosq; qui non seruat sensus, mortis sibiipsi reserat aditum. Hęc ille.

Q̃uo homo occasionatur ad peccatum.

Ecce mortuum efferri per portã sen-

sus

ſus, nihil aliud eſt quam ſenſibus abuti in occaſionem peccati Per ſenſum quippe res concupiſcibilis præſentatur appetitui ſenſitiuo. Hæc cum concepit delectationem, parit peccatum, dum illiciendo rationalem appetitũ trahit ad conſenſum, peccatum verò cum conſummatum fuerit per plenum, & perfectum conſenſum voluntatis, generat mortem, quia æternæ mortis debitum inducit, vt vult Iacobus. Iaco. 1. Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum. Peccatum verò cum conſummatum fuerit, generat mortem. Per concupiſcentiam intelligit ſenſualitatem. Concordat Auguſt. 12. trini. & Magiſter lib. 2. diſt. 23. Quapopter chariſſimi ſi hanc mortem animę ſi proportione corporali morte grauiorem vitare placuerit, portas, per quas inſerpit ſollicite cuſtodiamus, ſenſus noſtros neceſſe eſt, abſtrahamus à vanis exterioribus delectationibus, alioquin peccatum non vitabimus. Nam & per Hiere. cap. 1. dominus dicit, Ab aquilone venient, & ponet vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Hieruſalem. Quod exponẽs Iſid. de ſum. bo. lib. 3. cap. 28. ait, Regna aquilonis vitia ſunt, quæ ſedes ſuas in portis ponunt, quando per ſenſus carnis labem animę ingerunt. Ideoque in ipſis portis. i. in ipſis ſenſibus regnant. Neque aliunde peccamus, niſi viuendo, tangendo, audiendo &c. Et ideo ſcribitur. Intrauit mors per feneſtras noſtras Hiere. 9. Et Abdię. 3. dicitur. Extranęi ingrediebantur per portas, & ſuper Hieruſalem mittebant ſortem. Extranei, immundi ſunt ſpiritus, qui tanquam ꝑ portas, ita per ſenſus carnis irrepunt, & eam illecebrando deuincunt. Tentatio enim carnis interior, quæ non fit, niſi per ſenſus carnis difficilius vincitur, quia interius pugnans de noſtra cõtra nos roboratur, ait magiſter lib. 2. di. 21. Nemo ſe decipiat dicent, quid nocet videre creaturas Dei, ac ſeculi gaudia choræas, ludos, ſpectacula, iungi, & conuerſari lætis hominibus, amplecti, attrectare puellas, dummodo non ſoluantur diuina præcepta, dummodo caueantur mortalia, venialia gratiam non tollunt, quia hæc, quæ dicuntur minima frequenter in maxima deiiciunt, quæ tantò ſunt periculoſiora ſecundũ Gre. in paſtora. lib. 3. cap. 35. quantò minus penſantur. Maior enim culpa, quo citius agnoſcitur, celerius emendatur, minor verò cum quaſi nulla creditur, eo peius, quo & ſecurius in vſu retinetur. Mens quoque aſſueta leuibus, tantò in maioribus contemnit pertimeſcere, quantò in minimis didicit non timendo peccare. Vnde qui minima emendare negligit, à ſtatu iuſtitiæ nõ repente, ſed partibus totus cadit. Hinc Eccl. 19. dicitur, Qui minima negligit, paulatim decidit. Nec tamen quę tacta ſunt, minima ſunt dicenda, quoniam maximis occaſionem præſtant. Quis enim tangit picem, & non inquinabitur ab ea? Eccle. 13. Amicus quoque ſtultorum erit ſimilis eis, Prouerb. 13. Quis deni que in lubrico ambulans nunquam cadet? Quis pontem ſtrictisſimum tranſcurrens, ſi declinans ceciderit, non abſorbetur à fluuio? Quis denique non cuſtodiens aggeres, foſſata, ac propugnacula, & vſque ad principales muros hoſtes appropinquare permittens, ciuitatem ſuam ab obſidione ſaluabit? Sic qui non niſi mortalia vitare proponit, & effrænatè admittit venialia, vix aut nunquam in ponte innocente ſtare prȩualebit. Ideoque in figura mandatum eſt Iſraelitis, vt contra Seon pugnantes, omnes viros, mulieres & paruulos interficerent. Deut. 2. Seon. i. germen tentationis, vel germen inutile interpretatur, quia in ingreſſu terræ promiſſionis commixti ſunt inter gentes, ideo didicerunt opera eorum, pſ. 105.

Mortua verò anima in loculo, ſiue feretro ponitur, vt perpetuę damnationis ſepulchro inferatur. Cum enim iam peccandi conſuetudinem fecit, tollitur remorſus conſcientiæ, & ita quaſi victa conſuetudine peccandi in peccato tacet, & quieſcit. Loculus iſte ſecundum Bedam malè ſecura conſcientia peccato-

toris est, in qua peccatoris anima quiescit, dum abiecto Dei timore, ac formidine futuri iudicii, liberè progreditur de peccato in peccatum. De quibus. Prouer. 28. dicit. Beatus vir, qui semper est pauidus, qui verò mentis est duræ, corruet in malum. Loculum hunc portant fiducia longioris vitæ, quo ad se. De quo Luc. 12. dominus parabolam recitat cuiusdam diuitis dicentis, Anima mea habes plurima bona reposita in annos multos, quiesce, comede, bibe &c. Consyderatio culpæ alienæ quo ad proximum, de quo Eccle. 32. Peccator homo secundum voluntatem suam inueniet comparationem. Indiscreta præsumptio, de Dei misericordia quo ad Deum. De quo Mat. 3. Ioannes baptista ait, Ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraam. Dico enim vobis, potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraæ. & Eccle. 4. Ne dicas, miseratio Dei magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Adulatio blandientium sociorum, siue adulatio peruersa societatis humanæ, quo ad seculum. Siquidem huiusmodi socii mundo viuentes, dum (vt Beda ait) peccata fauoribus attollunt, accumulant. De quibus dominus ait Luc. 9. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos mortui sepeliunt, cum peccatores quique sui similes nociuo fauore demulcent, congestaque pessima adulationis mole, ne qua aliquando spe resurgẽdi potiantur, opprimunt. Hi quatuor portitores animam peccatis mortuam portant ad tumulum inferni, dum eam in peccatis perseueranter tenent, donec in desperationis foueam mittatur nunquam eruendam.

Cum iã anima mortua sit in peccatisquõ resuscitari poterit.

Si autem incauti iam in peccatum incidimus, & velut mortui in loculo sepeliendi iacemus, attendamus resuscitationis ordinem, quem dominus seruauit, dum resuscitare voluit mortuum. Nam flet mater pro filio, miseretur dominus matri. Accessit, loculum tetigit, stabant portantes, viuificat adolescentem, qui resedit, cępitq; loqui, & traditus est matri suæ.

Ita primum peccatis obduratus, orationi bonorum & maximè matris ecclesię se commendet. Si enim multum valet depcatio iusti assidua, vt ait Iac. quãtũ valet deprecatio totius ecclesiæ, extra quã nullus est iustus? Hæc sponsa Christi est, hanc libenter audit, huius lachrymas obliuisci nequit. Adhęreat inquit, lingua mea faucibus meis, si non mem. tui Hierusalem. Ideo dicitur hic, misericordia motus super matrem, non filium. Et hoc quo ad secundum. Terciò accedit dominus, & tangit loculum, dũ conscientiam peccatoris multiplici admonitione interius, & exterius ad pœnitentiam emollit. Stant portitores quatuor, dum diuini iudicii districtione territa, eis, qui in peccato eam detinebant, dissentire incipit, cogitans vitæ breuitatem, culpam propriam, diuinam iustitiam, disciplinam, ac correptionem iustorum, contra quatuor portiores predictos. Cui monitioni si consenserimus, quo ad quintum, resuscitat nos dominus, viuificando per gratiæ infusionem. Sic quoq; sexto residet, qui erat mortuus: dum interna compunctione reuiuiscit: se in Deo firmando per propositum bonum: & respirando post peccatum. Septimò incipit loqui, commissa confitendo, & Deum pro accepta gratia benedicẽdo. Octauo redditur matri suę, dum absolutiobe sacramentali redditur communioni ecclesiæ. Laboret igitur mortuus per peccatum, vt pro eo orat ecclesia Christi sponsa. Aduertat inspirationes internas, suscipiat admonitiones externas, fugiat portiores, confiteatur peccata, propositum adsit emendationis, & resuscitabit nos dominus, reddetq; ecclesiæ matri suæ. Amen.

DOMINICA XVII. peregrinationis Sermo I. in ordine. LXXXIII.

Iudæi errauerunt à via vitę, doctrinę, & iudicii.

IPSI obseruabant eum. Luc. 14. Inter veri assertionem, & placiti defensionẽ pertinax est pugna, dum se veritas tenet, & voluntas erroris se tuetur

tur

ipsum exaltet, nemo in veritate suos defectus attendens se dignum existimet status eminentis, qui solis debetur virtuosis, quia reuera omnes iustitiæ nostræ sunt velut pannus menstruatæ. Esa. 64. Vnde apostolus, Nemo sibi assumat honorem, nisi qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. ad Heb. 5. Sed magna cura semper proficiendum est, nec vnquam in profectu virtutum standum, sed ad vlteriora tendendum. Nam stare in via virtutum, regredi est, secundum Bern. Hinc apostolus, quæ retro sunt obliuiscens ad ea, quę sunt priora, extédens memetipsum, ad Phil. 3. Et cum fecerimus, quæcunque præcepta sunt, adhuc nos inutiles seruos esse intus, & foris fateamur, secũdum regulam Christi Lucę 15. Nam ęstimatione propriæ dignitatis indigni reddimur statu prælationis. Siquidem enim pręsumptio ipsa de seipso seipsum reddit indignum vt vult sanctus Thomas 2. 2. quæstione.

De sanctificatione Sabbathi.

Tertia doctrina, In festis ac celebritatibus inerti ocio vacandum non est sed rebus his, quibus Dei gloria innotescit religiosius insistendum. Elicitur hæc doctrina ex facto Christi. Nam nó tantum hydropicum illum, sed & plerosque alios frequenter in Sabbato curauit, sicut & mulierem decemocto annis curuam Lucæ 13. & iacentem paralyticum in porticu piscinæ probaticæ Ioan. 10. & cæco nato eiusdem 9. & habentem manum aridam in synagoga Matt. 12. Fuerunt enim huiusmodi curationes ad manifestationem diuinæ gloriæ, vt de cęco dicitur Ioan. 9. Hic ad literam docemur, quod licet in Sabbato sanandis corporibus curam impendere, & ita pariformiter vt videtur corpori necessariis, sine quibus corpus conseruari non potest. Vnde addi possunt hic & aliæ doctrinæ, quæ etiam in euãgelio fundãtur. Prima, Nulla opera corporalia ad corporis, vel animæ salutem aut damna rerum iam imminentia vitanda tanquam in finem proprium, & immediatum ordinata in die festo cæteris paribus sunt prohibita, hoc est cõmuniori vocabulo opera non seruilia.

Quæ opera non vitantur in Sabbatho.

Secunda, Omnia corporalia non ordinata immediatè, & propriè ad corporis, & animæ salutem, aut damni imminentis redemptionem, in die festo sunt prohibita, nisi excuset modicitas, necessitas aut pietas. Pro intellectu illarũ propositionum. Notandum, quod quotuplex est seruitus, totuplex est opus seruile. Est enim seruitus Dei actus latriæ, peccati, actus peccati, & hominis, actus seruitutis humanæ. Opus seruile primo modo non prohibetur, sed præcipitur in die festo. Est enim finis institutionis Sabbati. Et quamuis ad Sabbatizationem duo concurrant. s. vacatio à seruilibus, & exhibitio operum diuinorum, secundum tamen principalius est primo. Opus seruile secundo modo simpliciter prohibetur, immo plus quã quodcunq; aliud opus seruile, eo quod peccatum plus auertit à Deo, quam qđcunque aliud. Vnde auersio à Deo ponitur in eius descriptione, & alia opera non sunt prohibita, nisi quia impeditiua à seruitute Dei. Opus seruile tertio modo est prohibitum, nisi modicitas operis excuset, pietas, aut necessitas quamuis etiam sit in se licitum, impediunt enim à sanctificatione Sabbati. Alia opera nec secundo, nec tertio modo seruilia in Sabbato non sunt prohibita, seruata discretione in eisdem, prout sapiens iudicabit.

Opera spiritualia de se non illicite Sabbathũ nõ violant.

Ex illo dicto sumuntur aliqua Corolaria. Primum, Opera spiritualia de se non illicita, etiam ad lucrum ordinata, Sabbatum non violant, nisi penitus hominem à diuino famulatu distrahant, aut sint nominatim prohibita. Talia. n. secundum Rich. non sunt propriè seruilia, quia non materialiter, cum sint opera interiora mentis, sed solum formaliter ex intentione lucri, quæ autem sunt materialiter, & formaliter seruilia, talia & nulla alia secundum eum sunt prohibita. Secundum, Opus corporale ad animæ salutem tanquam in finem propriũ & immediatum ordinatum, non violat Sabbatum, dum tamen per hoc non negligantur, ad quæ homo in Sabbato tenetur, talia enim non sunt propriæ seruilia.

Opus corporale quod non violat Sabbathum.

uilia. Simile est de opere corporali ad corporis salutem necessario, vel conseruandam, vel recuperandam. Hic tamen caueatur, ne voluntas plus, quam necessitas trahat. Sic dominus multos curauit in Sabbato, quorum curationé si voluisset, potuit differre in diem alterum. Tertium, In die Sabbati licet indénitati rerum, vel corporum succurrere, & damna, vel pericula iam imminentia amouere. Talia enim non sunt propriè opera seruilia, cum ordinentur immediatè ad salutem corporis, vel animę aut rerum conseruationem ex propositione prima principali.

DOMINICA XVII. Sermo II. in ordine LXXXIIII.

CVM introisset Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum Sabbato manducare panem, Lucę. 17.

Contra tria vitia phariseorum tria remedia ostendit.

Introitus domini in domum &c. Christi incarnatio est, qua venit in hunc mundum, vitia peccatorum tollere, & peccatores, qui perierant, saluos facere Luc. 19. Verè mundus ille domus est principis pharisæorum, rectoris.s. tenebrarum harum. Ephe. 6. de quo Ioan. 12. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. In hoc autem mundo omnia sunt pharisaica .i. apparentia, & non existentia: Siquidem omnia sunt peritura. Nam quod antiquatur, & senescit, propè interitum est. ad Heb. 8. Neque enim verè est, quod continuè tendit ad non esse. Intrauit autē manducare panem in Sabbato, hoc est facere voluntatem patris, quæ est sanctificatio nostra 1 Thes. 4 Hic enim cibus eius est. Io. 4. Ad hoc quippe intrauit, vt panem verbi Dei ministraret, per quod impios sanctificaret, appræhenderet, & sanaret, secundum verbum thematis, Cum intrasset Iesus &c. Aue. Recitetur euangelium, Cum introisset, Tria pharisæorum vitia in euangelio notantur, Inuidia, Auaritia, Superbia. Primum in eo, quod dicitur, & ipsi obseruabant eum. Secundum in hydropico ante eos constituto, & sanato. Tertium in inuitato, & primum locum in nuptiis eligente. Contra hæc totidem attulit remedia. Nam contra malum inuidię, quo eum obseruabant, bona sua multiplicauit, non enim propter eorum obseruationem à doctrina veritatis cessauit, sed ad viam virtutum verbo cælestis doctrinæ & miraculoso opere perducere laborauit. Contra secundum hydropicum, id in corpore, quod illi in animo patientem appræhensum sanaūit corporaliter, paratus sanare eos, si non obsisterent spiritualiter. Contra tertium pulchrum paradigma opposuit quo quod superbia per contrariam humilitatem sanari deberet demonstrauit. Hæc reuera gesta sunt, & Paulo teste ad nostram doctrinam scripta, vt per hoc vitia ista animas nostras perimětia fugiamus, & si incidimus, simili forma sanationem à domino requiramus.

Remedia contra tria vitia pharisaica Auaritiam inuidiam & superbiam.

Pessima res inuidia.

Quo ad primum pessima res inuidia est, quoniam maiori bono contrariatur charitati.s. quæ omnium virtutum maxima, apostolico testimonio comprobatur. 1. Cor. 13. Contrariatur enim directæ dilectioni proximi, eamque tollit, sine qua haberi non potest amor Dei Ioanne dicente. Qui non diligit fratrē suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? 1. Ioan. 4. Vnde apostolus Paulus totam legem in dilectione fratrum concludit. Ait enim Roma. 13. Nemini quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis. Qui .n. diligit proximum, legem impleuit, quia dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis dilectio. Sed dicis. Proximum quomodo diligere possum, qui me lędit, & iniustè damnificat? Errant, qui ita de proximo sentiunt. Nemo enim lęditur nisi à seipso, ait Chrysost. in ho. quod & in eadem multipliciter probat, & satis euidenter, cuius deductio in hoc consistit. Nemo alium lędit, nisi qui bona eius tollit, & in hoc malum irrogat. Nam malum nihil aliud est, quā priuatio boni, secundum Aug.

Sed

vt oportet elicitæ aut impletę. Hinc Ioann.14. Qui non diligit me, mandata mea non seruat, Non seruat, quomodo seruanda sunt. s. vt via, & merita vitæ, & potest exemplificari de honore parentum bonis filiis, & proximis siue amicis impensis, quę si fiunt amore naturali, aut cupiditatis terrenæ, similiter obseruatio negatiuorum si timore pęnæ temporalis, vel eternæ, aut pro vana gloria aut laude humana, quia sic meritoria non sunt vitę, & non implentur eo modo, quo sunt implenda.

Præceptū de dilectione est maximum.

Est & maximum, quia finalem dirigens in finem omnium vltimum, & supremum tanquam in obiectum proprium, qui finis est Deus summum, & vniuersale bonum, & ideo maximum. Nam sicut pręcepta cętera quatenus sint meritoria, ex charitate eliciuntur, ita per charitatem in finem vltimum diriguntur. Hinc apostolus 1. ad Timo. 1. Finis præcepti charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Hoc enim est lumen oculi spiritualis. s. intentionis, quo illucescente totū corpus actionum lucidum est. Mat 6. Et propter hoc dicit dominus, quod in his pręceptis charitatis pendet tota lex, & prophetæ, lex mandatorum, & gloria per prophetas annunciata, & promissa. Nā qui charitatem habet, nulla legis mandata transgreditur, non illa tria primæ tabulæ præcepta. Nam qui diligit Deū, credit in Deum, siquidē incognitum diligi non potest 10. de trini. Vbi autem fides cum charitate, spes deesse non potest. Sic diligens Deum ipsum veneratur, nomen eius in vanum in os suum non assumit peierando, Deumq; amando colit, & sanctificat, in hoc Sabbatū custodit. Sic cętera septem secundæ tabulæ adimplētur, quę ad proximum ordinant. Nam qui proximum diligit, malum non operatur, non adulteratur, nō occidit, non furatur, non falsum testimonium dicit, non concupiscit, & quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Vnde qui proximum diligit, legem impleuit, legem de proximo pręcipientem. Sic ergo plenitudo legis est dilectio Dei. i. & proximi ad Ro.13. Hinc Aug. in de laude charitatis. Ille tenet, quicquid latet in diuinis sermonibus, qui charitatis præcepta tenet in moribus. Et iterum ibidem breue tibi præceptum præcipitur. Dilige, & fac, quod vis, siue taceas, dilectione taceas, siue clames, dilectione clames, siue emēdes, siue parcas, dilectione emendes, & parcas. Radix sit intus dilectionis, non potest de illa dilectione non bonum exire. Hæc ille Propter huius dilectionis defectum tam pauci sunt obseruatores mandatorum Dei, vt probat experiētia

Qūo nobis pręcipitur dilectio & charitas, cum non sit in nostra potestate.

Cum ergo totum hominis bonum, & perfectio in præsenti & in futuro est charitas, quomodo hanc acquiremus? Et duo videntur cōtraria occurrere in verbis euangelii & apostoli. Hic pręcipitur quod diligamus Deū &c. Et ad Ro.5. dicitur. Charitas Dei diffusa est in cordibus vestris per spiritumsanctū, qui datus est vobis. Si infunditur per spiritum sanctum, nō est à nobis, si præcipitur, est à nobis. Non. n. aliquid præcipitur, quod nō est in nostra facultate, alioquin impossibile nobis præciperetur contra B. Hiero. anathematizantē eū, qui dicit Deum aliquid præcepisse, & nos implere non posse. Pro solutione aduertendū quod duplex est dilectio, habitualis, & actualis. Declara vtrunq;. Actualis est actus voluntatis, quo quis vult bonum alicui, siue quo complacet in bono alicuius, hic non est sine actuali cognitione, & cogitatione amati, & boni voliti, siue cogitetur bonum volitum in genere, siue in specie. Et hic actus est in nostra potestate, quia actus liberę voluntatis, quę talem actum ex sua libertate potest elicere respectu cuiuscunq; obiecti placentati sub ratione boni. Dilectio habitualis est aliquod immanēs seu fauor quidam manens cessante actu volūtatis, & cognitionis, natum inclinare ad actus dilectionis præsente obiecto diligibili in cognitione. Qui duplex est Quidā naturaliter acquisitus ex actuali dilectione. Siquidem actus voluntatis frequētati naturaliter post se relinquūt ha-

habitum. Alius est infusus. Infuudit.n. spiritussanctus dona sua eis, quos ad se conuertit, qui similiter inclinant volun taté ad actus virtutum, sicut patet in su bito conuersis, vt Paulo, & aliis, qui sta tim magno feruore ad actus virtutum proruperunt per habitus infusos, prius quam habere poterint habitus acquisitos ex operum frequentatione. Et talis habitus est chariras, de qua loqu itur apostolus, quam solus Deus infundit, nec cuiquã capaci subtrahit. Venite ad me inquit, omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos. Hæc refectio est charitatis infusio, per quam iugum dñi suaúe redditur, & onus leue. Siquidé ni hil difficile amanti, quia fortis vt mors dilectio, dura sicut infernus ęmulatio, quam aquæ multæ tribulationũ nõ possunt extinguere, nec flumina carnaliũ delectationũ obruere. Cantico 8. Hinc apostolus Ro. 8. Certus sum, quod neq; mors, neq; vita, neq; instantia, neq; futu ra, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro, & hęc necessaria est om ni huiusmodi ad salutem, sine qua cæte ra non sufficiunt, vt clarè probat apost. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum &c. Et hęc aliquo mõ est nobis in præcepto, aliquo mõ non. Non est in præcepto quantum ad eius infusionem, nam solius Dei est eius infusio. Est autem præcepto quantum ad no stram præparationem, & eius conserua tionem, ad.s. faciẽdum, quod in nobis ẽ, vt infundatur, & infusa in nobis à Deo conseruetur: Actus verò dilectionis nobis præcipitur, tamen pro tempore, & loco, cum dicitur, Diliges Deum ex toto corde &c. Sed qũo illam charitatem tam necessariam acquirere possumus? Respondetur breuiter quod imme diatissima, ac vltimata dispositio ad eã est, quam dominus in euangelio ostendit.s. actualiter diligere dominum ex toto corde &c. Hac enim actuali dilectione stante in anima, statim immo si mul, cum ea infunditur charitas. Sed quomodo ad hanc dilectionem peruenïemus?

Charitas qũo potest à nobis acquiri.

Respõsio tribus gradibus quos ponit Hugo in de scala paradisi. Hi sunt. Lectio, meditatio, oratio, quam sequitur contemplatio, perfecti amoris prægustatio. Lectio inquirit, Meditatio inuenit, Oratio postulat Contemplatio degustat. Vnde ipse dominus dicit, Quę rite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Mat. 7. Quærite legendo, inuenietis meditando, pulsate orando, & aperietur vobis contemplando. Nõ possumus diligere, nisi quod bonum apparet. Qũo autem res melior apparet, tam tò magis voluntas inclinatur naturaliter ad diligendum. Primum itaq; est le gere, vel audire, quã bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde, audire, & lege re diuinam perfectionem, potentiam, sapientiam, misericordiam, largitaté, iustitiam &c. Sed parũ est hæc legere, vel audire (Siquidem transit memoria eorũ cum sonitu) nisi quis deuotè ista & studiosè laboret meditando masticare. Audis, quoniam bonus Israel Deus. In uestiga, & quære, in quo bonus. Et quidé bonum est sui diffusiuum. Meditare itaque, quantum se diffundit in rerũ creatione. In tuiipsius ad suæ imaginis simi litudinẽ formatione. In creatorum gu bernatione, In peccatorum conseruatio ne, etiam in actu peccati, In perditorũ reparatione, In peccatotum remissione, In gratiæ infusione, In continua protectione, In gloriæ præparatione. Medita re, quàm largus, & pius, qui omnia tibi dedit, omnia tuæ seruituti subiecit, cœlum, elementa, & mixta ad nutriendum corpus, Angelicam celsitudinem ad ani mę custodiam, filium in redemptioné, seipsum in præmium æternam fruitionem, & sic de aliis diuinæ bonitatis effectibus, ex quibus meditando cognoscere poterimus, quam bonus in seipso est fons istæ bonitatis, ex quo tanta bona emanant. Item bonum est appetibile secundum illud 1. Eth. bonum quod omnia appetunt, meditare, quemadmodum in Deo est, omnis ratio appetibili tatis, omne honestum, omne delectabile omne vtile, & per hoc enitere ad eliciẽdum amoris actum.s. complacendi in

his diuinis orationibus. Si difficultatẽ pateris, adsit oratio, vt omnium bonorũ Deus det sui amorem, det spiritum bonum poscentibus se, spiritum charitatis gestum contemplationis, & omni semoto dubio exaudietur. Impetrabit ignem charitatis in sua meditatione excrescẽtem, secundum illud psal. In meditatione exardescet ignis. Sunt autem, quæ in his impediunt, quæ necesse est amoueri, vel pro posse temperare, hæc sunt, ineuitabilis necessitas, honestę actionis vtilitas, humana infirmitas, mundialis vanitas. Harum quarta culpabilis &c.

DOMINICA XVIII
Sermo II. inordine
LXXXVI.

IN his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. Matthæi. 22.

Medicinalium aforismorum disciplina est, quod vita hominum breuis est ars longa. Et ars crescit, vita decrescit, ideoq; singula perscrutari nequit humana infirmitas. Nec mirum, quoniã Ioannes arbitratur totum mundum non posse capere libros, si scriberentur per singula, quæ fecit dominus Iesus. Io. vlti. Hinc & Salo. Eccle. vlt. Faciendi libros plures nullus est finis. Sed & eos, qui scripti sunt, quis leget? lectos quoque quis intelliget? Sicut eunuchus ille sanctus legens Esaiam prophetam ait Philippo requirenti, si quæ legeret, intelligeret? Et quõ possum inquit, intelligere, si nõ aliquis ostenderit mihi? Act. 8. Dñs itaque omnipotens, qui voluit omnia salutis nostræ tollere impedimenta, sicut testatur apostolus Ro. 9. verbum apertum & abbreuiatum fecit super terram, quo .s. totius acquirendæ salutis summam facilè caperemus. Ideo breue, ne non vacaret legere, ideo apertum, ne quis dicat, mihi non licuit intelligere, vt ait Aug. 1. de doctri. christiana. Et subdit, Magnus est thesaurus diuinarum scripturarum, habens in se mirabilia præcepta, & multa, tanquam gemmas multas, & preciosa monilia, & vasa, argentea, & magni metalli. Si piger eras ad perscrutãdũ thesaurũ, nõ sis piger vnã margaritã ferre sub lingua, & quo vis, securus ambulas. margarita illa charitas est siue dilectio, cuius præcepta breuia, & aperta dñs expressit, interrogatꝰ de magno legis mandato, Diliges inquit, dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, hoc est primũ, & maximũ mandatũ. Secũdũ simile est huic, Diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsũ. Qui hæc præcepta tenet in moribus (ait Aug. in de laude charitatis) ille tenet, qcqd latet in diuinis sermonibus, qa in his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & ꝓphetæ. De quibus, vt dignè aliquid dicatur, dicamꝰ Aue ma.

Breuem legẽ charitatis dominꝰ tradidit ne pateat excusatio legis.

In his duobus mãdatis vniuersa lex pẽdet, & ꝓphetę. Nã qcqd continetur, vel figuraliter, vel moraliter in lege, qcquid monitoriè, vel cõminatoriè, cõdictiuè, vel reꝓbatiuè in prophetis, totum ad hoc tendit, vt introducatur charitas qua diligatur Deus, & ꝓximus. Quicqd ẽt Deus hoĩ ꝓmisit, quicquid præcepit, qcqd ꝓhibuit, ad hoc totũ fecit, vt diligeret Deum super oĩa. Insuper oĩa alia ꝓcepta inclusa sunt in illis duobus præceptis, & in eorum impletione implentur. Sicut de altero eorũ ait apo. ad Ro. 13. Qui proximũ diligit, legẽ impleuit. Nam nõ adulterabis, nõ occides, nõ furtũ facies, nõ falsũ testimoniũ dices, non cõcupisces &c. Et si qd est aliud mãdatũ in hoc verbo instauratur (magist. exponit .i. cõtinet, & impletur, di. 27. tertii) diliges ꝓximũ sicut teipsũ. Dilectio proximi malũ nõ operat. Plenitudo ergo legis est dilectio. Præsupponit aũt proximi dilectio dilectionẽ Dei, vt infra dicetur, ex qua oritur tanquã ex radice. De illo Magist. dist. 27. tertii. De altero aũt dñs ait quia est maximũ, & primũ mandatorum. Primũ, quia dilectio Dei, quã præcipit, ad omniũ aliorũ præceptorũ obseruantiã mouere debet, vt siue comedamus, siue bibamꝰ, siue quicquid aliud faciamꝰ, omnia ad gloriã Dei referamꝰ 1. Cor. 10. De hoc ait Aug. in de laude charitatis. Breue præceptum tibi præcipitur, Dilige, & fac, ꝙ vis, siue taceas, dilectiõe taceas, siue clames, dilectiõe clames,

mes, siue emendes, siue parcas, dilectio ne emendes, & parcas. Radix sit intus dilectionis, non potest de illa radice nisi bonum exire. Est & maximum, quia finis cœterorum 1. Tim. 1. Finis pręcepti est charitas. Hoc enim per mandatorum obseruantiam intendimus, vt amici Dei fiamus, eumq; super omnia diligamus. Et ideò quia in his duobus p̃ceptis vniuersa lex pendet, & prophetę attentissimè audiri debent, & memoriè commendari, ac diligentissimè exequi, velut principium, & finis omnium mandatorum. Videndum itaq; est de intellectu cuiuslibet eorũ singulariter, & tertio de ordine charitatis seruando.

Intellectus p̃cepti de dilectione Dei, & proximi

Quo ad primum ait dominus: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua. In Deut. 6. additur, ex tota fortitudine tua. Matth. 12. additur, ex tota virtute tua. Et Lucę 10. Ex omnib⁹ viribus tuis. Verum hæc tria fortitudine, virtute, omnibus viribus, secundũ beatum Thom. 2.2. quest. 44. idem valent, Sic ergo omnibus simul collecta quatuor sunt conditiones, quæ inesse debent dilectioni Dei, vt .s. sit ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex tota fortitudine, vel virtute. Non autem intelligitur per cor membrum carnale corporis, cum diligere non est act⁹ corporis, sed voluntatis, nec anima accipitur hic pro altera parte cõpositi substantialis, quæ & voluntatem, & mentẽ ac ceteras potentias includit, sed p̃ hęc quatuor designãtur quatuor, quę in anima humana vnita corpori consyderantur. Est .n. in anima pars intellectiua, q̃ habet duas principales potentias .s. rationem, & voluntatem. Est & pars sensitiua. Et est vis executiua, siue motiua. Ad hæc quatuor cœtera reducunt. Vnde illa quatuor intelliguntur per illa quatuor, quæ dilectionem Dei modificat. Licet doctores sancti Augustinus, Chry. ac Magister dist. 27. tertii, aliter applicent, propter diuersas similitudines hincinde repertas. Itaq; nihil aliud est dicere: Diligere Deum ex toto corde, anima, mente, fortitudine, post dicta serm. 1. dominicæ. 13. nisi q̃ Deũ diligam⁹ secundũ omne id, q̃ in nobis est. Ita q̃ talis in nostra voluntate sit dilectio Dei, quæ efficiat vt voluntas ipsa (quę per cor) ac intellectus (qui per mentẽ) & vis sensitiua inferior (quæ p̃ animã factus est hõ in animã viuentẽ. Gen. 2. glo. i. vitã animalẽ & sensibilẽ) & vis executiua (q̃ p̃ fortitudinem intelligi possunt) sint subiecta Deo, vt sic omne desyderiũ, omnis cogitatio, omnis sensitiuus appetitus, & omnis exterior operatio in eũ conferatur, à quo habetur, sensus ẽ Magistri di. 27. tertii, & secũdũ Aug. 1. de doc. christ. & allegat Magister dist. 27. tertii. Quicquid venerit in animũ illuc rapiatur, a quo dilectionis impet⁹ currit. Sed tunc relinquitur dubiũ, q̃d sit ex toto corde diligere, quid denotet in hoc q̃ totiẽs additur toto. Pro cuius intellectu sciendũ q̃ secũdũ philos. 3. Phys. prope finẽ. idẽ est totum & perfectum, vtrunq; siquidem diffinit 5. Metaphys. cui nihil abest, quod est pars eius, vel quod secundum speciem propriæ virtutis in nullo deficit, hoc ẽ, cui nihil deest eorum, quę sibi competere debent secũdũ hanc vel aliã cõditionẽ speciei, naturę, vel gratiæ super additæ. Sic hõ dicitur p̃fect⁹ in corpe, cui nihil deest eorũ, quæ ad eius integritatẽ p̃tinẽt, puta nullũ corporis mẽbrũ. Sic ergo Deum diligere ex toto corde &c. est Deũ diligere perfecto corde, p̃fecta anima, p̃fecta inquã, nõ perfectione naturæ, sed morũ, & gratiæ. Sic autem cor totum vel p̃fectũ (vt ait Gerson in de perfectione cordis) est cor, quod spiritussanctus inhabitat p̃ gratiã gratũ facientẽ, qm̃ tali cordi nihil deest eorũ q̃ necessaria sunt ad salutem. Vnde ad Roma. 5. Charitas diffusa est in cordibus vestris p̃ spiritumsanctum, q̃ datus est vobis. & Roma. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius, q̃ si spiritus eius, qui suscitauit Christum à mortuis, habitat in vobis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantẽ spm̃ in vobis. Iã .n. nõ in gratia, sed in mortali culpa esset, si careret necessariis ad salutem. Ex quo patet q̃

Deum diligit toto corde, tota anima &c, actu, vel habitu quisquis est in gratia, etiamsi infans fuerit nouiter baptizatus. Hic autem est, quicunque Dei amicitiam cuiuslibet rei alterius amicitię anteponit actu, vel habitu, sic qd pro nulla dilectione sui, vel alterius, charitatem vellet deserere per trãsgressionem cuiuscunque præcepti.

Patet secundò, quod ille Deum non ex toto corde diligit, qui per præcepti cuiuslibet transgressionem mortaliter peccat, quoniam sic agendo, voluntaté suam diuinæ voluntati oppositum præcipienti anteponit. Verumtamen perfectio illa diuinę dilectionis latitudiné habet, & gradus, secundum doc. san. & cancellarium vbi supra. Primus est, qui iam dictus est qui omnem actum contrarium excludit non autem extraneũ. Distensio siue distractio enim varia cordis per venialia, cum non auertat à Deo nec tollat aliquid necessarium ad salutem, non ponit cor extra latitudinem totalitatis, siue perfectionis illius gradus primi, & infimi. Secundus est perfectior, qui non solum actum excludit cõtrarium, verum frequenter etiam extraneum, cum. s. hõ frequenter & studiosè quantum humana hæc vita permittit per amorosa virium suarum exercitia assurgit in Deum, contemplando, amando, ac opera etiam exteriora in Deum ordinando. Tertius gradus, qui perfectissimus est, dum cor fertur actualiter, & assiduè secundum charitatis motionem in Dei dilectionem, & amorem, ita quod nihil sit, quod impediat, rumpat, vel interpolet, aut impediat. Hic gradus in solis beatis est, vbi sine interruptione Deus clarè videtur, summè amatur, atq; nihil agitur, cogitatur, vel desyderatur, nisi quod in Deum refertur. Primus gradus præcipitur, secundus consulitur, tertius tanquam finis, ad quem tendimus præmonstratur. Et secundum hoc intelligendum est dictum Augustini in de perfecta iustitia hominis, & magistri dist. 27. tertii. quo innuunt, hoc præceptum hic impleri non posse, nec ideo datum, vt impleatur, sed vt ipso ostendatur status perfectio, in quo implebitur. s. de gradu perfectissimo, secundum quem non est nobis præceptum neque consilium. Sed in primo gradu, in quo tantum præceptum est, facilè impletur. Sic etiam in secundo, in quo consilium est, licet difficilius, semper tamen concurrente gratia Dei generali, vel speciali, alioquin secundum Hiero. blasphemia est dicere Deum aliquid præcepisse, & nos id implere non posse. Tantum de præcepto primo.

Perfectio diuinę dilectionis latitudinem habet tripliciter.

De secundò autem præcepto, quod simile huic dicitur (non par) quia etiam de dilectione boni est, licet minoris, & de dilectione eius, qui ad imaginé Dei est formatus, Hoc breuiter aduertendum, quod tunc diligimus proximum, sicut nosipsos, cum proximis in esse volumus dilectionem Dei, sicut nobis. Nã cum diligere est alicui bene velle, tunc nedum diligo, sed etiam maximè diligo proximum, cum sibi maximum inesse volo bonum, sed maximum bonum rationali creaturæ potens inesse est dilectio Dei. Hæc enim si consummata fuerit, est fœlicitas, & beatitudo. Si verò imperfecta fuerit (qualis est dilectio Dei in via) nihilominus est omniumper fectionum via excellentissima, sicut ꝓbat apostolus 1. Corint. 13. Hæc autem dilectio proximi ex dilectione oritur Dei. Qui enim diligit Deum, diligit quicquid, à nobis vult diligi, sicut magister ait in 3. distinct. 27. Qui diligit Deum, non potest contemnere, quem Deus pręcipit diligendum. Alia fundatior ratio hic rescinditur. Qui ergo diligit sic proximum, volens proximum diligere, Deum diligit sicut seipsum, & quantum ad habitum, & quantum ad obiectum, licet non oporteat quantum ad actum, quantum ad habitum, quia vnus habitus scilicet charitas Dei inclinat ad dilectionem vtriusque, sui scilicet & proximi. Nam eo, quod diligo Deum perfecte, volo Deum diligi ab omni potenti eum diligere, cuius dilectio sibi non est ingrata. Diligo quoque omne, quod me velut diligere. Et quia proximus est, qui potest Deum diligere

Quid est diligere proximũ sicut seipsum.

& quem

& quem præcipit me diligere Deus, ipsa charitas, quæ immediatè inclinat me ad diligendum Deum, mediatè inclinat me ad diligendum proximum. De hoc Augustinus li.7. de trini ait. & allegat magister in 3. dist. 27. Ex vna, eademque charitate Deum diligimus, & proximũ, sed Deum propter Deum, nos verò & proximum propter Deum. Et 1. de doctrina Christiana. Non (inquit) seipso quisquam frui debet, quia non se debet diligere ꝑpter se, sed propter illud, quo fruendum est. Ex quo etiam illud patet quod ad diligendum quodcunque ex charitate, mouet sola bonitas Dei, & non bonitas creaturę. Sic ergo vna bonitas scilicet diuina, est ratio tendendi per amorem in Deum in se, & quasi reflectere in seipsum, & proximum vt diligat Deum. Quantum verò ad obiectum. i. bonum illud, quod ex charitate volo proximo paritas est cum illo, quod volo mihi. Nam proximo debeo velle Deum sicut & mihi, & dilectionem eiusdem intentionis, quam mihi. Volendum enim est cuilibet proximo, vt Deum tãtum diligat, quantum vellemus nos diligere Deum, maximè quia non scimus mensuram dilectionis diuinæ determinatam proximo à Deo in viatoribus, secus in beatis. Et hoc est, quod dicit. Augustinus super epistolã ad Gal. Omnibus pari dilectione vita æterna optanda est. Quod exponens magister dist. 29. tertii ita dicit posse accipi, vt paritas referatur ad bonum, quod optatur, quia ex charitate omnibus optare debemus, vt paria bona mereantur. Sicũt dicit apostolus 1. Corinth. 7. Volo omnes homines esse sicut meipsum. Optanda est igitur minoribus perfectio maiorum vt & ipsi fiant perfecti, & sic parem mereantur beatitudiuem. Hęc ille. Nec tamen sufficiens, & efficax est illa dilectio proximi, qua volumus proximum diligere Deum, nisi & velimus media ad hoc correquisita, & congrua, ad ipsa quoque possetenus cooperemur, dum opus est arguendo, monendo, dirigendo, exhortando, corrigendo, etiam temporalia bona, sine quibus spiritualia subsistere non valent largiendo. Tantum de secundo.

Quo ad tertium de charitatis ordine duplicem possumus in charitatiua dilectione, qua nobis huiusmodi pręcipitur ordinem attendere. Vnus est diligibilium. Alter eorum bonorum, quæ diligendis sunt volenda. In diligibilibus quidem primò principalissimè Deus, secundò nosipsi, tertiò proximi sunt amandi. Hunc ordinem planè tradidit dominus, cum ait. Diliges dominum Deum tuum &c. & proximũ sicut te ipsum. *De ordine charitatis.*

Primò mandatur diligi Deus. Secundò nosipsi. Tertiò proximus. Mensurans enim dilectionem proximi per dilectionem diligentis, dicens, proximũ sicut teipsum, præfert dilectionem nostri dilectioni proximorum, sicut mensuram mensurato. Mensura nanq; perfectior est mensurato, dicente philosopho. Primum in vnoquoque genere est mensura posterorum 10. Metaphy. In his verò quæ dilectis velle debemus, primò debemus soli Deo velle summam perfectionem &c. Nobis verò & proximis primò volendum est dilectionem Dei tanquam finem. Deinde media. Quorum hic est ordo. Nam est diligendum Deum meritoriè, requiritur necessariò gratia gratum faciens tanquam animæ vita. Secundò proficiunt gratię gratis datæ, virtutes acquisitæ, doctrinę, admonitiones, directiones in via præceptorum, correctiones, & cætera huiusmodi. Valent denique bona naturalia præsertim vita naturalis, quam præsupponit vita spiritualis, & cætera ad hanc vitam necessaria. Proficit etiam nonnunquam bona corporis valitudo, & quandoque bona fortunæ, licet nonnunquam magis obsint, quæ omnia hoc ordine sunt volenda, maxime ea, quæ saluti sunt necessaria, sicut vita spiritualis, & naturalis, & sine quibus consistere non possunt, & etiam in necessitatis articulo conferenda, & defensanda. Cœtera pro quantò ad hęc prosunt, velli possunt, & eorum contraria nolli, inquantum obsunt. Sed quan-

tum hic ordo peruertitur, clarè docet experientia, & Chrysost.homil.36.lamentatur dicens de damnis rerum, aut corporis passis. Isti homines plangun-tur,lugentur,& flentur ab omnibus.Hi verò, qui malè agunt, & nequiter viuunt, à nullo pęnitus flentur, sed quod infelicius est,frequenter etiam isti laudantur ab omnibus, & beati dicuntur. Quod certè totius mali causa est. Non est hoc diligere proximum, sed odire. nos autem vera dilectione inuicem diligamus spiritualia bona optantes, &procurantes,quibus non caduca,sed æterna consequi valemus bona.Quæ nobis largiatur Iesus Christus,Amen.

DOMINICA XIX. Sermo I. in ordine LXXXVII.

VT autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata.Tunc ait paralitico.Surge, & tolle lectum tuum,& vade in domum tuam. Matt.9.

Paralatycus quē significēt pro tropologia.

Multa corporalia beneficia dominus in terris ambulans miseris contulit, per quæ maiora beneficia spiritualiter infirmis impendit, nedum tunc præsentibus, sed vsque ad consummationem seculi post futuris. Nam vt dicit Augustin. ser. quadragesimoquinto.de verbis euangelii, non tantum miracula propter miracula faciebat, sed vt illa, quæ faciebat, mira essent videntibus, sed vera idest efficacia intelligentibus. Neque enim deceret summum dona modica. Modicum autem esse visibiliū, inuisibiliumque factori atque corporum & animarum medico solis corporibus mortalibus præstare temporaneam sanitatem, quam propheta vanam reputat dicens. Vana salus hominis. Nisi etiam curaret animas immortales, vnde & hæc scripta sunt, & recitata ad nostram consolationem, vt & nos assequendi ea spiritualiter spem habeamus ad Ro.15. Nec nos credamus illa vtiliter audisse, nisi in anima sanitatem, sicut & paralyticus in corpore, curatiónem obtineamus. Hoc enim factum est in exemplum nostri, ideo ait Christus. Vt autem sciatis &c.Euangelium de paralytico.Mat.9. tropologicè exponitur, & extrahuntur doctrinæ.

Paralatycus hominem, mortale peccato obnoxiū significat

Per paralyticum,de quo euangelium non ineptè significatur homo, qui mortali peccato grauatur, qui immobilis iacet ad opera meritoria exercenda admodum paralytici corporalia membra pro vitali exercitio mouere non potentis, qui in lecto prauæ conscientiæ, & iacet velut sine murmure conquiescit, nec per se resurgere perfectè valet, nisi per alios medico præsentetur. Cū enim omne meritum procedit ex gratia,gratiæ verò ex Dei ordinatione peccatum resistit,& repugnat, ideo manente peccato,quod est mors animæ, vita gratiæ locum habere nequit.Vnde patet,quanta celeritate à peccato resurgēdum sit. Quod vt fieri possit salubriter, & ad vitam,quatuor sunt necessaria,quę in sanatione huius infirmi ex ordine contigerunt, duo ante curatione, & duo post eius sanationem. Nam offertur domino ab aliis, quorum fidem dominus intuetur,confidentia & spes à sanando expetitur,& requiritur,lectus infirmi à se se portari iubetur,ire in domum pręcipit.Vnde quatuor documēta eliciūtur.

Expedit homine quærere intercessores.

Primum.Prodest,& expedit sanando paralytico, vt ĩtercessores quęrat apud altissimum,quatenus gratiam, & vitam consequatur in tempore opportuno. Nam potest vnus homo alteri mereri gratiam primam, patet ex euangelio, quia videns dominus fidem illorum,dixit paralytico.Confide fili remittuntur tibi peccata tua,vbi glo. inquit. Pensate,quantum valet apud Deum fides propria,cum tantum valuit aliena,vt hominem sanaret in corpore, & anima.Non autem sanatur quis infirmus per peccatum in anima,nisi gratiæ collatione.Sic B. Paulus creditur conuersus oratione S.Stephani. Et sicut vnus potest alteri mereri gratiam primam, ita & gratiæ

augmentum, & cætera dona gratiæ gratis date. Si enim potest maius, potest & minus. Adhoc hortatur nos sanctus Iacobus, cum inquit, Orate pro inuicem, vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Multum per omnem modum. Nam Moyses vnus homo orando multis milibus pugnatorum veniam impetrauit. Exod. 22 Orauit Helias, & cęlum clausum est, ne plueret super terram annis tribus, & mensibus sex rursus orauit, & largissimum imbrem estu dit 3. Reg. 17. & 18. Et ita de innumeris aliis dici potest, vt patet ex legenda, & chronicis sanctorum. Nam sicuti est in curia forensi principis secularis, quod constituuntur actus hierarchici, & inferiores, ac minus grati principi, per superiores illuminantur, purgantur, & perficiuntur, ac ad conspectum principis introducuntur. Sic est in curia summi principis, vt vult Dionys. &c. Hinc inquit cancellarius parisiensis in de mendicitate spirituali, parte 1. post mediũ, Tam grata, & tam dilecta est charitas mutua fratrum o anima, vt eis mandatum dederit dominus pro inuicem orare. Et contingit, quod vnus exaudiatur orans pro alio, qui non exaudiretur orans pro seipso. Hac (ni fallor) ratione, quia alter, pro quo orat, est in charitate orante existente in peccato mortali, immo ibidem docet vtile esse preces nostras dirigere ad dominum per innocẽtes pueros ad orandum edoctos, & instructos, licet nesciant, quid petant, vel legant Pater noster, vel Aue maria ad instãtiam nostram, facti enim sunt per regenerationis lauacrum filii Dei, & Deo grati, instar filii regis adhuc infantis, supplicationem regi porrigentis pro redemptione malefactoris, licet nesciat contentum literarum. Non vtiq; talis (quia filius regni) repelletur à rege quam supplicationem, si malefactor porrexisset in persona propria, fortè indignationem regis exacerbasset, & velut homo prophanus ab regis conspectu ꝓiectus abiisset. Allegans ad hoc personam deuotam, quæ ex consuetudine pueros innocentes, vt pro se Pater noster vel tale quid legant, instigare solebat. In tractatu quoque de oratione, & eius valore statim post principium inquit, Proficit, si reuoces ante mentis oculos conuersationem aliquarum personarum deuotarum, siue mortuę, sint siue viuæ. Nihil enim impedit, quo minus oratio nostra conuertatur ad huiusmodi personas peculiari, & secreta quadam deuotione, quamuis ipsas non canonizauerit ecclesia. Sicut enim in sanctis dominum laudamus, ita & in ipsis diuinam bonitatem prędicamus. Stultè ergo agunt, qui quadam fortè ducti superbia, orationum preces mendicare erubescunt, cum & gratiam primam, & gratię augmentum, ac cęterorum donorum largitionem consequi possent per eos, quibus siue eis carere coguntur. Quę. n. à Deo sunt, ordinata sunt. Et quis nouit, per quæ media dominus hominem curare, & sanare voluerit? Opus ergo est, vt sanandus, quia ipse mereri non potest, quęrat intercessores, quorũ meritis primã gratiam consequatur, & si non gloriam.

Oratio puriorũ est grata Deo.

Secunda doctrina, Non sufficit sanãdo iustorum intercessio, nisi etiam concurrat propria dispositio. s. obicis remotio, & fides, vel confidentia informis. Patet ex euangelio, quia dixit dominus paralytico, Confide fili &c. Confidentiam habe, & fidem salutis informem. Agente. n. & passo dispositis fit actio. In maliuolã verò animã nõ introibit spiritus sapientię, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sap. 1. Nulla quoque conuentio Christi ad Belial, lucis ad tenebras 2. Cor. 6. Indesinenter enim ad ostium pulsans clamat. Si quis aparuerit, introibit ad illum per gratiam sanctificantem. Et sicut in naturali generatione animalis plures præcedunt dispositiones introductiuæ formę, sic & anima &c. quas theologi vocant operationes informes, quibus peccatrix anima intẽdit facere ꝙ in se est, se disponẽdo ad vitã de congruo, non de condigno, quæ est immediata dispositio ad vitam, qua posita inesse perfecto naturali, simul tempore infunditur vita gratiæ

D. Non sufficit sanando iustorũ intercessio.

ex diuina miseratione, ita q̃ talis dispositio non tempore, sed natura præcedit gratiæ infusionem. Paratus enim est omni facienti quod in se est, dare gratiam. Facit autem infidelis aliquis, quod in se est, dum arbitrium suum conformat rectæ rationi, ac toto corde petit illuminari in his, quæ pertinent ad salutem ad cognoscendum veritatem, & iustitiã, Fidelis verò facit, quod in se est, si detestatur peccatum propter Deum, proponens firmiter Deo in omnibus obedire, & non retrogredi in lutum vnde surrexit, cum sponsione emendationis, & satisfactionis.

Facienti quod in se est gratia Dei datur.

Tertia doctrina. Dimisso peccato regenda est caro contra recidiuum, quid enim iuuat mundari à contactu mortui, & iterum eum tangere? Quarta doctrina. Ex puris naturalib⁹ seclusa gratia gratum faciente, stante generali influentia Dei, potest homo sese ad gratiam disponere, obicem deponere, & in firmitatis suæ lectum portare. Potest.n. homo ex puris naturalibus stante adiutorio Dei generali, seu gratia Dei generali, facere, quod in se est, vt patuit. Item potest Deum super omnia diligere, etiam sine gratia gratum faciente quia hoc potest infidelis sese pro Deo occidens, existimans se obsequium præstare Deo. Item quicquid potest ratio recta dictare, voluntas potest velle. Potest autem dictare alicui ratio sua Deũ esse, & illi esse seruiendum, & ipsum super omnia diligendum. Talis autem dilectio est immediata dispositio ad gratiam. Item Si non potest se disponere ex naturalibus ad gratiam, & charitatẽ ita nec ad alia dona percipienda sine auxilio Dei speciali, quia non est ratio diuersitatis, & ita erit necessariò mal⁹ & non potest cum vult à peccato resurgere, siue resilire, largè accepto nomine resurgere, vt simpliciter dicat peccatũ detestari, & non necessariò includit gratiam. Consequens est falsum, & contra illud Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam, vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum suarum, quas operatus est, non recordabor, in iustitia sua, quam operatus est, viuet. Et similia multa in eodem ca. habentur, vbi iubemur proiicere iniquitates nostras, & facere cor nouum, & spiritum nouum, & reuerti ad dominnm, & viuere. Hoc facientes portamus lectum conscientiæ nostræ; lectum prauorum desyderiorum, lectum amoris peruersi, fontem omnis malitiæ. Hinc Aug. Amor meus pondus meum, illo feror, quocunq; feror. Præterea anathema sit Deum aliquod impossibile factu præcepisse, etiã per modum pacti, si scilicet saluari volumus. Sed præcepit dominus paralytico tollere lectum, & sursum se erigere, tunc autem gratia caruit, & nisi id potuisset ex naturalibus, concurrente auxilio Dei generali impossibile præcepisset. Præcepit autem tria scilicet peccatorum displicentiam, propositum satisfaciendi, & propositum nunquam relabendi. Primum cum inquit: Confide fili vel Surge. Secundum, tolle lectum tuũ. Tertium vade in domum tuam. Nisi.n. displicentiam infirmitatis habuisset, ad medicum curandus non venisset, nec surrexisset, sed in priori luto mansisset. Tulit etiam lectum suum, carnem & corpus (ne recidiuaret) domando, & pro commissis satisfaciendo, propositum firmum concepit, in domum suam ęternę beatitudinis, in domum militantem, & triumphantem tendendo. Extende qualiter hæc ex naturalibus posset sese per hoc ad vitam gratiæ præparãdo. Quinta doctrina. Dimisso peccato, & infirmitatis morbo sublato, quantotius surgendum est, & in domum abeundum, ne sanitatis consecutionem cum vanę glorię expectatione nobis ascribamus sed continuò dicamus: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam, ne error posterior peior fiat priore, & deterius aliquid contingat. Fundantur in his doctrinis, & potissimum in euangelio tres veritates, quas illuminatissimus Parisien. Cancellarius ponit in suo tripartito c. 16. ex quibus homo cõiicere

Dimisso peccato regenda ẽ caro cõtra recidiuum.

Tria præcepta sunt paralytico.

Dimisso peccato quãtoti⁹ est surgẽdum.

re

re potest; & quasi scire, si à paralypsi surrexit. Applica, si placet ad illa tria: Surge, peccatum detestando. Tolle lectum, peccatum confitendo, lachrymis stratum rigando. Vade in domum tuã, propositum firmum concipiendo.

DOMINICA XIX. Sermo II. in ordine. LXXXVIII.

SVRGE tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Mat:9.

Rememorantibus nobis q Christus venit in carnem, non propter carnem principaliter, sed propter animã (Siquidem venit saluare, quod perierat periit autem anima per peccatum, & per animam corpus, ita etiam in reparatione liberanda est anima, & per animam corpus. Hinc apostolus ad Eph.5. ait. Christus seipsum tradidit pro ecclesia vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet se sibi gloriosam ecclesiam non habenté maculam, neq; rugam. Sanctificatio, & ablatio maculæ, & rugæ nõ corpus, sed animam respiciunt) Hæc inquam considerantibus, manifestè intelligimus, q cum dominus benefitia miraculosè corporibus exhibuerit, maiora his contulit animabus. Modicum foret summo, & largissimo principi visibilium, & inuisibilium factori, corporum, & animarũ medico, solis morituris corporibus præstare sanitatem temporaneam, nisi etiã curaret animas immortales, nedum tũc præsentes, sed etiam vsq; in finem seculi post futuras. Vnde magnopere nobis curandum vt in animabus nostris sanitatem consequamur, quoties audimus quosdam à domino curatos sicut illi in corporibus. Ad hoc enim scriptum est, ad hoc nobis scripta recitãtur, alioquin sine causa, & fructu hæc legimus, & audimus. Deniq; cura huius paralytici ad hoc specialiter ordinata est, vt ea patenter probaretur q Christi potestas ad remissionem peccatorum spiritualiter infirmorum se extenderet. Nam scribis & phariseis dominũ velut blasphemum iudicantibus pro eo q dixerat paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, redarguens ait: Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua, an surge, & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico. Surge &c. Ecce beneficiũ foris corpori exhibitum, probatio fuit, & signum beneficii maioris remissionis peccati, quo anima corpore nobilior sanabatur, virtutemq; recepit surgendi, lectum suum spiritualiter tollendi, atq; in domum suam vadendi. De quo pro gratia Aue.

Exhibitio corporalis curationis signũ fuit interioris.

Vt perfectam salutem in anima consequamur, quomodo paralyticus in corpore à domino, tria hæc quæ tropologicè in euangelio paralytico sanando facienda designantur imitari oportet. Siquidem surgendum nobis est: Tollendus malæ quietis lectus, & Intrandum nostram domum. Surgendum nobis est a terrenis, & transitoriis ad cœlestium, & æternorum meditationem. Portandus est desyderiorum carnalium, & secularium eorum lectus, in quo anima nostra quieuit, quasi suam in eis fœlicitatem statuens, portandus idest violenter contra inclinationem naturalem cum labore regendus. Nam qui portatur non in sua, sed portantis est potestate. Eundum est in domum nostram nõ manu factam in terris, sed constructam manu Dei in cœlis. Surgimus autem per fidem, Portamus per spem, Intramus per charitatem. Sola enim fides ẽ qua diuina, & æterna in via speculamur quoniam omnis diuinorum cognitio viæ specularis est, & enigmatica, quod ad fidem pertinet, patriæ verò formalis, & intuitiua. Videmus nunc per speculum in enigmate (ait apostolus) tũc autẽ facie ad faciem 1. Cor.13. Portamus laborando, & laboramus portando per spem, debet enim in spe, qui arat arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi. 1. Cor.9. Quippe nequaquam virtutum viam valemus ingredi, qua passionum desyderia tollimus, nisi spe comite

Vt animæ pfectam sanitatem cõsequamur paralyticũ sequamur.

comite ducamur. Nam laborandi omnis conatus perit, consequendi despera tione. Hiero. ad Demetriadem. Intramus autem per charitatem, ipsa nanq; apprehendit, quod fides ostendit. Spes laborando quærit, intrat enim charitas fide, & spe foris manentibus. Hinc apostolus 1. Corinthio. 13. Charitas nunquam excidit, euacuabuntur propheti ę linguæ, scientiæ fides, & spes. Igitur sicut ad perueniendum ad interiorem terreni regis animam, tria requiruntur videlicet oculus in via dirigens, fortitudo crurium, & pedum corpus portans, & signum regis ianuam reserans. Ita ad intrandum cœlestem summi regis aulã, requiritur fides tanquam oculus cordis spes tanquam fortitudo affectionum, & desyderiorum, pedes sursum erigens charitas tanquam vestis nuptialis, & signum sponsi, æterno conuiuio introducens. Ecce attenditis quod in his tribus theologicalibus virtutibus tota nostra salus pendet, sine quibus omnia cœtera nihil prosunt, prout supra dominica decima quinta diffusius deductum fuit.

Quid sit tollere lectum.

Verum prout nunc sufficit, quia iubemur surgere, & tollere lectum nostrũ & ire in domum nostram. Videndũ est quid est hoc facere: Itaq; surgere, & lectum portare non est aliud, nisi secundum legem cœlestem desuper datam regere omnes mentis nostræ affectiones. Quod tunc facimus, dum rectę rationi nostram voluntatem penitus subiicimus, firmiter proponentes nihil velle, aut nolle, nisi quod ratio recta secundũ diuinam legem nolendum dictauerit, aut volendum, quod qui facit, sanus est & fortis secundum Salomonis testimonium: Melior est sapiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Prou. 16.

Meritò hõ portat lectũ suum viuendo secundum rectam rationẽ.

Meritò dilectissimi surgimus, meritò vt dictum est, lectum nostrum tollimus, quoniam sic faciendo, secundum propriam naturam viuimus, & naturã viuimus, & naturali inclinatione ad bonum consentimus, quod nunc breuiter ostendo exemplo, nõ meo, sed beati August. serm. 12. ser. 15. de verbis euangelii: Consyderate, inquit charissimi vniuersa, quæ habere desyderatis si inter omnia malum aliquod esse velitis, si villam, terram domum, hortum, supellectilem, instrumentum artis tuę, vel rem aliam quamcunq; emis, non hanc malam, sed bonam esse cupis. Vxorem vis ducere, bonam eligis. Filios tibi nasci optas, non malos, sed bonos futuros desyderas, seruum conducis, vel ancillam, malam respuis, bonam quæris, iumentum comperas, bonum probas, infirmum relinquis tunicam, caligam, aut quamlibet vestis particulam tibi aptas non malum, sed bonum id fore desyderas. Esuris, ac sitis, cibari vis de melioribus, & potari, nihil insipidum, nihil venenosum, sed ea quæris, quæ tuo sunt iudicio meliora. Ecce inclinationem hominis naturalem ad bonum. Sed nũc attendite quam inhonestum immo turpe, immo quam detestabile, & omni reprehensione dignum est, eum, qui nihil omnino malum vult habere inter omnia, quæ possidet vsq; ad ea, quibus quasi pro ioco ludimus, seipsum solum malum habere vult, propter quem tamen cœtera omnia bona vult, seipsum dico quantum ad nobilius, quod in se est, nã quæ minus nobilia sunt hominis, corporis scilicet corruptibilis membra, nemo vult habere, nisi bona. Siquidem nemo vult habere corpus infirmum, monstruosum, aut defectuosum, sed sanum, robustum, pulchrum, qualitate, ac quantitate perfectum. Animam verò perpetuam, quæ vita est corporis, malam esse & deformitatibus plenam patitur, immo talem esse eligit, mala enim est, & à perfectione sua deficit, quoties partes eius dissident id est ab intellectu, siue ratione recta voluntas vt ex supradictis manifestum est. De hoc vbi supra ait Augu. Quid te offendit vita tua, quam solam vis malam, vt inter omnia tua solus sis malus. Et iterum: Rogo inquit, præpone vitam tuam caligę tuę, omnia, quę circa te iacent oculis tuis, elegantia, & pulchra tibi chara sunt, & tibiipsi vilis es, ac fędus. Et sequitur: Si possent

possent tibi respondere bona, quib⁹ plena est domus tua, quæ habere optasti, nonne tibi clamarent? Sicut tu nos vis bona habere, sic & nos volumus habere bonum dominum, Tacita voce interpellant contra te dñm suum. Ecce tanta bona dedisti huic, & ipse malus est. Quid ei prodest, quod habet, quando eum, qui omnia dedit, non habet? Surgamus ergo ab hac mala voluntate, tollamus lectum nostrum, portemus, dominemur carnalibus desyderiis, subiicientes rectæ rationi quo nos boni erimus, & omnia bona à domino collata nobis bona fient, atque proficient ad salutem.

Hominis perfectio in quo consistit.

Vocant nos ad idem quæ extra nos sunt, atq; oculis nostris subiecta, & nobis notiora. Attendite itaq; vniuersam circumstantem creaturam, & videte si non omnis ad perfectionem hanc, quæ in subiectione nostra ad Deum consistit dirigit, & informat.

Siquidem perfecta est omnis creatura in genere suo bono, & perfectè obseruat inditam sibi legem. De primo ait legislator Moyses Deu. 32. Date magnificentiam Deo, Dei perfecta sunt opera & omnes viç eius iudicia. Quod etiam in minimis creaturis, & breuissimo tēpore mansuris, & penè inutilibus, manifestum est. Vide erucam, locustam, culicem, videte tineā videte flores, & gramina, qm̄ omnium mēbrorū perfectione secundū genus suū perfecta sunt, & ornata. Sic de flore pulcherrimo colore vestito, qui tñ (secundū verbū saluatoris) hodie est, & cras in clibanum mittitur. Quia si tantā voluit esse ꝑfectionē in his minimis creaturis, quantam exiget putatis ab homine, propter quē hæc omnia creauit, & quē durare secū dū animā disposuit sine fine? Consistit autē perfectio hominis in perfecta subiectione suç volūtatis ad Deum, & cōcordia eius cum ratione recta, nam quātò magis accedit ad Deum, tantò perfectior est homo Accedit propius quo suam voluntatem, voluntati diuinç magis conformat. Ad hanc perfectionem saluator noster hortatur Matth. 5. Esto te inquit, perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Et apostolus 2. Tim. 3. Perfectus sit omnis homo ad omne opus bonum instructus.

Omnis creatura nos docet, & erigit multipliciter ad seruiendū Deo.

Omnis denique corporalis creatura, instituta naturæ suæ, quç creator indidit perfectè custodit, semper mouetur celū, sol lumen suū nō retrahit &c. De quo Amb. super Beati immaculati. Permanet ordo solemnis cœlestium statutorum, & beneficiorum domini crebrç vices solemnibus muneribus perseuerant. Superius nanque vel pluuiis, vel calore, vel fçtu aeris hui⁹ infundit terris, atq; aliter fçcunditas larga &c. Ita inquam, legem sibi ind tam, irrationalis aut non cognoscens seruat creatura, vt omnes homines ab hac declinare, nec minimam prçualent creaturam, corrumpi potest creatura ab homine, sed à lege conditoris manens, nullo pacto detorqueri. Denique tendit semper natura in singulis ad maiorem perfectionem sibi, secundum accidentes circumstantias possibilem. Hinc graue tendens deorsum, tendit ad centrum, & per lineam breuissimam perpendiculariter ad ipsum mouetur, nec quiescit, donec attingat, vel saltem coniungatur corpori ipsum contingenti. Hinc in generationibus, & corruptionibus semper natura facit de possibilibus, quod melius est, etiam vsque ad monstri productionem, vt habetur 1. cœli & secundo Phys. Quod quia ita est, consyderet quilibet, quam indignum quod homo ad imaginem Dei formatus, rationis lumine illustratus, ceterisque animantibus quasi rector, & dominus prçlatus, obedientius ceteris omnibus, solus ipse sua sponte legem sui creatoris transgreditur, & ab eius obedientia suam subtrahit voluntatem. Sed & quantum degenerat a creaturis sibi subiectis, dum in circuitu ambulat, vias securas, & breues relinquens, & non de possibilibus sibi facit, quod melius est, nec ad perfectionem sibi possibilem conatur, dicens, volo merita apostolorū, aut martyrū. Ecce quā multipliciter creatura oīs, q̄ foris

nos

nos circumstat ad seruiendum Deo perfectè, & amandum eum, nosipsosq; sibi subiiciendum excitat. Vnde non incongruè intelligi possunt per eos, qui paralyticum in lecto domino obtulerũt Dum enim obiecta creaturarum appetitum animæ mouent, & modis dictis vltra in Deum creatorem dirigunt, quasi paralyticum passionibus incubantem ad Deum mittunt. Per hos quoq; dominus quotidie clamat: Surge ab infirmorum delectatione. Tolle lectum tuum, appetitum sursum erige, porta, rege, & vade in domum tuam, nõ manufactam, sed ęternam in cęlis.

DOMINICA XX. Peregrinationis Sermo I. in ordine. LXXXIX.

ITE ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias Math. 22.

Longanimiter De' peccatorem expectat & vocat ad pœnitentiam.

Regius propheta homo secundum cor Dei, diuinæ misericordiæ diuitias alta mente consyderans, misericordias, ait, domini in æternum cantabo. Nos verò qui miserrcordias domini suscepimus, quas ipse prophetico præuidit spiritu, a laude domini quomodo cessabimus? Siquidem miserator, & misericors dominus abyssali bonitate sua seipsum exinaniuit vsq; ad seruilis naturæ susceptionem, quam sibi in sacratissimo virginis thalamo desponsauit, suam misericordiam ita generaliter omnibus effudit, vt nedum omnium peccata tollendo pro omnibus satisfaceret, verũ etiã misericorditer omnia nobis exhiberet quibus ad tantæ satisfactionis participium disponeremur, inter quæ præcipua est longanimis peccantium expectatio, & ad conuersionem multiplex paterna vocatio, vt verissimè dictum cognoscamus Abac. 3. Non obliuiscetur misereri Deus, nec continebit in ira sua misericordias suas. In ira sua misericordiam non continet dum per iustitiam nostris offensionibus condignas pœnas dictat, & tamen per misericordiam illas infligere differt, ac nos sustinendo ad pœnitentiam expectat. Insuper etiam multipliciter vocãdo ad æternæ beatitudinis conuiuium inuitat, de quo pulchrè b. Grego. homili. 34. ita dicit: Pensemus supernas diuitias conditor, nostris peccare nos vidit, & pertulit, qui ante culpam peccare prohibuit, etiam post culpam expectare ad veniam non desistit. Ecce ipse nos, quẽ despeximus, vocat, auersi ab illo sumus, & tamen non auertitur à nobis. Vnde bene per Esa. ca. 3. dicitur: Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem post tergum monentis. Quasi in faciem homo est monitus quando ad iustitiam conditus præcepta rectitudinis accepit. Sed cum hæc eadem præcepta contempsit, quasi conditori suo dorsum mentis in faciem dedit. Sed ecce ad hæc post tergum sequitur, & monet, quia iam à nobis contemptus est, & tamen adhuc nos vocare non cessat. Superbè auersos benignè reuocat, & qui ferire nos aduersantes potuit, vt reuertamur, conuiuii sui delitias repromittit, neq; solum particulariter huic, vel illi miseretur, sed misericordiam suam omnibus communiter offert, dum antecedente voluntate omnes vult saluos fieri 1 Tim. 2. & ita nullum miserum relinquere, dum omnia, quæ æterno conuiuio necessaria sunt, præparauit, omnibus ianuam aperuit, omnibus loquitur interius, omnes quantumlibet peccatores vocat exterius, sicut in parabola euangelica innuit, dũ seruos suos misit inuitare. Exite inquit ad exitus viarum &c. De quibus &c. Aue Primò euangelium secundum literam recitabitur. Secundò ipsum summariè exponetur. Quo ad primum dicitur. Simile factum est regnum cœlorum homini re. &c.

Diuina bonitas commeudatur in multis.

In hac parabola quo ad secundam sermonis partem proponitur nobis diuinæ misericordiæ immensitas, qua ad bonum allicimur, simul & iustitię seueritas, qua à negligentiæ nostræ torpore deterremur. Hæc enim nos Deo ad hærere faciunt, timor gehennæ, & amor vitæ.

tæ, ſicut ex aduerſo à Deo retrahunt, timor ordinatus pręſentium malorum & amor ſui ſecundum Auguſt. Commendatur autem nobis diuina bonitas & miſericordia in nuptiali coniunctione, conuiuii inſtitutione, noſtra inuitatione, ac multiſplici vocatione. Seueritas verò diuinæ iuſtitiæ intelligitur in negligentium, contemnentium, & inhonorantium cōdigna punitione. Nuptiæ iſtę coniunctio ſunt Chriſti, & eccleſiæ quæ hic in via inchoantur, in patria cōſummantur. Apoc. 19. Celebratur vtrobiq; conuiuium, hic præparationis, ibi perfectæ vnionis, hic gaudium ſpei, ibi iucunditas rei. Nuptiæ iſtæ quantum ad totum genus humanum initiatæ ſunt veluti per ſponſalia in principio creationis hominis, dum hominem ad ſui cognitionem, & amorem creauit 2. ſenten diſt. 1. Dedit tunc arram iuſtitiam originalem, qua ſe negaret diabolo, conſeruaret ſponſo, ſed ſolutę ſunt fraude diabolica, reintegratæ in incarnatione Chriſti, cōfirmatæ, & ratæ mediatoris morte in gloria conſummandę ſed quantum ad ſingulos homines initiantur per fidem, & baptiſma. Oſeæ. 2. Ratificantur per charitatem. Hiere. 2. Miſerans ado. t. & charitatem &c. Conſummantur per gloriā Apoc. 9. Nuptię agni &c.

Nuptiæ quę ſunt quando initiatæ ratæ con firmatæ.

Nuptias illas cœleſtis pater filio ſuo conſtituit, dum per incarnationis myſterium ſanctam ſibi eccleſiam ſociauit ſicut propheta ait: Ipſe tanquam ſponſus de thalamo ſuo proceſſit, quia adiūgendam ſibi eccleſiam fide ſcilicet & charitate, incarnatus dominus de incorruptæ virginis vtero exiuit, vt ait: Grego. in homil. Cuius incarnatione opus maximæ gratię, & miſericordiæ fuit, vt ait Auguſt. 13. de trini. ca 19. In rebus per tempus exortis, illa eſt ſumma gratia q homo in veritate per ſe coniunctus eſt Deo. Et de hoc alibi magis erit dicendum.

Nuptias qn̄ pater cœleſtis inſtituit ſuo filio.

Conuiuium verò grande conſtituit in palatio regio, eccleſiam dico materialē, ad nuptialis ſolemnitatis gloriā, & augmentum, ad cuius perfectionem tauros, & altilia occidit quamuis per tauros, & altilia patres veteris, & noui teſt. ſecundum Greg. aptè intelligi poſſunt, quos ad ſanctitatis, & fortitudinis decorem, & imitationis exemplum dominus occidi permiſit. Patres etenim tauri dici poſſunt quia iugo legis aſtricti. Apoſtoli altilia propter cognitionis claritatem, hi enim vt nubes volant, & quaſi columbæ &c. promouendo proximos ad nuptias ſua prædicatione. Non tamen minus congruè per tauros, & altilia ipſe dominus intelligi poteſt, qui (vt idem homil. 4. ſuper Ezech. dicit) homo eſt in incarnatione, vitulus ſiue taurus in paſſione, Leo in reſurrectione & Aquila in aſcenſione. Vel etiam ideò per taurum, & altile ſignatur, quia de horum animalium generibus in lege ſacrificia fiebant, quæ dominum in paſſione immolatum figurabant. Fuit itaque dominus in ſua paſſione taurus, quia doloroſiſſimè, ac crudeliter mactatus. Fuit altile. i. auis impinguata propter ſpiritusſancti vnctionem, quam recepit, non ad menſuram. Io. 3. & propter fructus paſſionis ſuę pinguedinem, & myſterii altitudinem. Nec huic, quod dictum ē, obſtat, q in plurali dicitur, tauri, & altilia occiſa, quoniam non perſonę pluralitatem, ſed occiſionis multiplicitatē hic deſignat. Multas nanque dominus pro nobis (vt ita dicam) mortes pertulit, dum amariſſimas, & lętales ſubiit penas, quarum quælibet etiam per ſe mortem inferre potuiſſet, niſi diuina virtute anima in carne ad plus patiendum fuiſſet ſupernaturaliter conſeruata. Nouimus enim quoſdam propter mētis triſtitiam ſine corporali læſione extinctos, ſicut de nuru Heli. 1. Reg. 8. legitur. Sed nondum de aliquo legimus, q triſtitiæ vehementia ſanguinem ſudare compulerit, quomodo de Chriſto narrat Lucas 22. ca. Quare triſtitia domini pro nobis aſſumpta, mortalis erat quod & dominus ipſe teſtatur: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem, nedum extenſiuè, ſed & intenſiuè. Mat. 26. Quis autem (etiam fortiſſimę complexionis) totupliciter vulneratus, ac tantum ſan

guinem,

guinem, in quo sedes est animæ fundés quomodo dominus noster in sanguineo sudore, flagellatione, coronatione, crucifixione fudit, & vulnera plura 6000. secundum Bona. suscepit, non continuò expiraret? Cum etiam sæpe vidimus propter pustulas, aut vulnera lōgè pauciora plurimos defecisse. Nunquid etiā iam in cruce dormienti, mors noua super additur, dum (vt Ioan. 19: ait) militis lancea aperto latere de corde vulnerato sanguis, & aqua elicitur, letale fuisse hoc vulnus nemo est, qui dubitare valeat. Rectè itaq; in plurali dicitur: Tauri mei, & altilia &c. de eo, qui tot mortibus interiit.

In hoc cōuiuio ecclesiæ q̄ nā præparauit Christus p̄ famis inedia:

De hac itaq; suiipsius occisione pingue conuiuium in ecclesia constituit: quo non solum famis inedia pelleretur sed etiam cibo delicatissimo saginaremur. Instituit siquidem sacramenta tā quam medicinas, vel purgatiuas, vel cōfortatiuas. Dedit insuper panem verbi vitæ, scripturæ scilicet salutaris, sicut in homil. Grego. ait: Nos sumus, qui in nuptiis verbi discumbimus, qui iam fidem in ecclesia habemus, qui scripturæ sacræ epulis pascimur. Dedit quoque panem illum angelorum, pané de cœlis, omne delectamentum in se habentem, & omnem saporis suauitatem, cibum delitiosissimum preciosissimi corporis sui, & sanguinis, quem qui dignè suscipit, omnis gratiæ pinguedine saginatur, qua omnia ex passione sua nouimus præparata, in quo tantæ benignitatis nobis arram, & æternæ refectionis pignus admirabile dedit, vt propheta in spiritu præuidens, super omnia diuinæ misericordiæ nobis exhibita miracula extolleret, dicens: Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator dominus, escam dedit timentibus se.

Declaratio seueritatis diuinæ in non venientiū punitione.

Secundò principaliter in parabola nobis diuinæ iustitiæ seueritas declaratur, in digna eorum punitione, qui tanta Dei vocantis misericordia sunt abusi. Horum aliqui negligentes fuere, alij contemnentes, qui & missos regis nuncios contumeliis affectos occiderunt. Tertii venerunt sed sponsum in honorauerunt, vestem nuptialem proiicientes. Quæ licet de paganis, ac iudæis, ac christianis aptè secundum Grego. exponi possunt, tamen omnia ad nos referri possunt. Sunt enim christiano nomine gaudentes in duplici differentia. Quidam obstinato animo mādata Dei transgrediuntur, & negligunt, nunquā de sua conuersione propositum bonum admittentes, & hi omnino vocati non veniunt, quia viam salutis penitus derelinquunt, cuius causam euangelista non tacuit, quoniam quidam in villam suam, quidam in negotiationem abeuntes neglexerunt, quidam verò contemnentes seruos afflixerunt. Qui enim tota sollicitudine villæ suæ idest corpori, quod habitatio est animæ voluptuosus aut negotiationi idest temporalium diuitiarum acquisitioni cupidus inhæret ad conuiuium nuptiale venire negligit Qui verò per superbiam extollitur super omne, quod Deus est, vt Bern. declarat, nedum negligit, sed contemnit, sed odit, sed inuidet sponso, & seruis suis, per quos dum se videt contemni, & argui, animo occidit, & nonnūquam etiā foris lacerat contumeliis, & offendit, sicque penitus ad conuiuium non venit.

Alii verò sunt, qui vocantem dominum non omnino spernunt, nec penitus viam veniendi deserunt, qui compūcti corde vitæ emendationem aliquando finiendam proponūt, & tamen quia nondum omnia deserere disponunt, sed quibusdam dilectione adhærent, alia verò deserunt, nondum in via regia, sed in exitu viarum degunt. Quid verò per exitus viarum intelligitur, nisi defectus actionū? vt vult Greg. & hi multa agūt propter Deum, sed cum defectu, quia vitium, cui adhuc adhærent, omnia bona eorum fermentat. Hi etiam ad conuiuium nuptiale veniunt, dum ecclesias, in quibus verbi Dei panis frangitur, frequentant, quandoque etiam carnes agni manducant cum conuiuantibus, sed prohdolor, abiecta veste nuptiali, quæ reiici potest, lacerari verò .i. minui

aui non poteſt, gratiam ſiquidem peccatum mortale non minuit, ſed totam expellit.

Sequitur verò in euangelio. Intrauit autem rex, & vidit hominem ibi nõ veſtitum veſte nuptiali. Iſta veſtis nuptialis charitas eſt, quam in ſe etiam cõditor noſter habuit, dum ad ſociandæ ſibi eccleſię nuptias venit. In ſola quippe dilectione Dei actum eſt, vt vnigenitus eius mentes ſibi electorum hominũ vniret. Vnde & Hiero. dicit: Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Qui ergo per charitatem venit ad homines, eandem charitatem innotuit nuptialem veſtem eſſe. Res tota labor omnis pro hac veſte nuptiali .i. charitate. Et quomodo hanc acquiremus? extra facultatem noſtrã poſita eſt, donum Dei eſt, & omniũ chariſmatum domina, & regina, immo tantũ ꝙ nec ſine Deo datur, nec ſine charitate venit in nos Deus. Charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris, ait apoſtolus per ſpiritumſanctum, qui datus eſt nobis. Et venerabilis Hugo in de laude charitatis. Si charitas tecum eſt, venit Deus ad te, & manet apud te. Si tu recedis à charitate, recedit & ipſe à te. Reliqua denique gratiarum dona largitur Deus etiam his, quos reprobat, ſolam charitatem, qua ſeipſum donat, his tantum, quos diligit, in præmium ſeruat. Verum & ſi ex nobis, aut in noſtra facultate non eſt, eſt tamen in noſtra facultate aliquid ſcilicet diſpoſitio, ac loci prępаratio, quo illa recipienda eſt, qua inexiſtente nunquam abeſt, dat .n. donum hoc excellentiſſimum liberaliſſimus amator omni capaci, alioquin quomodo dixiſſet: Ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſiquis mihi aperuerit, intrabo ad eum & cenabo cum illo? Apoca. 3. Illius eſt primo pulſare, quia omne datum optimum, & omne donũ perfectũ (inter quę diſpoſitio noſtra eſt) ab illo eſt. Noſtri erit pulſanti aperire, impedimenta amouere, obicem deponere, & locum cordis noſtri aptare. Iterum: Domini eſt intrare. Quomodo? non niſi per charitatẽ. Et quidẽ nulla propinquior diſpoſitio, nulla immediatior ad charitatem, quam dilectio Dei naturalis ſuper omnia, imo tam propinqua & immediata ꝙ nõ põt haberi in eſſe pfecto quin charitas inſit. Hoc etiam videtur poſſe probari verbo Chriſti Ioan. 14. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eũ veniemus &c. Ecce proxima diſpoſitio ad hoc vt pater gratuitè diligat, ac veniat in animam, eſt diligere Deum, quod non poteſt intelligi de dilectione gratuita, quia illa præſupponit charitatem, & illapſum Dei, vt patet ex di. 17. primi, & 27. tertii ſententiarum. Intelligendum ergo erit de dilectione naturali, quæ ſaltem natura, & ſi non tempore præcedit charitatem tanquam diſpoſitio vltimata formam.

Quomõ p charitatẽ veſtem nuptialem acquirere poſſimus.

Nunc itaque videndum eſt quomodo ad hanc dilectionem pertingere valeamus, vt veſte poſſimꝰ ſuperindui nuptiali. Ad cuius aliquem declarationem aduertendum, quod duo ſunt ex parte diligibilis, quæ nos ad diligendum ipſum vehementer alliciunt, & inclinant ſcilicet bonitas eius in ſeipſo, & amor eius quo ad nos. Appræhenſa nanque bonitate rei alicuius, per intellectum voluntas ad ipſum amorosè naturaliter inclinatur. Siquidem bonum ponitur obiectum amantis voluntatis. Vnde Boetius tertia de conſola. prou. decimo. circa finem. Omnium igitur expetendorum ſumma cauſa bonum eſt, quod enim neque ſimilitudinem vllum in ſe retinet bonum id expeti nullo modo poteſt. Contraque etiam, quę natura bona non ſunt, tamen ſi eſſe videantur, quaſi vera bona ſint, appetuntur, quo fit vti ſumma cardo, atque cauſa expetendorum omnium bonitas iure eſſe credatur, cuius verò cauſa quid expetitur, id maximè videtur optari, propter quod veteres bonũ deffinierunt, bonũ, quod omnia appetunt, in proemio Eth. ſic exprimitur in nobis, audientibus nobis rumorẽ bonũ multarũ virtutũ de principe aliquo, vel quolibet hoĩe in extremis terrę oris cõmorãtẽ, licet ad nos ptingere

Quõ p dilectionẽ De naturalẽ ad charitatem perueniмus.

aut nobis benefacere nimia interiacentis soli distantia prohibeat, diligimus tamen hominem istum pp inexistentes sibi virtutes bonas. Amor quoq; nos ꝑueniens, ad remanendum plurimum incitat. Hinc Aug. in de cathechizandis rudibus ait: Nulla est maior ad amorē inuitatio, quam præuenire amando, & nimis durus est animus, qui dilectionem, etsi nolebat impendere, nolit rependere. Et si hoc agit amor quilibet etiam si ab inferiori superior, a seruo dominus se noscat amari, multò magis ad amandum accenditur subditus, si se cognouerit à suo domino quæ se minus indiguerit gratis amari. Ibi enim gratior amor est, vbi non æstuat indigentiæ siccitate, sed beneficentiæ profluit vbertate, sed & ineffabiliter ad amandum inferior commouebitur, si superior, à quo amari desperabat, vltro sibi ostendere dignabitur, quantum diligit eum, qui nequaquam tantum bonum sibi promittere audebat.

In Deo ratio omnis diligibilitatis.

Vtraque nos ad diligendum Deum summè sufficiunt inflammare. Nam nō solum in seipso bonus est Deus sed simpliciter optimus est, quo etiam melius excogitari nihil potest. Hæc concors omnium sententia est de Deo loquentium, nec quisquam inueniri potest, qui hoc Deum esse credat, quo aliquid melius esse putet, vt ostendit Aug. in de doctrina christiana. Cuius bonitati testimonium perhibet omnis creatura. Nō sola creatoris bonitas causa est productionis creaturæ, dicente Boe. 3. de consol. metro. 9. Quem non externæ pepulerunt fingere causæ Materiæ fluitantis opus, verum insita summi. Forma boni, liuore carens. Et Augustinus in de doc. christiana. Quia bonus est De⁹ nos sumus, & inquantum sumus boni sumus. Deniq; si quid boni, si quid appetibile in qualibet creatura inueniat illius infinitæ bonitatis stilla est, participium est, & effluxus, tantò verius in ipso, quantò lux in sole, quam radio, & aquæ puritas in fonte, quam riuo, prout latissimè ostendit Diony. ca. 4. de diuinis n ominibus

Amor deniq; Dei, quo prior nos dilexit, ad amorem suum nos totos merito incendit, quoniam & si amorem hunc in se modo videre non valemus, tamen in suis præsentiis, & donis multiplicibus approbamus. Hæc enim non solum ea sua magnitudine, sed etiā donantis intelligentia, & indignitate recipientis amoris magnitudinem contestantur. Siquidem idem donum, quo ab excellentiori datur, eò maioris dilectionis est signum, sic si viliori datur, quoniam huiuscemodi doni non sperata retributio, non recipientis merita, sed amor solus, & purus eius, qui donat, noscitur esse causa vt ex prædictis Augustini verbis deduci posset. Ad consyderandum igitur diuini amoris magnitudinem donantis dignitas, nostra indignitas, & donorum multiplicitas, & excellentia nos adiuuant, si attentius cogitantur. Quis itaque maior, excellentior aut superior Deo, cuius tanta est eminentia, vt secundum Diony. 1. de diui. nominibus, nec cogitari mente, nec effari possit ore. Ipse enim est viuentium vita, substantiumq; substantia, vitæ omnis, ac substantiæ initium, & causa, quod bonitate sua cuncta, quæ sunt vt essent, produxerit, atq; vniuersa cōtineat. In quo est, quicquid simpliciter perfectum est, quod in quolibet melius est ipsum, quam non ipsum, & nihil imperfectum, vt loquitur Ansel. in suo monologio. Et ita sibi solus sufficiens nullius extra se indigens. Quo enim indigeret omnipotens, aut qui non haberet cœlum, terramque creans, portans omnia verbo virtutis suæ ad Hebræ. 1. Hinc clarè attendimus quod dilectio Dei planè magna, & perfecta est, quia indigentię siccitatem non æstuat, sed profluit beneficentiæ vbertate, neq; ex diligentis est miseria, sed ex misericordia infinita.

Quę nos indu cunt ad conside randum diuinum amorem

Quia si nosipsos, qui diligimur, attendimus, quid vilius, aut indignius in totius creaturæ vniuersitate poterit inueniri? Nam & si homo tanquam ratione. vtens ac Dei capax omnibus corporalibus creaturis prælatus sit creatoris

beneficio

beneficio, tamen omnibus se substrauit suo vitio. Et qui naturæ nobilitate, quam in creatione acceperat, primus fuit inter facturas corporeas suo cadens peccato, factus est vltimus inter omnes creaturas. Nam cum simpliciter nihil sit vilius, indigniusq; peccato (quod pro sui malitia non aliquid, sed nihil dicitur, nec dominum sicut cetera creata habet actorem. Nam sine ipso factum est nihil.i peccatum:Ioan. 1.) ergo turpitudinis suę participium communicat peccatori. Et sicut virtutes theologicę hominem eleuant supra se ad suum principium, ac faciunt Dei formem, sic peccatum deprimit infra se, ad id, quod dicũtur idest nihil entitatem. Nec mirum q; homo peccator omnibus creaturis subditur, quoniam cum omnes aliæ diuinam participationem immobiliter seruent, nec ab ordine eis à creatore præstituto conditionibus.s. naturæ suę aliquatenus declinant, solus homo peccando in regione dissimilitudinis abiit à Deo ab ordine sibi ab eo præcepto libertate suę voluntatis deficit, & recedit, vt deflet Boe. metro. 5. lib. 1. Sicque misera mutatione paradisi incola factus est peregrinus, in terra honoratus inter angelos, comparatus est iumentis insipientibus. Filius excessi se constituit inimicum Dei, hęres beatitudinis æternæ damnatur pœnis gehennę. Et hunc indignum inimicum, & dãnatum summa illa maiestas diligit, ac dilectionis suæ magnitudinem donorũ magnitudinem, & numerositate demonstrauit. Quod si magnum est Deum diligere, beatos, amicos, angelos, quantũ q; diligit peccatores, inimicos, ac dęmonibus consentientes. Si iterum ad creatoris beneficia, & dona oculum meditationis conuertimus innumera sunt planè, & maxima, quę tam magnis, tã vilibus largitus est, nec largiri cessat. Quorum enumerationi nec tempus sufficit, nec lingua. Transeo illa generalia beneficia, quæ annumerant Chrys. lib. 2. de compunc. cordis, & Ber. serm. 14. super Qui habitat. Videlicet q; cũ nõ essemus nos fecit animamq; inspirauit talem, qualem nulli ex animãtibus, quæ sunt super terram, vtpote imagine creatoris insignem, rationis participem, beatitudinis capacem, paradisum plantauit, cęlum extẽdit, terramq; substrauit, luminaria accendit. Quanta deniq; largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionem, quãta ad consolationem, quanta ad correptionem, quanta etiã ad delectationem.

Homo peccator omnib⁹ creaturis subditur

Sed veniamus ad summum illud beatificum ac inæstimabile donum, quo pater liberalissim⁹ vt nobis parceret, proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnib⁹ tradiditũ ill Ro. 8 Et quõ pater dedit filium non solum in consortem naturæ, ac vitę socium, sed etiam in redemptionis precium, precium inquam penalissimum. Hinc non solum dicitur conceptus, & nat⁹ ex virgine, sed & passus, crucifixus, mortuus & sepultus. Quo fructu? Vt descendens ad infernũ captiuos educeret, iam sua morte redemptos, resurgens vitam immortalem daret, ascendens locum beatis congruũ præpararet, vt sic secundum Bernard. conceptio sua mundet meam, vita sua instruat meam, mors sua destruat meã, descensio sua prohibeat meam, resurrectio sua præcedat meam, ascensio sua præparet meam, vt sic planè viam, per quam ambulem, cautelam, qua ambulem, & ad quam ambulem patefaciat, mansionem. Ecce habes Dei dona sub compendio designata. Nam fecit te Deus tuus, fecit tam multa propter te, fecit propter te, & seipsum, factus est tecum caro vna, te quoque faciet secũ spiritum vnum, dum qui fuit socius, & frater in incarnatione, precium crucis morte, erit tuum præmium, non finali, sed infinibili beatificatione. Ecce quanta dilectionis testimonia. Nam secundum beatum Augu st. in de cathechizandis rudibus. Quæ maior est causa aduentus domini, nisi vt ostenderet Deus dilectionẽ suam in nobis, commendans eam vehæmenter, quia cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et infra. Maximè propterea venit Christus vt cognosceret homo quã-

Euidens signum dilectionis diuinæ in nos.

tum eum diligat Deus. Et ideò cognosceret, vt in eius dilectione qua prior dilectus est inardesceret. Hæc ille. Totus enim induratus, & obduratus est, quem non emollit benignitas tanta, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilibus sarcinulis tam præciosas merces expendit. Non enim corruptibili auro, & argento redemit nos, sed præcioso sanguine suo abundè effuso, vt Bernar. sermo de Pentecost. ait. Hæc itaque si attentè meditamur, admirabimur infinitam Dei bonitatem, quam ita in omnia diffundit vt etiam seipsum non contineret. Ineffabilem quoque amorem illius ad nos miseros peccatores, vermes, puluerem, & cineres, omnino nihil immo ex nobis & inimicos suos omni gratia indignos, patria pulsos, & damnatos, quos nos tales ita diligere placuit, vt post omnia nobis ingratis, gratis data, cœlum, terram, angelos, & vniuersa corporalia, etiam filium proprium natura consubstantialem, coram omnipotentem, & æternum daret pro nobis in mortem ignominiosissimam, & pęnalissimam mortem crucis. Veniant hic in mentem vniuersi labores, dolores contumeliæ, passiones, quas pro nobis Christus sustulit in humanis in testimonium diuinæ bonitatis & intensissimi amoris.

Ex medi tatione amoris Dei orit quędam hilaritas mentis:

Ex hac meditatione intenta oritur quædam hilaritas mentis, pro eo quod tanti nos æstimauit pater cœlestis, vt pro suorum redemptione proprium daret filium. Excitabiturque ardens desyderium ad tam ineffabile bonum possidendum, & non amittendum, quod est amor concupiscentiæ, amor adhuc imperfectus, quo propter sua beneficia benefactor reamatur, sed sufficiens nihilominus ad expellendum amorem carnalem huius mundi. Siquidem amor expingit amorem sicut timor timorem ait Bernard: sermo decimo tertio super Qui habitat. Nam ex hoc amore concupiscentiæ excandescit zelus aduersus omnia, amorem mundi, & cœtera vitia ab hoc amatore optimo impedientia, & ita contra peccata præterita, præsentia & futura. Dum verò hęc meditatio continuatur, ęquè mens pertractat q; omnia à domini amore, & beneficia ex insita bonitate, quæ ipse est, immutabiliter profluunt, incipit iam amare suum amatorem non propter beneficia accepta, vel sperata, sed essentialem sui bonitatem ex beneficiis cognitam, qui est amor perfectus, amor amicitiæ, qui non stat sine charitate. Nam eo in nobis genito simul tempore charitas desuper infunditur, vestis nuptialis nos sponso configurans, & nuptiis suis dignos reddens. Ad quas nos perducat sua charitate superuestitos sponsus spe dominus noster Iesus Christus cum patre, & spiritu sancto in secula benedictus: Amen.

DOMINICA XX. Sermo II. ad Carthusienses factus, in ordine. XC.

In quo apparuerr dñi misericordia, & veritas.

VNIVERSÆ viæ domini misericordia, & veritas. Conscius diuinorum secretorum cithareda domini psal. 24. non tam prophetauit, quam insinuatione publica demonstrauit. Vnde & in psal. 100. Misericordiã & iudicium domino decantauit. Vias has Cassiod. super psal. 24. opera domini interpretatur. In his omnibus ne dum disiunctim, sed diuisim in quolibet misericordia relucet, & veritas. Nã licet viæ domini aduentus filii Dei secundum Augu. intelligi possunt, quorũ vnus miserantis est, alius iudicantis, Venit enim in carne peccata donando Ecce agnus Dei &c. Ioan. primo quod misericordiæ est. Veniet iterum in consummatione merita diiudicando, quod ad iustitiam pertinet, & veritatem, tamen in singulis viis suis attendere est vtrunq; misericordiam, qua puenit cuncta bonitate, veritatem, qua cuncta sub integritate diiudicat. Vnde Cassiodor. super

super psal. 100. Potestas Dei semper aut miseretur, aut iudicat, sed neque miseri cordia eius sine iudicio, neque iudiciũ, siue misericordia reperitur, vtraq; enim se mutua societate coniungunt. Nam & in primo aduentu misericordia patris apparuit, dum apparuit Christi benigni tas, & humanitas, vt dicit apostolus ad Titum. 3. qua non ex operibus nostris, sed secundum suam misericordiam sal uos nos fecit. Non defuit iustitia, qua per passionis amaritudinem debita nostra soluit. Sic in aduentu secundo, quo venturus est in gloria primo loco mise ricordiam facit. Venite benedicti patris mei, sed non sineęquitate, quia fidelibus sua promissa restituit, postea verò iudicium sequitur, cum dicit. Discedite à me maledicti in ignem æternum, quod tamen non fiet sine pietate, quoniã post multam patientiam noscitur proferre sententiam. Hæc Cassi. Et in ipsa punitione reproborum non deest misericordia, cum (licet sęuissimè, & perpetuè) non tamen tantũ punientur, quantũ ex contemptu infinitæ bonitatis, & poten tiæ iustè puniri possent. Hinc hortatur Aug. psal. 100. Deus nec in bonitate mi sericordiæ perdit iudicii seueritatem, nec in iudicando cum seueritate amittit misericordiæ bonitatem. Nemo tamẽ sibi ad impunitatem blandiatur de misericordia Dei, quia iudicium est, & nemo in melius cõmutatus exhorreat iudicium Dei, quia præcedit misericor dia Dei. Nisi. n. primò Deus per misericordiam parceret, non inueniret, quos per iudicium coronaret.

Nuptiæ quas fecit Deus ex miseri cordia, & quæ sunt

Has misericordiæ, iustitiæq; vias euãgelica parabola innuit. Hęc. n. procursũ humani generis ab exordio per mediũ vsq; in finem fine carentem deducit. Mi sericordiã in instructione nuptialis con uiuii, iudicium in finali examine, præpa rationem ad vtrunque, in vocatorum diuersa habitudine manifestans. Nuptię illæ secundum b. Gre. sunt Christi incarnatio, qua in thalamo virginalis vteri cõiũcta est deitati in verbo huma na natura. Et per hoc Christo vnita est eccle. Huius ꝑparatio ab origine huma ni generis cœpit. Nam ab initio figuris promissis, ac significationibus. De hinc prophetarum pręnunciationibus, ac lineæ generationis Christi ab Adã vsq; ad virginem Mariam ordinationibus præparata est. In fine seculi. i. vltima ta ætate exhibita. Pro desponsatione pran diũ cælestis pabuli disposuit, cibum do ctrinæ, panẽ vitæ, proprii corporis edulium, nutrimentum gratiæ, potum preciosi sanguinis, & lachrymas deuotionis, sacramenta quoque medicinalia ad purgandũ medendũ, reformandũ, saginandũ. Nec cessauit per se, suosq; vocare conuiuas, propinquos, & extraneos, nemine excludens, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire 1. Tim 2. Ecce prærogatam misericordiam.

Prærogatam misericordiam secuta est nõ minor iustitia, quæ perdidit infideles venire nolẽtes. Nã qui nõ credit, iã iudicatus est. Io. 3 & discernit creden tes, istos reficiens, illos eiiciens. Nã habentes vestem nuptialẽ de prandio ad cęnã transfert, quæ in cęlo in coniunctione consummatur, reficiens in tẽpore, vt satiet in ęternitate. Carentes hac veste eiicit, nec ad cœne perfectionẽ ad mittit. Vestis nuptialis, qua inuitatus superinduitur, & ornatur, charitas est, quæ operit multitudinẽ peccatorũ 1. Pet. 4. & ornat habitus virtutũ. Hac, qui caret introeunte rege in finalis iudicii exami ne, eijci iubet ab area ecclesię, quę hic recipit cum granis paleas, ne inferãtur in horręũ beatitudinis, ac ligatis manibus, ac pedibus proiici in tenebras exte riores. In quibus in genere omnes dam natorum pęnæ designantur. In eiectione separatio à consortio iustorum. In tenebris exterioribus pœna damni. In ligatione manuum, & pedum, fletu, & stridore dentiũ, pœna sensus. Pro quorũ intellectu notandũ quod secundũ Sco. in 4. dist. 46. q. 4. Pęna est perceptibilis carentia boni conuenientis in natura intelligibili, vel perceptibilis pręsentia mali disconuenientis in eadẽ, addendũ est propter culpã pręcedẽtem, alias nõ haberet rationem pęnę. Sicut carentia

Iustitia non minor mise ricordia.

beatitudinis non fuit pœna Adæ in statu innocentiæ. Ex quo sequitur in genere duplicem esse pœnam, priuatiuam, & positiuam. Priuatiua est perceptibilis carentia boni. Positiua perceptibilis perceptio præsentis mali. Pęna priuatiua dicitur pęna damni generaliter pro carentia cuiuslibet boni, pęna positiua dicitur pœna sensus. Et quoniã duplex est bonum, honestũ, & commodũ. Bonum vtile ad vtrunq; reducitur, secundum q; valet ad vtrunq;.

Duplex pœna.

Duplex bonum

Ideo pena priuatiua est duplex: Vna priuatio boni, honesti, gratiæ, charitatis, ac virtutum, & hanc nominat Scotus obstinationem. Et priuatio boni cõmodi .s. delitiosissimæ fruitionis, & visionis beatificæ, quæ dicitur pœna dãni stricto vocabulo. Et licet pœna damni dicat priuationem, non tamẽ est sine positiua perceptione, quã sequitur tristitia in damnatis pro peccato actuali. Secus de damnatis pro solo originali.

Et per hoc non est pœna dãni in omnibus damnatis ęqualis. Tum quia nõ sequitur æqualis tristitia. Correspondent enim tristitia demerito in peccato, quantò maior libido in peccato, tantò maior tristicia ex carentia boni: Nã libido in peccãdo radicat̃ in amore sui, qquãtò maior est, tãtò magis diligit commodum, & per consequens magis tristatur ex eius absentia. Tum etiam maior est tristitia, quantò vni damnato debita fuisset maior gloria. Consyderando autem in pœna damni nudã priuationẽ boni, dici posset, q; esset ęqualis in omnibus damnatis. Pœna autem sensus, quæ est perceptibilis præsentia mali affligentis (quod est entitas positiua, puta ignis, locus fętẽs, aqua &c. quæ dupliciter affligunt animam, scilicet per modum detinentis localiter, & diffinitiuè, & detinentis intentionaliter, & cogitiuè. Quas detentiones quia nolitæ sunt sequitur tristitia) tantò maior, qunatò magis contrariæ voluntati. Et hoc quo ad animam. Nam quomodo hęc materialia affligant corpora infeliciter resuscitata, satis est manifestum nisi q; virtute diuina conseruantur ad pœnas non finiendas, quæ citius consumi possent ab igne virtute naturali? Ex illis elicit Scotus vbi supra quest. 4. distinct: 46. quadruplicem iustitiam pœnas consequentem. Nam obstinationem sequitur vermis corrodens, damnum tristitia absorbens, ignẽ detinentem ignis incarcerans. Intelligentiæ captiuitatem sequitur pœna excecans.

Pœna dãni nõ est ęqualis in omnibus dãnatis.

Quadruplex iustitia.

Harum pęnarum perpetuitatem omnis spei consolationis exortem repræsentat manuum, pedumque ligatio, in ligatione pedum ineuitabilitas: Ligati nanque pedes euadere non possunt. In manuum ligatione omnes spei, & adiutorii negatio intelligitur. Nam ad hoc manus ligatę, quia nec se iuuare possunt bono opere, nec pedes ad euadendum soluere. Acerbitatem verò incogitabilem, fletus, & stridor dentium, quos feruor ignis, atque gelicidium fœtentium exprimunt aquarum, in quibus & cœterę pœnæ infernales intelligi possunt. De quibus Augustinus ad fratres in æremo. Foris erit dolor combustionis, intus pœna cecitatis. Ibi omnis miseria, & omne malum, quod æstimari potest, damnatis in ęternum erit. Ecce quanta seueritas diuinę iustitiæ in finali examine.

Sed nunc pręparationem ad vtrunq; diligenter attendamus. Nam fuerunt, qui non intrauerunt, conuiuium misericordiæ spernentes, fuere qui malè intrauerunt, & eiecti sunt, fuerunt, qui beati intrarunt, & de pręsenti conuiuio ad cœnam non finibilem transmigrarunt. Non intrantes, & malè intrantes sunt amatores huius seculi, quibus quia sapiunt præsentia, negligunt bona futura. Hi sunt, quos potentatus seculi, aut negociatio acquirendi temporalis lucri, siue voluptas carnalis commertii (vt Lucas tangit) excecat ne futura pręuideant. Ad hæc reducitur omnis cura mundanorum, vt dicitur 1. Io. 4. Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quę non est ex patre, sed ex mundo, & mundus

Pręparatio ad misericordiam & iustitiam in quo consistit.

dus transit,& concupiscentia eius. Veste nuptiali carentes,qui in ecclesia speciem quidem pietatis habent,virtutem autem eius abnegant 2.Timo.3.Speciẽ habent in professione fidei in corporali fuga seculi,in veste monachali simplici virtutem autem abnegant,quæ est virtus pietatis.Pietas enim,siue theosebia est cultus.s.Dei secundum Aug.10.de ciui.Dei,quæ latria dicitur,prima virtus moralium,quia species religionis, sed virtus eius,& forma est charitas.Hanc ergo virtutem abnegat hñs speciem pietatis, qui charitate caret, hęc n. si non affuerit species quidem virtutis est,sed habitus informis, sicut in homine mortuo,spẽs quidẽ hominis est secundum apparentiam,sed quia forma .s. anima nõ inest,inanis est apparentia, quia immobile cadauer.Sic đ homine picto,vnde omnis habitus carens charitate, virtus non est perfecta,& viuens,sed mortua,& inanis.

Vnde scire potest homo si habitus sui sint in charitate.

Si dicis:Vnde scire potero an habit⁹ mei sint charitate formati? Solu.Forma non est exterior rei dispositio, sed quæ dat intus esse rei, vnde flos pictus licet appareat flos,quia tñ non est intus forma florum,quæ dat virtutem, & operationẽ, redolentiã &c. nõ est verus flos. Sic si in habitibus nostris licet est apparentia honestatis, tñ si non proprietas charitatis nihil est. Quæ est illa? Est omnia inclinare in Deũ,tanquã in finẽ vltimũ.i.propter se intentũ,nõ in aliud finaliter ordinatũ,in quo vltimatè quiescitur. Si sic inclinant habitus in sua opa,charitate sunt formati.Si non,iam expertes sunt charitatis, & pleni cupiditatis.Hic labor,hic pugna spiritualis Facilè videtur posse modum relinquere,& si in principio graue, tamen consuetudine tolerabile. Sic castigare corpus,diuinis interesse officiis,& laborib⁹ cuncta hæc per consuetudinem vtuntur in naturã. Sed relinquere seipsum, & in his deuotionis, ac religionis exercitiis non appetere proprium commodũ,non omnia referre in seipsum, nihil querere nisi purè & synceriter Deum, ibi labor exigens diuinam assidentiam, charitatis supernaturalis infusionem, qua vincatur cupiditas, amor Dei,quo vincatur amor sui,ita prohdolor, viciata est ex fomite natura, & ad seipsam malè reflexa. Sic deniq; secretè hostis insidiatur, vt vix venenum illud cupiditatis possit deprehendi, sic insidiatur mentis castitati,vt dum bene agere putamus,dum Deo seruire credimus, deuiamus, & nobisipsis inhæremus. Hoc Esaiam notasse putandum dum omnes nostras iustitias panno menstruatæ cõparat,propter facilem fluxum affectionis nostræ à verò fine ad nosipsos. Beatus, & verè beatus, cuius intentionis oculus simplex est vnum querens,quod solum necessarium est, vt totum corp⁹ actionum sit lucidum, & nulli⁹ affectionis curuitate tenebrosum. Quia si dexter oculus, aut dextra manus scandalizauerit, abiiciendus est, dexter id est operis boni de genere. Mat.5.

Hortatio & epilogus.

Sed nunc si cognouimus misericordiam domini in nuptialis conuiuii pręparatione,inuitatione,vocatione,ingredientium cibatione.Attendimus etiam & horruimus iustitiam in iudicii districtione,ac male vestiti eiectione,& punitione, ac diuersam inuitatorum qualitatem. Ad nosipsos reuertamur, nosipsos iudicemus,ne à domino iudicemur vestem nostram,cordis intentionem discernamus,an nuptialis sit, an adulterina. Præueniamus regis iudicãtis ingressum ,qui non tardabit, intentionem nostram discutiamus,si gloriam nostrã, si commodum temporalẽ, si nosipsos finaliter in nostra conuersatione quęramus,vestem nostram nos tegentem an nuptialis sit, an adulterina. An sponsi amici, an insidiatores, an nos induxit charitas an cupiditas.Videamus secundum apostolicam hodiernæ epistolæ exhortationem,quomodo cautè ambulemus non quasi insipientes, sed vt sapiẽtes, redimentes tempus quoniam dies mali sunt.Reuera mali sunt propter innumeras insidias nos ad malignitatem .i. malam ignitatem reuocare conãtes. Propterea nolite inquit, fieri imprudentes.i, futurorum improuidentes, sed in

 telli-

telligentes, quæ sit voluntas Dei. Quæ (vt alibi dicit) est sanctificatio vestra. Sanctificatio, qua sine terra puri, in Christo firmati, eius sanguine tincti,& ornati, nuptiis æternis interesse possimus, vbi nullus eiicitur, nullæ tenebrę nulla manuum, pedum ve ligatio, nullus fletus, neque stridor dentium, sed cum sponso summa libertas, & intermi nabile gaudium. Quod nobis præstare dignetur idem rex, & sponsus Christus dominus, æterni regis filius, cum eodem patre,& spiritussancto in secula benedictus. Amen.

DOMINICA XXI.
Sermo I. in ordine
LCI.

DOMINE descende prius, quam moriatur filius meus. Ioann. quarto.

Dñs omnib⁹ infirmitatibus varias opposuit medicinas.

Pius atq; expertissimus medicus noster dominus Iesus Christus, qui venit saluum facere, quod perierat, variis infirmitatibus animæ varias apposuit medicinas, quas nedum verbo, sed etiam facto docuit. Quoniam vt Grego. in homi. 17. ait dum aliquid tacitus facit quid agere debeamus innotescit. Neq; aliter facta per ipsum, & circa ipsum scripturæ commendarent, nisi nobis doctrinalia essent. Quoniã secundũ apostolum ad Rom. 15. Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta sunt. Sunt spiritualiter infirmi sub duplici differentia. Quidam .n. infirmitatem suam odiunt, & cum ex negligentia eã incidunt, curam quærunt, & hi faciliores sunt curationis. Hi rectè significantur per eum qui 38. annis in infirmitate laborans, aquę motum expectabat vt sanaretur. His enim vltrò occurrit dominus ad sanandum, vt habetur Ioan. 5. Alii sunt, qui infirmitatem suam diligunt, fouent, & in ipsa infirmitate sua delectantur, quales sunt, qui adeo voluptatibus immersi sunt vt quamuis eas illicitas fore non dubitent, in ipsis tamen perseuerare cupiunt. Hi per filiũ reguli qui in Capharnaum languebat significantur. Capharnaum enim interpretatur ager pinguedinis. Et in agro pinguedinis languent, qui dum in sua infirmitate delectantur quasi in fimo agri pinguescunt, hi difficilioris sunt curationis, quoniam periculosa est hęc infirmitas, & iam morti desperationis proxima. Quam enim de infirmo corporalis medicus spem habere poterit, dum infirmus sanari non desyderat, sed amat infirmari ? Tales nihilominus (si tamen infirmitatem suam cognoscant) non omnino desperandi sunt. Habent & ipsi, quo sanentur, si præsentis euangelii exemplum imitentur, quoniam & si dominus illis (quia in peccatis delectantur) non occurrit, ipsi tamen dominum quærere curent, & quatenus etiã velle bonum tribuat prius, quam desperationis morte intereant, suppliciter deposcant, dicentes verba quæ protulit regulus : Domine descende. Pro gratia Aue.

Infirmi spirituali ter sunt in dupli ci differẽtia.

Duo summariè tangũtur in hoc euãgelio. s. factum, quod egit regulus,& misericordia, quam impendit Christus. Regulus ille, qui de familia Herodis regis, vel Cesaris fuit, secundum Chrys. pro salute febricitantis in Capharnaũ filii intercedens ad dominum, quemlibet peccatorem significat, vel saltem rationis eius superiorem portionem, qui adhuc in peccatorum suorum illecebris delectatur. Quilibet enim homo ratione viuens meritò rex appellari potest. Apocal. 1. Fecit nos regnum Deo, & sacerdotes. Et 1. Pet. 2. Vos estis gen⁹ electum, regale sacerdotium, tũ quia regi vniuersorum propinquus, ad cuius imaginem secundum animam quilibet homo est creatus, sicut dicitur Gen. 1. Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Tum quia super omnia principatum sumpsit, sicut ibidẽ dicitur. Crescite, & multiplicamini, & replete terram,& subiicite eam, & dominamini piscibus maris & volatilibus cœli,& vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Tum etiam quia quilibet homo habet regnum sibi commissum

Quis interptat̃ pro Regulo.

missum.s. animam suam cum suis potẽtiis, actibus, & passionib⁹. Hinc dicitur Eccl. 15. Hominem ab initio statuit Deus, & reliquit illũ in manu consilii sui, & adiecit mãdata, & pcepta, si volueris ea cõseruare, cõseruabũt te. Apposuit tibi aquã, & ignẽ, ad quod volueris, porrige manũ tuã. Ante hominẽ vita, & mors, bonũ, & malũ, quod placuerit ei dabitur illi. De hoc quoq; regno Sene ait. Si vis habere magnũ honorẽ, dabo tibi imperiũ, impera tibi. Hoc regnũ, & si paruũ est, nobile tñ valde est, & magnis honoribus cumulans suum regem. Hinc Hugo in de regno animę: Nobile regnum possidet, qui cor suum possidet. Solus is regnat, qui legibus rationis ordinat totam familiam motuũ interiorum & exteriorũ. Et Prouer. 16. Melior est, qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Regulus verò dicitur p defectũ pro quanto à recto regimine peccator deficit. Tũc aũt deficit cũ filius eius infirmatur laborans febribus in Capharnaum. Filius iste reguli rectè portio inferior rõnis dicitur, qua semper à superiore regi, eiq; sicut patri filius debet obedire. Dum verò nimis sensualitati adhærens, in his quæ carnis sunt, aut mundi delectatur, febrili calore periculosè inflammatur. Trahitur enim ratio per sensualitatem ad cõsentiendũ sibi.

Qũo fit pcessus in peccãdo in nobis sicut in primis parẽtibus.

Vnde vt b. Aug. 12. de trini. ca. 12. Et in li. contra Manichæũ tãgit, & recitat Magister. 2. di. 24. Talis est processus in peccando in quolibet homine, qualis in primis parentibus fuit, ibi fuit serpens, mulier, & vir. Serpens suasit, mulier credidit, vir consensit. Ita in homine est sensualitas, est portio inferior, quæ circa agenda exteriora occupatur, & superior, q̃ secundũ regulas diuinæ legis singula regit. Sensualitas serpens est, portio inferior mulier Vel ad propositum filius dicitur, quia superiori portioni tã quã vxor viro, & filius patri obtemperare debet. Primò itaquè fit suggestio, quasi p serpẽtẽ, dum vel p cogitationẽ, vel corporis sensus, videndo, audiendo, gustando, olfaciendo, vel tangendo, aliquod delectabile illicitũ nobis præsentatur .i. cognoscitur, etiã à portione inferiori rationis. Quæ suggestio cum facta fuerit, ad condelectandum trahit appetitũ rationalẽ, qm̃ vt ostendit Scotus in suo 3. dist. 15. Dilectio væhemens in insensato, surreptio causat delectationem in voluntate præcedentem actum liberum voluntatis, sed non cognitionẽ intellectus, ita q voluntas necessariò cõpatitur appetitui sensitiuo, condelectando, vel contristando circa idẽ obiectum, dummodo non impeditur p non consyderationẽ intellectus, vel aliud impedimentũ vincens. Hoc videtur velle Augu. 3. de lib. arb. Non est inquit, in potestate nostra, quib⁹ visis tangamur. Quia si quandoq; per auersionem intellectus, aut contrariã spiritualẽ delectationẽ, aut tristitiã illa surreptitia impeditur, vt à perfectissimis fieri assolet, iam omnino serpentis suggestio, & astutia ẽ exclusa. Si verò mota fuerit interior concupiscentia, iam quasi mulieri, aut filio persuasum erit. Quia si viriliter portio superior propter Deum hmõi cõmotam cupiditatem refrenat, non consentiendo, sed magis refutando non labitur in pctm̃. Potest. n. (ait Scotus) & delectabile, & delectatio nolita esse à voluntate quantum ad omnem actum elicitum. Exemplum de corrupta violẽter. Non igitur labitur in peccatum sed magis cũ reluctatione coronatur. Quia si forrè delectationi voluntas consentit etiamsi facienda mala non decernat, & in solis delectationibus illicitis, quæ in cogitationibus tenet volens pascitur, & libens, iam secundũ Aug. 12. de trin. damnabitur, nisi hæc q̃ sine voluntate operandi (sed tñ cũ voluntate oblectãdi animũ talibus) solius cogitationis sentiuntur peccata esse per mediatoris gratiã remittantur. Et ex illo trahunt doc. q consensus deliberatus in delectationẽ cogitationis de re, q̃ est pctm̃ mortale, est dãnabilis vt latè declarat Sco. dist. 42. li. 2. q. 1. Et nota quę ibi dicit, exemplificari possunt de virgine fæda pp delectationẽ cogitante, & de inuido cogitante de morte inimici.

Qũo in nobis ẽ vir, mulier, & serpens.

Per

Exemplo filii reguli nos possumus, & debemus resuscitari.

Per hoc ad propositum filius reguli incipit laborare febribus, dum ad condelectandum sensui, aut rei illicitæ cogitatę malè inflammatur. Et qua si tremet casurus, dum apud se mens delectatione titillata, dubitare incipit, an diuinam legem consentiendo velit transgredi, & delectationi consentire, an e-conuerso suggestionem malam repellere, & Deo obedire. Cognoscitur languor illi inualescere, dum vitiatur palatum, ita vt insipidum putet vinum, ac dulcia iudicantur amara, & verè insipida, aqua scilicet, & amara placet magis, hoc est dum dulcedo diuinæ consolationis, scripturæ, & prædicationis, & vinum iustæ repræhensionis displicere, aut non ita vt prius placere incipiunt, magis autem temporalis consolatio, vana cogitatio admodum aquæ instabilis sap. Qui enim sic afficitur verè in Capharnaum languet, quoniam Capharnaum ager pinguedinis, aut villa consolationis interprætatur, fuitque metropolis Galileæ, & ciuitas, præsidentia principum honorata, quę significat rectè concupiscentiam oculorum, carnis, & superbiam vitæ, quę secundum Ioannem sunt in hoc mundo causa omnis peccati, quibus morti appropinquam⁹. Qui ergo ita se sentit dispositum, pro doctrina consyderet, quatenus per superiorem partem rationis, cuius iudicium non statim corrumpitur, festinet ad dominum gressibus deuotæ orationis prius, quam moriatur filius suus, quem nunc morte culpę cernit appropinquare, & dicat, Domine, cuius dominio omnia subiecta sunt, descende, misericordiam tuam mihi exhibendo, sentio me infirmum tepescere ad diuina, hilarescere ad vana, iam malis delectationibus sum captus, iam in præcincto est consensus, resistere in me non inuenio, quæ signa sunt mortis, Infunde gratiam, infusam adauge, quę naturam cōfortet, per quam resistere possim malè inclinationi fortiter me trahenti, prius quam moriatur filius suus, per plenum consensum in delectationem, aut si fortè iam consensi in delectantem cogitationem, prius quam consentiam in opus, quæ est mors grauior, quia ita se sentiens deficere, prius quam perficiatur peccatum, licet iam delectatio titillet, audiat dominum sibi dicentem. Vade, id est operare secundum gratiam tibi iam concessam, quia filius tuus viuit. Valde autem, confert prius, quam peccatum perficiatur, dum tentatio impellit, confugere ad dominum, non quin ipse etiam possit eum, qui in peccati profundum cecidit, de stercore vitiorum erigere, quoniam ipse est, qui viuificat mortuos, & vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt Rom. 4. Sed quia pronior est ad audiendum nondum extra amicitiam lapsos, quam eos, qui per peccata perpetrata exclusi sunt de numero filiorum, quod certè significauit in eo, quoniam solum tres mortuos suscitasse legitur, innumeros verò languidos curasse. Et quia quantò profundius peccator cadit, tantò minus surgere appetit, atque auxilium quęrit, quod certè docet experientia. Longè facilius resurgit ad pœnitentiam, qui sola voluntate peccauit, quam qui etiam opere, quod malè voluit, perpetrauit, hinc Ouid: in de reme. amo. ait. Principiis obsta, sera est medicina medentis Cum mala per longas inualuere moras. Et tantum de primo.

Quid est qd dn̄s in voluit ad cent. seruum, & nō sic ad filium Reg.

Ex his verò, quæ Christus egisse describitur, etiam notabilem haurire possumus doctrinam. Christus enim (vt ait Greg. in hom.) ad filium reguli etiā rogatus ire recusauit. Ad seruum verò Centurionis etiam prohibitus ire paratus fuit. Mat. 8 Quæ licet ita fieri infirmitas spiritualis poposcerat reguli, hic enim perfectam fidem non habuit, propter quod à domino argutus est, dicente. Nisi videritis signa &c. Siquidem dominum filii infirmitatem ignorare putabat, ideo abiit ad Christum corporaliter, non credidit Christi potentiam vbique fore, ideo ait, Descende mecum, neque credidit mortuum posse sucitare ideo ait, priusquā moriatur filius meus. Christus ergo non descendendo, sed iussu, corpore absens sanando, à regulo infir-

firmitaté remouit fidei, facto ostendens se corpore absenrem filium sanare posse sua maiestate vbique præsente propter quod scribit euangelista. Credidit ipse, & domus eius tota. Gio. Credidit Christum verbo sanasse filium. Centurioni verò, cuius fides à domino plurimum collaudata est offeren do se ad iter declinauit, quia paratus est succurrere omnibus rectè in se credentibus, etiam plus, quam ipsi desyderent. Verum nobis ex hoc doctrina moralis emanat, hæc scilicet, Honorari non debent diuitiæ, & dona fortunæ in potentibus seculi, sed magis imago Dei, & virtus in pauperibus Christi. Idcirco enim dominus attendens in regulo temporalem potentiam, & diuitias, ne videretur talia honorare, ad filium eius ire recusauit. In Centurionis verò seruo naturã ad Dei imaginem formatam, fidei quoque magnitudinem in Centurione, ne videretur paupertatem ac seruilem cõditionem despicere, iturum se exhibuit vt sic secundum Grego. apertè ostenderet, quod quæ alta sunt hominibus, sanctis despicienda sunt. Et quæ despecta sunt hominibus, despicienda non sunt sanctis, quia quod altum est hominibus abominatio est apud Deum. Luc. 16.

Diuitiæ an & quomodo honorandæ

Honor enim (vt philosophus ait. 1. Eth. exhibitio & reuerentiæ in testimonium virtutis. Vnde sola virtus est debita causa honoris, vt dicit sanctns Tho. 2.2. quęst. 73. art. 3. Et vbi supra 1. Eth. Honor est proprium pręmium virtutis. Verum non solum propter virtutem propriam quis venit honorandus, licet soli boni sint in veritate honorandi. 4. Eth. sed etiam propter virtutem, bonitatem, vel excellentiam alienam, in eis aliquo modo tanquam in signo relucentem, sicut imago Christi, & sanctorum honorantur, non quod aliquid numinis vel virtutis excellẽtia eis insit, sed quia signant eos, quibus talia verè insunt. Honorantur ergo signa, vel verius in signis signata. Et ita honorandi sunt prælati, parentes, domini, & senes, & generaliter rationalis natura, licet mali sint & vitiis deturpati. De prælatis dicitur 1. Timo. 5. Qui bene præsunt, dupli ci honore digni sunt. De regibus verò & principibus Roma. 12. dicitur, quod reddenda sũt eis honor, obodientia, & tributum. Et 1. Petri secundo dicitur. Regem honorate. De parentibus est quartum pręceptum decalogi. Honora patrem &c. Exod. 20. quod frequentius repetitur. De dominis dicit apostolus 1. Timoth. 6. Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos honore dignos arbitrentur. De senibus præcipitur Leuit. 19. Coram cano capite consurge, & honora personam senis. De quolibet homine honorando dicitur 1. Petri 2. Subditi estote omni humanæ creaturę propter Deum. Subiectio, honoratio est ei⁹, cui fit subiectio. Ideo sequitur, Omnes Honorate, Et iterum. Roma. 12. Honore inuicem præuenientes. Omnes hi honorandi sunt etiamsi in se mali, propter quandam specialem participationem diuinę dignitatis, quæ in eis relucet. Siquidem pręsidentia, paternitas, dominatio, quæ perfectiones sunt, & dignitates in Deo, amplius relucent in p̃latis, parentibus, sensibus, imago quoq; trinitatis in omni humana creatura.

Cur diuites honorandi, & qui.

Diuites verò (ait Tho.) ob hoc honorandi sunt, quia maiorem locum in cõmunitate obtinent, ad hoc obligati, qa suis diuitiis & potentiis aliis subueniũt & rempublicam dirigunt, & propter eorum prudentiam, & industriam, qua iusta, & recta intentione laborantes, bona sua acquisierunt, de quibus tota tegio, & ciuilis communitas melius valere potest. Intuitu autem diuitiarum, tã quam diuitiæ faciant eos honorabiles, honorari non debent, nec possunt sine peccato acceptionis personarum Sicut Iaco. cap. 2. ait. Si introierit in conspectu vestro anulum aureum habens, in candida veste, & pauper in habitu sordido, si intendatis in eum, qui præclara veste indutus est, & dixeritis ei, tu sede hic bene, pauperi autem dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, facti estis iudices cogitationum iniquarum. Vbi glo. Aug. Si hanc distantiam sedendi, & standi ad honores eccle

siasti-

siasticos referamus, non est putandum esse leue peccatum in personarum acceptione habere fidem Iesu Christi. Glo. Quis enim feret diuitem eligi ad sedẽ honoris ecclesię, contempto paupere instructiore, & sanctiore? Si autem de quotidianis confessionibus loquitur quis, non hic peccat. Non apud semetipsum eum intus ita iudicet, vt ei tantò melior, quantò ditior ille videatur, hoc enim videtur significasse subdendo, Nõ ne iudicatis apud vosmetipsos? Hęc August. Secundum Nicolaum de Ly. textus ille potest dupliciter intelligi. Vide in postilla. Nec mirum, quod hic committitur peccatum acceptionis personarum, quoniam ad ea, quæ salutem promouent animæ omnibus ęqualiter, sicut nobisipsis tenemur.

Ex illo certè elicitur si propter similitudinem Dei repertam in creatura, creatura est honoranda, valde pauperes, & personæ miserę diuitibus sunt honore præferendi, quoniam illi similitudinem exprimunt Christi, quia & ipse pauper fuit, & despectus. In persona denique pauperum seipsum recipi ait, & tractari, vt patet Mat. 2. de eis loquens Esuriui, & Dedi. &c. Quod vni ex minimis istis fecistis, mihi &c. Quare nimis culpabiles sunt, qui pauperes vexant, molestant, irrident, ad iurgia, & blasphemias prouocãt. Vnde nonnunquam merentur & ipsi, vel filii infirmari, nec à domino exaudiri, cum rogant. Domine descende &c. Qui ergo volunt à domino exaudiri, pauperes honorent verbo, & subuentione, & recipiant eos in æterna tabernacula. Ad quæ nos perducat dominus noster Christus Iesus cum patre, & spiritusancto in seculorum secula benedictus, Amen.

DOMINICA XXI. Sermo II. in ordine. XCII.

Demodo peccandi doctrina resurgendi datur.

EVANGELIVM Ioan. 4. de regulo cuius filius infirmabatur Capharnaum.

Duo in euangelio præsenti, quod miraculum in reguli filio per dominum no. consummatum describit, tanguntur .s. miraculum pręcedentia, & ipsum cõcomitantia. Primum est accessus reguli ad dominum, & eius depręcatio pro filio suo febricitante, ac inuitatio domini ad visitationem filii personalem. Quo instruimur, quomodo qui in procinctu sunt lapsus in peccatum, ad dominum confugiant, vt præseruentur à morte animę. Significat enim regulus istę, cuius filius infirmabatur Capharnaum, hominem quemlibet peccatorum illecebris tentatum. Quilibet homo ratione viuens merito rex appellari potest, tum quia summi regis imago, & similitudo, tum quia super omnia principatũ sumpsit, tum quia habet regimen sibi commissum, animam, & eius potentias, & operationes, vt sermone præcedenti patuit. Qui verò in regimine sui deficit, non rex sed regulus est. Glo. interl. regulus propter paruitatem vel regni vel fidei. Filius huius reguli portio est rationis inferior, qua superiori tanquam patri filius debet obtemperare. Infirmatur febre dum carnis, & mundi illecebris p sensualitatem dilectationem quærens inflammatur, & sic ad peccandum trahitur, quod per plenum consensum consummatur. Ad cuius intellectum aduertendum, quod secundum beatum Aug. 12. de trin & magistrum lib. 2. di. 24. talis est processus in peccando, qualis in primis parentibus, serpens sensualitas, mulier portio inferior, vir portio superior.

Progressus ĩ peccato qũo fit.

Serpens offert delectationem, portio inferior si impedita non fuerit, naturaliter condelectatur, vel contristatur sensui ante omnem actum elicitum, & sic mulier, vel filius mouetur persuasione .i. delectatione, non tamen peccat, quia ante actum elicitum peccatum esse nõ potest Si ergo reluctatur nolens delectabile, & delectationem, coronatur pro resistendi merito, si acceptat actu elicito consentiendo, consummatum est peccatum veniale, vel mortale. Potest tamen etiam venialiter peccare, si tardius repel

pellit, si imperfectè ante plenam delibe rationem consentit. Et sic patet, an primi motus sint peccata, vel non secundū duplicem acceptionem primorum motuum. Infirmatur tamē filius, dū vel motus non præuenitur, vt imperfectis, aut non tota vigilantia refutatur, licet non plenè consentiatur. Febricitat, & tremit, dum quasi dubitando nutat, an Deo, vel concupiscentiæ adhæreat. Cognoscitur languor inualescere, dum palatum vitiatur, vt non sapiant dulcia, & vinum, sed vilia, & aqua, signum, quia in Capharnaum infirmatur.

Sentiens se mutare & peccato recurrat ad oratiões.

Doctrina. Talis sic se sentiens nutare recurrat ad dominum oratione dicens, Domine descende prius, quam moriatur per plenum consensum filius meus, languens in Capharnaū, in agro pinguedinis, in villa consolationis; hoc enim sonat Capharnaum. Vt autem homo scire possit, si sic langueat, necesse est, conscientiam suam discutiat, & examinet. Et quamuis id facere frequenter expediat plurimum homini, vt sese à morte præseruet peccati, attamen quilibet suā salutem diligens, & vt verisimiliter timere habet; in Capharnaum languens debet in die festo intendere emundationi suæ conscientiæ, per diligentem vitę suæ inquisitionem, & commissorum cōtritionem, à proxima suiipsius recollectione, vel confessione, quatenus sic eius filius resuscitari mereatur, si mortuus est, aut à peccato preseruetur, si languet febribus. Sed videndum, an id facere sit præcepti, vel consilii, de hoc sit hęc doctrina probabiliter tenenda. Ad conscientię suę discussionem, & mortalium non dimissorum contritionem vel saltem attritionem in die dominico tenetur quilibet, probabiliter timens se mortali peccato obnoxium.

An sit p̄cepti qd̄ homo in festis cō scientiā mundet.

Hanc propositionē probabiliter pono ex sequentibus motiuis, salua semper melius sentiendū correctione. Probatur homo rationibus sumptis ex ratione charitatis, qua tenemur diligere deū nos, & proximū. Prima. Quilibet tenetur facere, quod in se est, vt sit in amicitia Dei, & gratia gratumfaciente, & p consequens tenetur facere, quod in se est, vt mundetur à peccato. Ad hanc autem emundationem requiritur discussio propriæ conscientię, & contritio &c. vt supponitur, ergo propositum. Maior est Sco. in 4. di. 15. quæst. 1. & probatur quia sicut homo tenebatur in statu innocentię ad habendum iustitiam originalem, quam etiam nunc tenentur habere nondū renati, ligantur. n. adhuc peccato originali, quod nihil aliud est, quam priuatio originalis iustitiæ cum debito habendi, vt patet 2. sententiarū di. 30 per doct. & per Ans. in de concep. virginali, ita nunc in statu naturæ corruptæ tenentur renati ad gratiam. Siquidem per efficaciam baptismi, debitum habendi originalem iustitiam soluitur, & commutatur in debitū habendi gratiam, quod deinceps manet, vt dicit Sco. di. 31. 2. sententiarum. Eadē autē lege tenetur qui ad seruandum habitam, & recuperandum perditam, saltem si recuperare pōt, hoc est ad faciendum, quod in se est, vt habeat, seu recuperet. Ergo quicunq; perdidit gratiam (quod contingit per mortale peccatum) tenetur facere, quod in se est, vt recuperet eam, hoc autem non aliter potest, nisi dolendo de commisso, qui dolor præsupponit conscientiæ discussionem. Secundò, quilibet dum tenetur Deum actualiter diligere super omnia, tenetur se ad gratiam præparare, per illam maximā, Quicunque tenetur ad aliquid agendū tenetur ad omne illud, sine quo illud agere, seu perficere non pōt. Nō pōt aūt De⁹ diligi super omnia sine gratia præueniente, vel comitante, secūdū magist. in 2. dist. 27. & seq. & omnes doctores. Non. n. possumus hēc actum meritoriū sine gratia, dilectio autē Dei est actus per se, & semper meritorius, in cuius virtute omnes alii sunt meritorii, ergo nec haberi, nec conseruari potest sine gratia. Nunc autem ex præmissis patet, in die dominico tenetur Deum actualiter diligere super omnia, quia tenetur ad actū primi præcepti, ergo si peccato mortali obnoxius fuerit, tenetur se ab illo mundare per contritionē &c. & per

hoc

hoc se ad gratiam præparare, sine qua ceptum illud implere non potest. Tertiò, quilibet christianus, cum tenetur seruire Christo, & iustitię, tenetur rumpere fœdus cum diabolo, siue recedere à seruitute diaboli, & peccati, quia nemo potest duobus dominis seruire, Deo.s.& mammonæ. Mat.6.& 2.Cor.6. Quæ cõuentio Christi ad Belial? Sed qui obnoxius est peccato, seruus est peccati. Io.7. Et ad Rom.6. Est & seruus diaboli autoris peccati 2.Pet.2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. Ergo tenetur se expedire à peccato, dum obligatur seruire Christo. Ad hoc autem tenetur in die dominica, vt dictum est, & communis doctorum habet opinio, vt sese reconciliet Deo, ergo.

Quilibet tenetur prouidere saluti proximi, ergo magis suæ.

Quartò, non minus tenetur quilibet prouidere saluti suæ, quam proximi, qa dilectio sui est mensura dilectionis proximi, dicente domino. Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Mat.22. Sed quilibet sub pœna mortalis peccati tenetur cauere peccatum mortale in proximo, si potest, nõ solum ne incidat, sed etiam si incidit vt resurgat. Eccle.17. Mandauit vnicuiq; de proximo suo. Quod duobus præceptis deducitur. Primum de vitatione scandali. Mat.18. quo præcipitur, quod vitetur, quicquid poterit esse occasio ruinæ pusillis, vnde etiam actus meritorius, qui nõ est de necessitate salutis, intermittendus est propter vitationem scandali quandoque & ad tempus donec ratio reddatur pusillis, qua scandalum caueatur, vt vult. Tho.2.2.q.43. art. 7.

Secundum præceptum de fraterna correctione. Matth. 18. de quo Aug. in de verbis domini. Si neglexeris corrigere, peior eo factus es, qui peccauit. Et dicit B. Tho.2.2.quæst.33.art.2. quando aliquis præsumit de. aliquo delinquente, quod posset eum à peccato retrahere & prætermittit propter timorem, quia formidatur iudicium vulgi, carnis cruciatio, vel peremptio, peccat mortaliter. Ergo multò magis tenetur cauere peccatum mortale in seipso, ne incidat, & si incidit, ne in eo stet, quoniam maius malum est stare in mortali, quam incidere, tenetur autem, quia in se cauere potest. Tenetur ergo id agere, qui incidit, vt remittatur per conscientiæ discussionem. Quintò quilibet tenetur conseruari vitam suam corporalem minus, quam proximi, quem si à morte liberare posset, & non faceret, occideret. Vnde scriptum est, Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. Prou.34. Nec mirum nam & hoc de inimico, & boue, & asino inimici præceptum est Prouer. 25. Si esurit inimicus tuus, ciba illum. Idem Rom.12. Et Amb. Pasce fame morientem, si non pauisti, occidisti. Sed multò magis obligatur conseruare vitam spiritualem animæ, propter quam data est vita corporalis, non tantum conseruare, vt maneat habita, sed eadẽ ratione vt redeat perdita. Sextò quilibet tenetur vitare periculum suæ damnationis, vnde est magistralis regula, Qui se crimini damnationis committit, mortaliter peccat, secundum illud Eccle.3. Qui amat periculum, peribit in illo. Sed maius periculum nullum esse potest, quam stare in mortali peccato, quia talis de facto stat in statu æternę damnationis, hoc autem vitare potest per conscientiæ discussionem & cõtritionem, extendendo nomen contritionis ad attritionem de congruo sufficientem &c. quomodo accipitur in præsenti dubiolo, ergo ad eam tenerur sine mora cum est in periculo. Hoc est de mente domini Antonini, qui in 3. parte summę suæ. titu.14 cap.18.§.2. ita dicit, Quantum ad peccata mortalia, de quibus nondum quis habuit contritionem, videtur, quod semper teneatur, qñ peccatum mente occurrit ad actum odiendi, & detestãdi peccatum alias peccat mortaliter peccato omissionis quousque conteratur. Dicit enim Tho. Pe. Bonauen.& Durand. qnod post mortale peccatum, & si non tenetur ad statim confitendum, tenetur tamen ex necessitate ad statim conterendum. Nec enĩ per momentum licet stare in peccato, vt Eccle.21. dicitur. Quasi à facie colubri

bri fuge peccatum. Imminet enim tali maximum periculum, cum nulla necessitas excuset a contritione. Si moriatur ante contritionem, etiamsi non potuit conteri quia subitò moritur, nihilominus damnatur. Hæc Anto. de verbo ad verbum. Si ergo quis statim, immo omni tempore post commissum mortale tenetur ad expiationem eius, quæ non fit sine conscientiæ discussione, & contritione, quantò magis ad illam tenetur in die festo, quæ dies spiritualibus operibus deputata est, quibus Deus colitur & animam suam salutem operatur. Dixi in ꝓpositione, qui probabiliter timet se mortali obnoxium, quia viri timentes Deum, qui in suæ cõscientiæ discussione nõ expectant dominicam, ac salutis suæ curam per singula momenta agunt, quia præueniunt, ad illam discussionem non tenentur. Hæc de isto puncto salua protestatione theologica sunt dicta. Prædictis videtur cõcordare Gerson in suo tripertito de tribus veritatibus.

De proportione peccati in Deum & proximum.

DOMINICA XXII. Sermo II. in ordine. XCII.

EVANGELIVM Matt. 18. de homini regi ponenti rationem cũ seruis suis.

Ex hoc euangelio tres notabiles doctrinas elicimus, quarum Prima, peccata in homines, & in Deum commissa pęnes excessum comparat. Secunda, iram implacabilium hominum contra proximos mitigat. Tertia, recidiuæ grauitatem demonstrat. Prima est hæc, Peccata in Deum commissa improportionabiliter excedunt peccata in proximum perpetrata: Primò declaratur, post probatur. Peccatum in Deum committitur dupliciter. Vel tanquam in obiectũ vel tanquam in finem. Prima sunt peccata contra præcepta primę tabulæ, vt sunt infidelitas, desperatio, odium Dei, idolatria, blasphæmia maledictio, periurium, irreuerentia, totalis auersio à Deo. In his Deus est obiectum vitiosorum actuum. Secunda sunt, quæ non habent Deum pro obiecto, sed creaturam, & nõ ordinantur in Deum, sed aut fiunt cum vilipensione legislatoris, vt quę in aliũ finem fiunt cum contemptu Dei præcipientis oppositum, & illo modo omnia peccata sunt contra Deum, quia in omnibus peccatis Deus contemnitur, cuius lex voluntariè transgreditur. Licet non omnia fiunt ex contemptu, nam illa, quæ fiunt ex contemptu sunt de primo genere. In his enim Deus est obiectum ad minus partiale. Nam illa fiunt ex cõtemptu, quę fiunt animo offendendi Deum, quod omnino diabolicum est, includit enim odium Dei. Peccatum est peccatum secundæ tabulæ, quo scilicet aliquid agitur, vel omittitur in iniuriã proximi. Exempla patent. Et in hoc peccato proximus, vel creatura est obiectũ non creator Deus.

Exemplificatio de peccati improportione.

His præmissis probatur regula autoritate euangelii, & ratione duplici. Primo sic, Nam peccatum in Deum commissum habet se ad peccatum commissum in proximum, sicut debitum decẽ millium talentorum ad debitum centũ denariorum. Sed decem millia talenta improportionabiliter excedunt centũ denarios. Nam quæ proportionantur, sunt eiusdem generis. Sed aliud est genus talentorum, aliud denariorum. Idcirco enim non improbè putandũ, ideo dominum non comparasse denarios ad denarios, sed denarios ad talenta, vt ꝑ diuersitatem generum ad inuicem comparatorum, innuatur improportionabilitas rerum significatarum, licet talenta resolui possint in denarios. Etsi talentum denariorum valet ducentosquadraginta denarios, tunc erit comparatio sicut vnius denarii ad vigintiquatuor millia, quæ est proportio rei minimæ ad maximam, per quod significatur improportionabilitas. Numerus enim certus accipitur pro incerto. Sicut ergo nulla videtur comparatio vnius ad vigintiquatuor millia, ita non est comparatio peccati in proximum ad peccatũ in Deum. Ratione idem probatur, Ra-

tio-

tione obiecti in se consyderati, & consyderati in ordine ad creaturam. Ex primo sic peccata aggrauantur ex obiecto tanquam ex genere, secundum Thomā & alios, igitur quo obiectum est digni' eo peccatum grauius. Sed Deus in infinitum dignior est creatura, & per consequens, peccatum in Deum sine proportione maius est peccato in proximum. Item quo maior percipiens, eo grauior est inobedientia transgressionis præcepti. Deus est maximus, & infinitus qui præcipit ergo &c. Item ostenditur ratione obiecti, vt benefactoris. Nam si peccatur in benefactorem, grauius est peccatum quam si committeretur in nō benefactorem. Deus autem summus benefactor est, qui dedit esse naturę, vt creator, esse gratiæ, vt redemptor, daturus esse gloriæ, vt beatificator, ipse, qui est, dedit nobis, nobisipsos creando, omnia circunstantia, cęlum, terram, & quæ in eis sunt, nos conseruando, & nutriendo seipsum, nos in tempore pascendo, & in æternitate nos præmiando. Ipse est, sine quo nec esse possumus, nec bene esse, & viuere, nec post mortem ad vitam immortalem resurgere. Cuius dona sine proportione excedunt omnia creaturæ dona, & per consequens eius ostensa excedit omnem offensam creaturę.

Essentialius est ratione peccati auersio à Deo, quā cōuersio ad creaturam.

Ex quo consyderandum quam peruersum habent iudicium homines magnipendentes suas & suorum iniurias, & diuinas offensas vilipendentes. Secundò, quoniam peruersum est iudiciū principum, & rectorum, blasphemias Dei ridentium, & suas crudeliter vindicantium. Tertiò, quàm iustè, & rationabiliter peccatores Deum summum bonum peccando contemnentes, pro temporali noxia lusit æterna supplicia. Hęc de peccatis contra Deum primo modo. In his verò, quæ sunt contra Deum secundo modo, duo consyderantur, scilicet Auersio à Deo per contemptum, Et conuersio ad creaturā. Et quamuis hæc duo concurrunt in eodem actu peccati, quia eadem, & indiuisa volitione volo aliquid in creatura cum contēptu Dei, vt legislatoris præcepti transgressioné, & tamen illud idem peccatum, vt sit cū auersione à Deo, est seipso grauius, vt est conuersio ad creaturam, nam in primo consistit ratio peccati, non in secundo. Nulla enim conuersio ad creaturam mala est, cum omnis creatura sit bona, nisi fiat cum auersione à Deo. Et potest probari de illis peccatis, sicut probatū est de peccatis primi generis.

Ad tollēdum implacabilitatem valet meditatio in Deum cōmissi peccati.

Secunda regula, Ad tollendum in seipso implacabilitatem erga offendenté proximum plurimum valet meditatio grauitatis peccati commissi in Deum. Ista regula sic probatur, Nam nemo fidelis vult habere Deum offensum, ac sibi iratum, immo tantò, minus, quantò solus diligit seipsum, sciens se nihil boni habere posse, nec mala vitare nisi per ipsum. Sed æterna lege sancitum est, Deum placari non posse, non placato proximo offendente. Attendite euangelii conclusionem, verbum æternæ veritatis. Sic & pater meus cęlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Notétur singula verba, quibus consonant ea, quæ capitulo 6. orationi dominicę addidit. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester cęlestis debita vestra. Si non, non. Quis autem hominum tanto odio infectus est ad proximum, vt eligeret mori, vt inimicus suus moreretur? Fortè inueniretur, qui vellet pati minorem pœnam vt inimicus suus vapularet dupla, autem maiori, puta vellet exoculari vno oculo, vt iste priuaretur vtroque, sed ad paria nullus se offerret, nisi totus insanus. Sed ecce non dimittendo iniuriam inimico, teipsum occidis morte perpetua, & nihil noces inimico, immo occasionaliter promoues eum Nam propter odium descendis in infernum, & ille sustinendo patienter meretur cœlum, immo hæc agens, attrocissimè vindicas inimicum tuum in teipso, tali vtique vindicta finalis miseriæ, quam ipse tibi nō posset inferre. Quotiens ergo occurrit in memoria iniuria proximi, sollicitās nos ad appetitum vindictæ, cogitemus, quia parua est eius offensa respectu in-

iuriç, & offensæ diuinæ, qua nos offendimus Deum, habens se, vt vnum ad viginti quatuor millia. Et vt nobis remittatur à Deo magnum, dimittamus proximo modicum propter Deum.

Peccata à Deo remissa redeunt propter peccata sequētia.

Tertia regula. Peccata à Deo remissa redeunt propter peccata sequentia, quæ homines ingrati pristinæ remissionis committunt. Patet clarè ex euangelio, quia rex mandauit solui vniuersum debitū prius dimissum propter sequens peccatum, adducit ad idem multas autoritates sanctorū magist. di. 20 l. 4. sed sufficit maior omnibus autoritas Christi. Sed quomodo redeant, vtrum quò ad culpam, vel pœnam, aut solum quo ad circumstantiam sunt opi. doc. Sed hæc est communior sententia, quæ duo dicit Primum, quod peccata dimissa neq; redeunt quo ad culpam, nec quo ad pœnā. Primum patet, quia noua culpa non contrahitur, nisi per nouum actum voluntatis. Sed recidiuans per transgressionem vnius præcepti, non ideo resumit voluntatē transgrediendi alia, quę prius transgressus est, quę transgressio deleta est per pœnitentiam, quia stat, quod respectu illorum nullum habeat actum, neque in intellectu, neq; in voluntate. Secūdū patet, quia Deus dimittendo peccatū, tegit ipsa, ita vt nunquam videat ad vindictam, vt dicit Aug. super psal. 31. ideo quod dimissum est, non iterum vindicat, non consurget duplex tribulatio. Nau 1. Et in hoc superexaltat misericordia iudicium, quia non sicut in resurgēte reuiuiscunt merita, ita in recidiuante reuiuiscunt peccata, nam semper viuunt bona merita in acceptatione diuina ad præmium, quod datur cessante impedimento, non autē sic manent mala dimissa in diuina ordinatione ad pœnam. Cuius ratio est, quia non dimittūtur peccata quo ad pœnam, nisi soluta pœna, primò per commutationem ęternæ in temporalem, & post per satisfactionem temporalem. Fit autem commutatio virtute passionis Christi Ideo dimisso peccato quo ad pœnā, iam pœna soluta est, sed præmium meritis debitum non datur in præsenti vita, sed tantum in futura. Cum autem per sequens peccatum mortificantur merita, non est solutum, siue datum præmium eis debitū & idē ad hæc manet ius ad illud, quod nondum est datum, dabitur autem, si cessat impedimentum.

Secundò dicit, quod peccata dimissa in recidiuante redeunt per modum circunstantię aggrauantis peccatū quo recidiuat. Et hoc dupliciter, quia recidiuans peccat in legē gratitudinis qua tenetur liberaliter peccata præmittendi Deo pro isto magno, & liberali dono remissionis. Peccat secundò, transgrediens plures obligationes.

Nam quotiens pęnitet de peccato, nouo proposito se obligat & non peccandū, sine hoc. n. non esset vera pęnitentia. Et sic grauius peccat per recidiuā, quam si priora peccata non fuissent remissa, licet grauius peccat cadēs ab innocentia, quam cadens à pęnitentia. Sed sint duo peccatores, quorū vnus consecutus est remissionem peccatorū alius non, vterq; post cadit in simile peccatum, quantum ad speciem peccati, puta in fornicationem simplicem, grauius peccat primus, quam secundus, quia magis ingratus, pro quanto) maius beneficium recepit, remissionem. s. peccatorū. staret, quod grauius esset peccatum recidiuæ propter circunstantiam ingratitudinis, quam propter genus proprium. Diligenter igitur cauenda est recidiua. ne per eā renouentur prius dimissa peccata, & frustremus in nobis diuina beneficia. A quo nos præseruet rex cuncti potens Christus dn̄s cum patre, & spiritusācto Deus in secula bn̄dict⁹. Amē.

DOMINICA XXII.

Sermo II. in ordine.

XCIIII.

Summā diligentiam homo habere debet in cognoscendo fine suo.

SIMILE est regnum cęlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis Matt. 18.

Cum vniuersa operatio humana in finem tendat, & secundum finis exigentiam omniam ordinentur 1. Eth. neces-

se est christianum finem suum agnoscere, & secundum hunc vitam suam ordinare. Finis noster ad quem creati sumus, ad quem toto desyderio tendere debemus, vita æterna est. Rom. octauo. Serui Dei facti habentes fructum vestrũ in sanctificationem, finem verò vitam æternam, sequitur. Stipendia peccati mors, gratia Dei vita ęterna. Vita æterna consistit in clara Dei visione Ioan 17. Hæc est vita ęterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Hanc visionem sequitur gaudium purissimum, nulla perturbatione permixtum, quam nihil inquinatum consequitur. Apocal. 21. Solus mundus cordis oculus hunc videbit. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vide. Summa ergo diligentia mundando cordis oculo inuigilet, quo summa, & purissima diuina claritas videri possit. Augustinus de verbis euangelii, hom. 18. Quæ autem hunc oculũ inquinant, & turpant? sola peccata. Omnis creatura, quia à Deo summè bono est, bona est. Solum peccatum, cuius autor Deus non est, coinquinat hominem Omne, quod intrat in os, non coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem Mat. 15. Ad hoc ergo tendat omnis noster labor, vt à peccato mundemur, vt finem nostrũ consequamur, Viam ergo ad peccatorũ remissionem breuem, facilem, & necessariam aperit nobis dominus per euangelicam parabolam. Pro qua intelligenda. Aue ma.

Qui vult peccatorum suorũ remissioné pro ximo indulgeat.

Simile est regnum cœlorum homini regi &c. Vnica doctrina ex euangelio elicitur. Volentem peccatorum suorum in Deum commissorum remissionem accipere, necesse est proximorum peccata in se commissa propter Deum ex corde veraciter indulgere. Ad hanc erudimur naturali lege, pariter & diuina, ac metu pœnæ. Lege naturali affirmatiua, quæcunque vultis, vt faciant vobis homines & vos facite illis Mat 7. Negatiua. Qđ ab altero oderis tibi fieri, vide, ne tu aliquando alteri facias. Tob. 4. Cum autem volumus peccata nostra nobis ad pęnã reseruari, sed volumus ea nobis misericorditer remitti, eadem lege iustum est & nos proximis remittere. Hęc lex in cordibus nostris scripta est Roma. 1. cui naturaliter assentimus. Item probatur idem per locum à minori. Si quod minus videtur iustum, iustum est, & illud, quod maius, sed minus videtur iustum maiora peccata dimittere, quod tamen iustè desyderamus à Deo, ergo èconuerso. Minor patet, quia desideramus nobis remitti peccata in Deum, quæ comparantur ad peccata in proximum, sicut decem milia talenta a d 100. denarios, quæ est cõparatio duodecim milliũ ad vnũ. Non quod sit præcisè illa proportio, sed longè magis excedit peccatum in Deũ, peccatum in proximum, quam duodecim millia vnum, immo quia sunt alterius speciei, videntur improportionabilia, ponitur ergo numerus certus pro incerto, sicut Samuel 1. Reg. 2. Si vir peccauerit in virum placari poterit ei Deus sed si vir peccauerit in Deum, quis orabit pro eo? q. d. oratione placari potest Deus pro peccato in hominem commisso, sed pro commisso in Deum nullo humano merito, sed sola sua misericordia remitti potest, esse ergo improportionabile.

A n omne peccatũ in proximũ sit ẽt in Deum

Sed dicis, cum omne peccatum sit in Deum, alioquin non esset peccatum. Nã peccatum secundum Amb. in li. de paradiso, est pręuaricatio legis diuinæ, & cælestium inobedientia præceptorũ, videtur, quod peccata in proximũ sint ẽt peccata in Deum, immo maiora his, quę sunt in Deum tantum, quia maius videtur offendere Deum, & proximum, quã Deũ solum. Solutio, Licet posset de peccato obiectiuè in Deum, & obiectiuè in proximum intelligi, quod dictũ est. Tñ magis ad propositum hic cõparatur peccatum in proximum quantum ad id, qđ est proximi offensiuũ, ad ipsummet, vel aliud inquantum Dei offensiuum, inquãtum proximi habet satisfactionem temporalem, proximi dando æquiualentẽ, inquantum verò est offensiuum Dei, habet pęuam æternam. Secundum improportionabiliter maius est primo, sicut

per

perpetuũ temporali. Duo .n. hæc in peccato contra proximũ attenduntur, quorum vnum quod maius est.s.offensa dei à solo Deo remittitur. Aliud.s.offensa proximi quod minus est, potest à proximo remitti. Et hoc quidem oportet, si volumus nobis offensam Dei relaxari. Multò magis indignantur homines pro ximis propter offensam suam, propter hanc.n.sunt penè implacabiles quã propter offensam Dei, quę penè nihil aduertitur, quod ex eo patet, quia si plus displiceret Dei offensa, eam plus in nobis caueremus, quam in aliis, sicut ipsi plus cauemus nostra temporalia dãna, quam aliena. Non est hæc doctrina Christi, qui patris inhonorationem defendit, suã neglexit. Oportet ergo nos remittere offensam nostram, si volumus nobis remitti offensam Dei. Ad idem erudimur ex lege diuina. In parabola præsentis euãgelii, quam ita concludit, Sic faciet pater &c. si non di. &c. Item Mat.5. Dimittite, vt dimittamini. Item 6.c. post orationem dominicam, qua nos orare docuit, ita nobis à Deo peccata nostra remitti, sicut nos remittimus aliena, addit Si dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis pater cœlestis peccata vestra. Si verò non, Discite, quid est, misericordiam volo, & non sacrificium. Item ad Eph.4. donantes inuicem sicut & Christus donauit vobis.

Sed dicis, Si ita oportet omnia remittere, frustra sunt leges punitiuæ, frustra iudices constituuntur, & iudicia, contra illud Ro.13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, sequitur, Non enim sine causa gladium portat. Item per hoc datur malis occasio omnia mala impunè perpetrandi, & confunderentur omnia. Solutio, Peccatum in nos commissum remittere, non est aliud, quam odium, & iram à corde nostro repellere. Est autem odium velle malum proximo. Et ira appetitus vindictæ. Potest autem à nobis pro damno nobis illato appeti triplex malum, vel vindicta, Eterna, temporalis, satisfactoria. Omnia illa dimittere oportet, & hunc appetitum excludere, sed differenter, distinguente hoc lege charitatis. Nam vindictam æternam nunquã licet appetere, sed èconuerso in inuicem cooperari ad salutem tenemur per charitatem fraternam. Item, Orate pro persequentibus vos Luc.6. Orate pro inuicē vt saluemini Ia.5. Vindictam temporalem peccati inquantũ contra nos est, vt nostro effectui satisfiat, similiter remittere oportet, vt propter offensam præcisè mihi illatam non velim iniuriantem malum, aut pœnam incurrere, excepta satisfactione pro damno mihi illato. Sic enim appetere vindictam vetat domin⁹ Mihi (inquit) vindictam, & ego retribuã immo tenemur mala cauere inimicorũ, & benefacere his, qui nos oderunt Mat. 5. Hinc mandat dominus, Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te iacentem sub onere, non pertransibis, sed leuabis cum eo. Exo. 23. Appetere autem eam ad inimici correctionē; vt sic emendetur, & nõ inscelere pereat, vel vt respublica conseruetur, & vt suo exemplo alii à forefactis terreantur, licet quia non est hoc malum cupere iniurianti, sed beneficium.

De vindicta satisfactoria, quæ ꝓpriè non est vindicta, distinguendũ, quia vel exactio satisfactionis vergit in deterius .s. impedimẽtum salutis iniuriantis, aut circunstantium propter scandalum, aut alias. Sic dimittenda est, saltem donec scandalum, seu impedimẽtum cesset. In hoc casu consilium de donando tunicã auferenti pallium, & præbendi alteram maxillam percutienti, habet locum, & fit pręceptum, quia pręponenda est salus animæ corporis quomodo, ordine charitatis. Si non vergit exactio satisfactionis in perniciem salutis, potest exigi satisfactio, non propria, sed iuris autoritate, & ordine, probatur, quia sicut teneor seruire, cum possum, vtilitati proximi, etiam inimici, vt dictum est, Ita possum etiam prouidere indemnitati propriæ, quia non minus teneor diligere meipsum, quam proximum, quem debeo diligere, sicut meipsũ. Si verò amissio exactionis satisfactionis vergit in no

V indicta satisfactoria impropriè vindicta dicitur.

xiam licentiam peccandi iniuriatoris, aut turbationem reip. tunc tenetur iniuriatus non dimittere. Vnde August. ad Marcellum, Cui licentia iniquitatis rapitur, vtiliter vincitur, quia nihil est infelicius fęlicitate peccantium, qua pęnalis nutritur impietas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur. In hoc casu habet locū illud Anastasii 23. q. 3. Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil est aliud q̃ fauere impietati eorum, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Et b. Amb. li. 1. de offi. Qui non repellit à socio iniuriā si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit. Omnia hæc docet charitas ordinata quam debemus omni proximo etiam inimico, cuius ordinem b. Aug. in de do. christiana clarè docet.

Inducimur ad idem pænæ metu.

Inducimur tertiò ad doctrinę præmissæ obseruationem metu pœnæ, quæ duplex est. Vna reseruatio, seu non remissio peccatorum nostrorum, de qua supra dictum est. Secunda, reditio peccatorum iam dimissorum in parabola. Sed quomodo peccata redeant prius dimissa, est apud doc. diuersa sententia, dequo dist. 22. li. 4. sen. & aliquid supra ser. præcedenti patuit. Aug. Qui diuini beneficii oblitus, suas voluerit vindicare iniurias, non solum de futuris peccatis veniam non merebitur, sed etiam pręterita, quę iam sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur. Nota singula. Sed cum tanta pæna manet non dimittentes, quantam sustinebunt iniuriantes, damnificantes, opprimentes, circumuenientes proximos? Certè horum nec munus oblatum ad altare, quo cętera peccata ablui poterant, acceptabile erit. Hinc dominus, Si offers munus tuum ad altare &c Mat. 5. Ergo charissimi cauete proximos damnificare, cauete iram, & odium seruare, discite dimittere, & benefacere, attendentes districeptionem extremi iudicii, Amen.

DOMINICA XXIII. Sermo II. in ordine. XCV.

Pharisæi nituntur capere Christū qui eos capit dissimili modo.

EVANGELIVM Matth. 22. Audistis quomodo pharisei dominum nitebantur capere in ser. Multò magis capere eos voluit dn̄s, licet dissimiliter multum, quia dissimili principio, medio, & fine. Principio dissimili, quia illi erant marcescentes odio, sed Christus erat ardēs amore. Ad hoc quippe venit, vt filios dispersos congregaret. Io. 11. Dissimili medio, quia illi verbis, nodose, & sophisticè nitebantur capere Christum. Christus verò per rete doctrinæ salutaris, Mittite in dexteram nauigii rete, Io. vlt. Dissimili quoque fine, quia illi ad mortē ignominiosā Christus verò ad vitam æternam. Nos ergo viuere cupientes vltro nos retibus Christi offeramus, ne Christi rete euadentes, in turbulento hoc mari relicti, portum salutis negligētes, cum hoc mūdo iudicemur, & damnemur. Doctrinas Christi suscipiamus, eius mandatis alligemur, ne velamen habentes malitiæ libertatem 1. Pe. 2. malè liberi vagantes, & errantes pereamus, qui in Christo vincti veram libertatem consequi poteramus, quoniam illius agi frenis, & obtemperare iustitiæ summa libertas est, prosa. 5. primi de cons. Et Io. 8. Si mãseritis in ser. m. verè disc. mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. Et sequitur, Si filius vos libera. verè liberi eritis. Intremus ergo dominicam sagenā, appræhendamus, & appræhēdamur ab eius doctrina, & præceptis, qm̄ qui mādata Dei voluerit custodire, custodietur ab eis. Eccl. 15. Audiam' ergo doctrinam euangelicā. Reddite, inquit quę sunt Cęsaris Cęsari &c. Forma hęc perfectę iustitiæ est, quę reddit vnicuique, quod suū est. Amb. in l. de offi. Deo quæ Dei sunt, & Cæsari. i. humanę potestati, quæ Cęsaris sunt. secūdū Aug. ser. 6. ad fratres æremi. Qua seruata nil amplius restat implendum, quia nimirum

rum iustitia omnis virtus est 5. Eth.

Si Deo sua sunt reddẽda quid Cæsari dabitur.

Diceres, si Deo reddenda sunt, quæ Dei sunt, nihil restat ꝙ Cęsari reddat. Quid .n. extra ei⁹ possessionẽ est, in cuius ditione cuncta sunt posita. Hester. 13 cuiusq; est cęlũ, & terra, & plenitudo eius psal. 23. Solutio: Quamuis omnia Dei sunt, & nos & Cæsar, & dignũ est vt omnia refluãt in suũ principiũ, sunt tamen ex suo dono, quæ reddam⁹ sibi sunt, quæ reddamus Cęsari. Sunt .n. quędam, quæ solus Deus dedit. In quibusdam cooperatores admisit illa, quasi dona sua propria repetit, ista quasi communia tam sibi, quam hominib⁹ reddi concessit. Prima sunt anima cum spiritualibus. Secunda corpus cũ exterioribus. Animã nanq; solus Deus creauit, pro corporis autẽ formatione pr̃ semen ministrauit. Secunda etiam reddi mandauit. Hinc apostolus cũ docuisset Ro. 13. omnẽ animã potestatibus sublimiorib⁹ subditã esse expressit reddẽda, di. Reddite omnibus debita. Cui tributũ, tributũ cui vectigal vectigal cui timorem timorem, cui honorem honorẽ. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis Rom. 13. Verum plurimũ refert in reddendo Cęsari debitum & domino, quoniam, quæ sunt Cęsari, reddenda sunt, timor. s. & obedientia, non simpliciter, & in omni casu sunt reddẽda. Non .n. si aliquid ꝑ potestatẽ supiorẽ contrariũ Deo mãdaretur. Vñ Petr⁹ Act. 5. Obedire oportet Deo plus, quã hominibus. & Aug. in de natura boni: Si illud iubeat ptãs, quod non debes facere, in hoc sanè contemne potestatem, timendo ptãtẽ maiorẽ, & Greg. vl. moral. sup Iob ad idẽ loquit̃, pro exemplo attende humanæ potestatis gradus &c. Quę cũ in hac parte ordinatẽ reddim⁹ etiã ipsa Deo reddimus, per cuius amorẽm etiam cum ea, quæ Cæsari ex eius ꝓcepto reddimus, in Deũ finaliter ordinamus, secundum hanc b. Aug. 1. de doc. christiana doctrinam: Quicquid aliud diligendũ venit in animo, illuc rapiatur, quo totus impetus dilectionis currit, haud dubiũ quin ad Deum.

Nunc quæ reddenda sunt Deo? Certè numisma suum suis imagine, & nominibus consignatum, hoc est anima nostra à Deo ad sui imaginem creata, & nobis (reddenda cum fructu multiplici) commendata, vt patet in parabola Mat 25. de seruo recondente talentũ sibi traditum in sudarium. Non enim in corpore, sed in anima est imago Dei, quam in eius creatione Deus trinitas impressit. Creauit enim Deus per suam bonitatẽ hominem, vt sui capax existeret, & se capiendo beatus fieret, magister dist. 1. secundi, Non capit autem Deũ homo corpore, quoniam non corpus, sed spiritus est Deus. Io. 4. Ideo dedit ei animam intellectiuam naturam spiritualem, qualis ipse est. Cui & dedit potentias, memoriam, intellectum, & voluntatem, per quas capere posset Deum intelligendo & amando. Et in his, & actibus perficitur ratio imaginis, quia trinitas quædã, & vnitas aliquo modo similis increatæ trinitati. In trinitate increata vnitatẽ, & in vnitate essentię consyderamus personarũ trinitatẽ, originem, & ęqualitatẽ

Quæ Deo reddẽda sũt

In anima similiter consyderamus ei⁹ essentiam, quę est vna, & potentiarum trinitatem, actuum eorundem originẽ, & obiectorum æqualitatem. Nam vna & indiuisa anima meminit, intelligit, diligit. Et secundum hoc dicitur memoria, intelligentia, voluntas, non quia actu, sed quia potest. Et ita consyderando animam in ordine ad actus suos intelligimus quandam trinitatẽ. s. recordari, id est tenere speciem rerum intelligendarum, intelligere, & velle, quæ trinitas non est in essentia animę, sed in actibus, respectu quorũ dicitur triplex potentia, quia non essentia triplex. Sed tria sunt, quę inhęrent, species, notitia, amor. In quantum tenet speciem seu obiectum, dicitur memoria. Inquantum producit notitiam, intellectus, vel intelligentia. Inquãtum producit amorẽ, dicitur voluntas. Est etiam quidã ordo originis. Nã memoria, vt est sub actu suo, quę dicitur memoria perfecta habens in se speciẽ tanquã obiectum, non est ab aliquo in anima, sed tanq̃ parẽs cętera producit. Intelligentia verò, vt est sub

Quõ in anima nostra est imago trinitatis.

actu suo, est à memoria. Nam notitia nõ producitur nisi ab obiecto, vt in memoria, & vt sibi simillima, & ideo proles dicitur, & genita, voluntas autem, vt est sub actu suo, est à memoria, & intelligentia. Nihil enim assumitur in facultatem voluntatis nisi cognitum. Nec cognitio generatur nisi ex memoria speciem obiecti continente, in quibus est aliqualis similitudo originis diuinarum personarum. Pater enim à nullo est, filius verò à patre tantum, spiritussanctus ab vtroque. Et filius producitur vt verbum, vel notitia genita spiritussancti, vt donum voluntarium. Clarius hoc declaratur de essentia animæ, & duobus actibus productis intelligere, & velle, maior tamen est dissimilitudo, quam similitudo. Est etiam æqualitas respectu obiectorum, quoniam quorumcunque memoria potest reminisci, intellectus potest intelligere, & voluntas velle, vel nolle, & èconuerso. Etiam in operationibus ad extra nõ separantur, sicut in beatissima trinitate.

Qũo anima nostra debet habere circũscriptionem Dei,

Et licet in his est aliqua similitudo licet remota, animę ad Deum, non tamen per hoc, quod anima meminit, & vult, est imago Dei, sed quia per hæc capax est Dei, numismatis Dei, intelligere Deum, amare Deum. Aliàs in brutis esset imago Dei. Et quia secundum naturam capax est, in natura est imago etiam antequam particeps est Dei, vt dicit August. 14. de trini. Et illa deleri non potest. Sed nomen Dei tunc tantũ tenet circumscriptum, quando iam ornata est virtutibus fide, spe, charitate, ac cęteris, atque eorum actibus hanc requiret dominus, ideo solliciti simus eã ornare, & ornatam conseruare. Non simus fatuę virgines, veniet dies, & in ianuis est, quo dominus dicet ostendite numisma. Nam statutum est homini semel mori, post hoc iudicium. ad Heb. 6. Vę, væ & in æternum vę, si imago nostra aliero fuerit nomine circumscripta. Audituri sumus sine dubio, Nescio vos, vnde sitis. Discedite à me omnes operarii iniquitatis. Luc. 13. Ergo inscribamus singulas imaginis partes nomine regis æterni. Memoriam caracteribus diuinorum beneficiorum legis sacræ mandatorum, consiliorum, ac spe firma promissorum non fabulosis figmẽtis, secundum illud ad Titum. 3. ineptas & inanes fabulas deuita. Ne simus semp addiscentes, & ad cognitionem veritatis non peruenientes. 1. Tim. 3. Intellectus inscribatur actualibus Dei, & scripturæ meditationibus, multiplicibus beneficiis, præsentibus, præteritis, & futuris, ac fide firma omnium verborum Dei voluntas inscribatur deuotissimo amore Dei, & prompta obedientia per dilectionem cuncta operantem, per dilectionem videlicet Dei, & proximi. Qđ cum facimus, securè numisma requisiti ostendimus, & omnia debita reddim⁹ per geminam dilectionem, Deo, quæ Dei sunt, nosipsos, & omnia nostra, Cœsari, quę Cęsaris, in exterioribus obedientiam ordinatam, Amen. De hoc vide clarius in sermonibus de festis Christi, de sancta trinitate.

DOMINICA XXIII. Sermo II. in ordine. XCVI.

CVIVS est imago hæc, & superscriptio. Mat. 22.

Solet inter cœtera homines à peccatis retrahentia consyderatio diuini iudicii peccatores salubriter deterrere, sicut beatus Iob ait, Audiet auditionem in terrore vocis eius, eiusdem. 37 quæ pertractans b Grego. 27: mora. ait, Peccator, dum sola, quæ terrenasũt, cogitat, si repente diuinæ gratiæ aspiratione tangitur, hoc ante omnia intelligit, quod cuncta, quæ agit, districti ęterni iudicis animaduersione puniatur. Auditus ergo vocis Dei prius in terrorem fit, vt post vertatur in dulcedinem. Nam cum nos violenta rerum delectatio possidet temporalium, & mentis oculos in somno torporis pręmit, si manu subita superni respectus excitamur, diu clausos, mox eosdem ad veritatis lucem oculos mentis aperimus, quæ egerimus

Consyderatio diuinæ iudicii retrahit à peccato.

ma

mala meminimus, & quam destrictius iudex contra hęc veniat, videmus, versatur in mente, quanta sit illa hominum, angelorumq; frequentia, quanta vi contra reprobos, & ardentia pugnent elementa, quam terribiliter prodeat districti iudicis ore sententia, qua reprobis dicet, Discedite à me maledicti in igné æter. qui præpa. est diabolo, & angelis eius. Eorundem pœna reproborũ ante oculos voluitur, & quæ sint gehennæ tenebrę cum graui amaritudinis obscuritate pensatur, sic ergo superbum cor prius terrore concutitur, vt concussum in amore solidetur. Hæc ille. Nec immerito timenda est illius iudicii districtio, quia secundum eundem libro 25. mora. sic minima sicut maxima, sic singula Deus diiudicat sicut cuncta. Sic.n. intédunt diuina iudicia super vnam animã sicut super vnam vrbem, sic super vnam vrbem sicut vnam gentem, sic super vnã gentem, sicut super vniuersigeneris multitudinem, quia sic intédit dominus singulis, acsi vacet à cunctis, & sic simul intendit ab omnibus, ac si vacet singulis. Ea propter pius dominus, qui in omnibus perditã quærit ouem, inuidos illos pharisęos ad se capiendum in sermone venientibus ita confutat prouida responsione, vt in eadem ad vitæ emendationem, terrore districti iudicii, vbi de sui numismatis imagine, & superscriptione rationem sunt reddituri, spirituali verborum suorum intelligentia informat, cum dicit, Cuius est imago hæc & superscriptio? Pro gratia Aue. Primo recitabitur euang. Secundò mysticè ad informationem nostram aliquid subiungetur.

Quod sit mumisma, quod dño ostédendum est.

Quantã ad mysticã eruditioné numisma illud, quod dominus ad iudiciũ siue particulare post morté cuiuslibet, vel velle post seculi consummationem veniens sibi ostédi in bet, anima nostra est, quam ipse creando, nobis dedit, vt ea negociemur quasi numismate, & tandé cum vsura bonorum operum reddamus, quam in alia parabola Mat. 15. sub nomine talentorũ intelligit, quæ rex peregrè proficiscés, seruis suis partitus est. Quod verò ibi per numerum 5. 2. & 1. hic designat per imaginé numismatis, & superscriptioné. Siquidem in anima potentias 5. sensuum exteriorum, memoriam, & intellectum, atq; liberi arbitrii facultaté plantauit. Et quamuis omnibus hęc quinq; duo, & vnum insint, quia tamen quidam magis apti sunt ad exteriora, quidã in cognoscendo magis. Alii verò in diligendo magis se exercere prænalét, aliis quinq;, aliis duo, aliis vnum describitur participasse. Hoc idé per imaginé, & eius superscriptionem significat. Animam eius Deus trinitas ad suam imaginem, & similitudinem fecit Gen. 1. pro quanto in ea relucent ꝓprietates relatiuæ originis, quibus in diuinis personæ constituuntur & distinguuntur. Siquidem in diuinis est persona patris, quæ quasi fęcunda memoria intelligendo suam essentiam, generat verbum naturaliter, filium. s. in diuinis. Ipse denique cum filio genito amando vnicam suam essentiam, liberè siue per modum voluntatis spirat amoré, qui est spiritussanctus. Sicq; pater é à nullo, filius à solo patre naturaliter genitus, spiritussanctus ab vtroq; libere procedés. Ita in anima rationali est memoria .i. anima tenens in se species alicuius intelligibilis, qua producit naturaliter verbum, siue notitiam, qua cognoscit huiusmodi intelligibile, & in quantum habet huiusmodi notitiã dicitur intelligentia. Mediante, auté hac notitia ꝓducit liberè amorem, & vt sic dicitur voluntas. Ita videtur assignare rationem imaginis Augu. 10. de tri. cum hæc tria attendit in anima, mentem, notitiam, & amorem, per quę (licet tenuit) imaginẽ præfert trinitatis.

In quo præcisè consistit imago Dei.

Verum in hac trinitate in anima considerata simpliciter non est imago Dei quoniam ét in sensualitate est inuenire huiusmodi trinitaté, vbi tamen nequaquã ponitur imago Dei. Sed in ea trinitate ponitur imago Dei, qua anima capax est Dei. De hoc Aug. 14. de tri. ait. Licet humana més non sit eius naturæ cuius est Deus, imago tamen illius quo nihil melius est ibi quærenda est, & inue-

uenienda, quo natura nostra nihil habet melius.i.in mente. Eo.n.ipso imago Dei,mens quo capax eius est,eiusq;particeps esse potest Ideoq; licet secundum Aug.semper manet in mente essentialiter imago Dei, pro quanto secundũ suã naturã capax est Dei,tamen amissa Dei participatione (quia deformatur, atque impressionem accepit mundi) magis ab actuali impressiõe denominatur imago mundi,quam Dei. Sicut tabula,vel statua nondum figurata, sed figuræ capax,potest secundũ superbiam dici imago illius;vel illius, dum tamen figuratur, huius imago dicitur, cuius figura imprimitur. Et ideo Amb.super Lucã. Alia,inquit,est imago Dei alia mundi. Et quod vtrisq; imago quandoq; sit anima,apertè restatur apostolus 1.Cor.15. Sicut portauimus inquit, imaginẽ terreni,ita portemus & imaginem cælestis. Hanc itaq; imaginẽ suam dominus in animæ nostræ essentia nedum fundauit in creatione,sed eam adornauit, sed nomini suo inscripsit in baptismali regeneratione.Ibi.n theologicas virtutes infudit, quibus partes imaginis pulchrè adornauit voluntatem.s.charitate,intelligentiam fide,ac memoriam spe, quib⁹ anima ipsa vti potest ac multiplicium meritorum fructus sibiipsi cumulare, sicque imaginem semper magis,magisque virtutum actibus tanquã floribus pulcherrimis adornare. Ecce patienter dñs hos fructus expectat,sicut Petrus ait. Nõ tardat dñs ꝓmissa sed expectat patienter propter nos 2.Pet.3. Veniet tempus, cum dominus requiret numisma,atque ostenso coram omnibus districtè iudicabit,cuius sit imago, & circumscriptio, vel illis in quibus tunc inuenietur imago Cæsaris.i.principis huius mundi q̃ est diabolus, & superscriptio nominis eius. Bonũ esset eis, si nati non fuissent. Quid ergo faciemus fratres, ne hęc angustia nos compræhendat?Certè abiiciamus imaginẽ terrenæ huius cõuersationis,imaginem peccatorum,& portemus imaginẽ cælestis conuersationis ꝑ imitationem eius, qui de cœlo descendit vt nos in via salutis præcedendo dirigeret. Caueamus diligenter, ne numisma illud cum seruo pigro in terra abscondamus, si nõ pariter cum eo damnatiõ nẽ volumus incurrere. In terra abscondimus (secundũ Gre.hom.9) dum acceptum ingeniũ in terrenis actibus implicamus,dum lucrum spirituale nõ quærimus,cor à terris non leuamus,Dum solũ,quę carnis sunt,sapimus,verũ fiat de nobis illud Hiere. 4. Sapientes sunt, vt faciant mala, bona aũt facere nesciunt. Sic faciendo,imaginẽ cęlestis commutamus in terrenã.Ecce vt ait Amb. iã oẽs mundo renunciauimus, quia diabolo,& pompis eius dum sacramenta suscepimus.Considerate quam grauia sunt vincula promittere Deo,& non soluere,melius(inquit Amb.)non vouere, quã vouere, & non reddere, maior est contractus fidei,quam pecuniæ. Reddamus ergo promissum, dũ in hoc corpore sum⁹ priusquam veniat exactor,& mittat nos in carcerem, vnde non exibimus,donec soluamus nouissimũ quadrãtem.Præueniamus ergo dilectissimi diuinum iudiciũ,nosipsos hic iudicemus 1.Co.11.ne iudicemur à dño. Per singulos dies numisma nostrum nosipsi consideremus, vt cuius in eo impressa sit imago, & superscriptio Cæsaris, an Dei diligenter animaduertamus. Quod si fortè Cęsaris huius mundi imaginem cognoscim⁹ statim reddamus, quæ sunt Cæsaris Cæsari, vt tandem in nouissimis possimus reddere Deo,quę Dei sunt. Oportet charissimi de duobus alterũ eligere, vel qđ hic reddamus Cęsari principi hui⁹ mũdi(scitis quis est) quia Sathanas est, sic .n.eum nominat Christus Io.12.Et apo sto.1.Co.4.vocat eum principẽ huius seculi,vt sic tandẽ cum nihil in nobis aduerse potestatis inuenitur,nosipsi reddamur Deo, & qũo hoc reddamus docet Amb.super Luc. Si non vis inquit, esse obnoxius Cesari,noli habere, quæ sunt mundi.Si vis nihil regi debere terrena relinque omnia tua,& sequere Christũ, qui enim hoc facit, iam reddit Cęsari, quæ sunt eius. Et bene prius decernit reddenda fore, quæ sunt Cęsaris, quia non potest quis esse dñi, nisi prius renũ

Quomodo imago nostra ornari debeat.

ciauerit mundo Renunciauerit; intellige, non vsu, sed affectu, vel si hoc gaudere placet de donis Cæsaris, quæ sunt, honores, voluptates, diuitię, debitores suos nos constituimus, & chirographum delicti numismati nostro inscribimus, trademusq; sibi tanquã crudelissimo exactori, dum discussio venerit, dum iudex ostenso numismate, imaginem, & superscriptionem indicabit, ministrisq; suis sanctis angelis dicet. Reddite, quę sunt Cęsaris Cęsari. i. peccatores suo principi, q meã deleuerunt imaginẽ, & superscriptionẽ, & principis tenebrarũ characteribus sunt signati. Facilè ex nunc dictis elici poterunt per modum epilogi aliquæ doctrinæ morales.

DOMINICA XXIIII.

Sermo I. in ordine.

XCVII.

SI tetigero tantum vestimentũ eius, salua ero Mat. 9.

Cur dñs puellã sanaturus in via sanat à sanguinis fluxu mulierem.

Duo miracula quæ corporaliter operatus est dominus, euangelium nobis proponit. Vnum in termino, quo ab archisynagogo rogatus. s. in domo principis Iairi. Aliud in ipsa via, qua ambulauit. Quo spiritualiter edocemur, quid nobis in termino expectandum à Christo, & quid in via petendum est ab ipso. In termino ad vitam perfectè suscitauit puellam. In via à sanguinis pfluuio curauit languidam, quarum vtraque periret, nisi dominus auxiliãdo succurreret. Nomen autem principis hoc non exprimitur, quia Mat. breuissimè hoc scribit, sed Mar. 5. expressius habetur vbi & nomen exprimitur. Dicitur autem princeps synagogę. Nam licet iudęi templum habebant in Hierosolymis vbi offerebant, pręter hoc tamen in villis &c. loca habebant, vbi conuenerunt auditu ri legẽ, tractabant de repub. & q præerat huiusmodi collectę, princeps synagogę dicebatur. hic accessit ad Iesum, & adorabat eum, adoratione latriæ, quia non credebat eum Deum, sed prophetam magnum. Vnde si eum Deum credidisset, non dixisset, veni, prius eum valde rogando vt Marcus ait, vt veniat curare filiam suam, quia modo defuncta est. Qui enim ad locũ aliquẽ vocatur, prius ibi esse non creditur. Et si Deum credidisset, non vt veniret, vocaret, sed vbiq; præsentem crederet. Est enim Deus in omnibus rebus generaliter, sed in aliquibus specialiter.

Aliquid dicitur esse alicubi tripliciter.

Tripliciter aliquid dicitur esse alicubi. s. Primò per potentiam, quia habet omnia sibi subiecta. Est causa rerum, cœtera dependent ab eo. Sic Sol est in illis inferioribus, quæ generantur. Vnde philosophus. Homo generat hominem. & sol. Nec requiritur indistantia loci. Item influentiæ cœlestes, sic rex est in regno. Secundò per pręsentiam cognitionis, quia sufficienter pręsens est, vt cognoscatur. Indistantię, sic locus est in locato, & èconuerso. Tertiò per essentiam, quod est in alio, & in quolibet sibi intrinseco, sic forma est in materia, qa vbicunque est materia, vel aliquid ipsius, ibi est forma. Primò modo Deus est in omnibus rebus, vnde ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Item Mar. vlt. Data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra. Item. Cã prima plus influit in quẽcũq; effectũ, q̃ quęcũq; cã secunda. Itẽ. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus aũt incrementũ dedit. Et Boe. prosa. 6. 4. Deus fortissimus gubernat omnia in mũdo sua benignitate ineffabiliter. Idem dicit metro. 2. 5. Secundo modo. Deus est in omnibus rebus, omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Boe. Metr. 2. 5. Deus videt omnia. Item in fine 5. Magna nobis si dissimulare nolumus, indicta est necessitas probitatis, cum agimus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Etiam secundo modo præsens est omnibus rebus, quia omnis res vel nusquam est, & sic nulli rei præsens est, vel est præsens rei alicui & alicui non, primum nõ potest dari, nec secundum, quia si est pręsens alicui rei, & alicui non, tunc quæro, aut finitus ad illã rem, sed hoc est falsum, aut non, tunc potest ei esse præsens & sic Deus esset mutabilis, cum iam nõ est præsens, & postea erit præsens. Tertiò est in omnibus rebus, quia nõ põt di sta-

ſtare ab omni re, ergo eſt in aliqua re per ſuam eſſentiam,& qua ratione in illa, eadem & in alia cum ſit illimitatus. Deus eſt in aliquo ſpecialiter per charitatem informantem, per ſpecialem acceptationem,per gratiam hypoſtaticę vnionis ſed de hoc alibi.

De miraculo in ſuſcitanda puella.

Hæc autem quia princeps ille ignorabat, dominum vt veniret ad puellã defunctam vocauit Marcus dicit q̃ fuit in extremis: Lucas, quod moriebatur: Matthæus q̃ defuncta ſit. Et vtrunque poteſt eſſe verum, quia prius, quam pater rediret in domum defuncta eſt. Dicimus autem quod parum diſtat nihil diſtare,& ſic hominẽ ſemimortuũ,mortuum dicimus, ideo nuncii ſuperuenerunt, qui dixerunt: Noli vexare magiſtrum, quia defuncta eſt filia tua. Credebant enim eum poſſe ſanare filiam, ſed non reſuſcitare. Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum,& diſcipuli eius &c. Dãs per hoc ſecundum Remigium exemplũ obedientiæ ſubditis, curam vigilem ſuper ſubditos, vt à morte animæ reſurgant prælatis. Primi miraculi principium euangelium deſcribit .ſ. petitionem Iairi, & tranſitum domini. Conſummationem verò eius hodiernum nõ reprehendit euangelium. Quoniam & ſi finalis reſuſcitationis initia (dominica ſcilicet reſurrectio) ac meritoria opera (quibus reſurrectio ad vitam reſpondet in hac vita) præcedunt, tamẽ finalem reſurrectionem,qua corpus perfectè ſanatur, quæ per reſurrectionem Thabitæ ſignificatur, non in hac vita, ſed in futura expectamus. Sanationem verò peccatorum per mulieris ſalutem cuius principium,& conſummationem euangelium continet deſignatam, non niſi in hac vita conſequi poſſumus, quã qui hic non obtinet, reſurrectionem vitæ non conſequetur. Ecce nunc temp° acceptabile, ecce nunc dies ſalutis 2. Corinth. 6. Deſignatur non ab re numer° duodenarius in curatione vtriuſq;. Nam & puella 12. ætatis annos habuit. Mar. 5. Et mulier annis 12. laborat,omnia medicis erogat,indies peius habuit. Luc.8 Hic enim numerus & ſi frequenter perfectionem deſignat, vt in Apocalypſi dum deſcribuntur duodecim portę nouæ ciuitatis Hieruſalẽ cap. 21. Et duodecim fructus ligni vitę eiuſdem 22.& alibi frequenter, hic tamen non immeritò imperfectionem deſignat, quia in propoſito eſt numerus mortalitatis,& infirmitatis.Itaq, numerus duodenarius, qui denarium in duobus excedit,duo verò primus numerus eſt diuiſionis, ſecundum Auguſt. ſuper Ioan. cap.5. eos ſignificat,qui ab obſeruantia præceptorum decalogi recedũt per ſuperexcreſcentem carnis voluptatem,& fluidam ſeculi vanitatem, ſiue cupiditatem. Ad quod pertinet quod idem numerus ex ſeptem, & quinque aggregatur. per hoc eos deſignans, qui omnia Dei dona naturalia, & gratuita per quinque ſenſuum abuſum ad carnis voluptatem, & mundi huius fallacem vanitatem diſſipant, audituri aliquando à domino: Redde rationem villicationis tuæ &c. Dominus ergo ſequendo hunc principem, in via mulierem Emorroiſſam ſanat, vt oſtenderet nos non ſolum in termino, ſed in via bona operari. Item vt archiſynagogus viſo hoc miraculo in fide confortaretur &c. Hæc duodecim annis patiebatur &c. Et retro accedens, quia Chriſtus erat in magna turba ſecundũ Marcum, & Lucam,ideo non potuit de facili habere aggreſſum.

Quid p 12. annos puellę.

Et tetigit fimbriam &c. Chriſtus.n. portabat veſtimentum ad modum iudæorum. Vnde ſicut populus iudaicus, à quo Chriſtus deſcenſurus erat,debebat pollere vitæ ſanctitate præ ceteris, ita & quædam diſtinctiua,ſicut circumciſionem,legem,veſtimenta &c.ab aliis habebat vnde Nume.15. dicitur.Loquere filiis Iſrael vt faciant ſibi fimbrias p quatuor angulos palliorũ,ponentes in eis vittas hiacynthinas.Vittæ hiacynthinæ quæ erant coloris cœleſtis, cum iam cœlum eſt ſerenum indicabant cœleſtem conuerſationem,quam huiuſmodi habitu proteſtabantur,ſicut nunc religioſi. Vnde Phil.3.Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, quando conſequitur

tur

tur ibidem. Nume. 15. vt recordentur mandatorum Dei, & sint sancti domino Deo suo. Talem vestē Christus portauit sicut & cętera legalia obseruauit huius fimbriam mulier tetigit. Dicebat enim intra se firmiter credendo: Si tetigero &c. Non quia vestimenta habēt virtutem sanctificatiuam, sed quia hoc tactu declaratur virtus illorum, quorū sunt. Magna huius mulieris humilitas, quæ se indignam vt dominum facie intueretur iudicabat: Magna etiam fides eius, quæ se tactu vestimenti Christi sanari credidit & habere posse, quod ꝑ lōgos sumptus medicorum habere nō potuit. Non tamen perfecta fuit eius fides quia si sic, etiam sine tactu se sanandam credidisset. De quibus tamen dubitasse videtur ꝙ etiam tantum miraculum occultare voluit, donec quasi compulsa à domino manifestauit. Vnde dominus ait Luc. 8. Quis me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant. Præceptor turbæ te comprimunt, & dicis, quis me tetigit? Et dominus. Tetigit me aliquis, nam & ego noui virtutem de me exisse. Videns autem mulier quia latere non poterat, procidit ante pedes, & ob quam causam tetigerit eum indicat coram omni populo, & quemadmodnm confestim sanata sit. Et ad confirmationem fidei eius sequitur: Confide filia fides tua te saluam fecit.

Quare dn̄s manifestauit muliere latere volentem.

Quærit Chrys. quare dominus manifestauit mulierem latere volentem? Et respondet. Primò ne mulier haberet remorsum quod ipsa sanguinaria contra legem dominum tetigerit. Secundò vt ipsam corrigeret, quia putabat Deum latere. Tertiò vt fides eius cunctis in exemplum pandatur. Quartò vt se manifestaret omnium cognitorem, vnde & sæpe cogitationi & non questioni iudęorum respondit. Quintò vt archisynagogus solidaretur, ob quam causam etiam eam sanat prius, quam filiam ei⁹ resuscitaret, vnde vt videtur maior fuit fides huius mulieris fide archisynagogi. Et salua facta est mulier ex illa hora, qua dominum tetigit. Mysticè per hanc puellam mortuam quilibet peccator significatur, qui per abusum quinq; sensuum, & malā inclinationem septem peccatorum capitalium transgressus ē præcepta decalogi huic opus est cum seipso resurgere non possit, per se, vel alium Deum adeat, pro suæ animæ liberatione, à morte petendo. Vel per filiam defunctam, siue in extremis laborantem, intelligitur inferior portio rationis, quæ tam sensui condelectatur, vnde prius quam penitus moriatur ratio superior subiecta legi diuinę, quæ dicitur Iairus idest illuminatus, siue illuminans, dominum accedat dicens, veni impone manum auxilii, & viuam &c.

Quid fluxus sanguinis.

Quid autem fluxus ille sanguinis, quo mulier laborabat, appropriatius significat, quam desyderiorum nostrorū illicitorum confusionem instabilem secundum varietatem passionum animæ eos excitantium, quibus inualescentibus ratio excecatur, rationalis appetitus ligatur, absorbetur iustitia, languet virtus tota, nihilque in mente sanum relinquitur. Hinc ait Boe. 1. de consol. Nubila mens est, Victaq; frenis, Hæc vbi regnant. Non enim potest non peccare, in quo viuit amor sui, timor mundi, cupido voluptatis, dolor transitoriæ afflictionis. Hæc sunt animæ pedes secundum Bernar. serm. 13. super Qui habitat, atq; pōdus animæ, quo anima fertur, quocunq, fertur, sicut de amore, omnium affectionum matre August. asserit 14. de ciui. Dei. His sanis, & rectis dirigimur in viam vitæ iustitia .s. domini, eis verò recuruatis non potest ambulare nisi in circuitu, quod impiorum, est secundum illud prophetæ. In circuitu impii ambulant, quoniā vbi hæ passiones dominantur, in circuitu fertur desyderium, nec ad finem satietatis vnquam peruenire potest. Nec si cū nostra Emorroissa omnia exponat in medicos sanari poterit. Medici sunt, quibus ad tempus videtur satis fieri, sed non proficiunt, quia ex remedio crescit morbus .s. desyderii flamma Nam diuitiis cupiditas crescit, & voluptatis

ptatis experientia carnalis amor. Semper sæua desyderiorum rapacitas quæsita furans, alios pandit hiatus vnde frustra laborant, & sua in medicos inutiliter expẽdunt, quicunq; satietatem desyderiorum in creaturis quærunt, sed in dies peius habebunt. Vnde Aug. in confes. Domine fecisti nos ad te, inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Et propheta. Satia. cum apparu. gloria tua.

Cur totiens fluamus ad peccata.

Hæc etiam puto sola, vel principalis causa est, q̃ totiens à proposito emendationis firmo vitæ nostræ retrocedimus, & ad dimissa peccata (etiam cũ lachrymis deplorata) totiens quotiens defluimus, quia carnales animæ passiones recuruæ remanent in nobis, ex quibus tanquam venenatis radicibus non euulsis repullulat peccatũ quotiẽs nõ fuerit abrasum. Vt autẽ ab hoc passionum inordinatarum fluxu sanari valeamus, tangenda est nobis fimbria vestimenti dominici, vestimentum domini charitas est vt supra patuit dominica 20. fimbria verò vestimenti innumera nobis per Christum incarnatum exhibita beneficia. Quę si per diutinam meditationem cum gratiarum actione manibus operationum bonarum tetigerimus, generatur in nobis dilectio Dei vt supra. loco allegato diffusè deductum est dispositiua ad charitatis susceptionem. Qua acquisita in nobis, & per frequentes diuinorum beneficiorũ meditationes nutrita (Nam teste propheta, in meditatione exardescit ignis) iam impetus passionum mitigatur, non enim potest arbor bona fructus malos facere, fons autem affectionum interiorum amor est, ideo fonte purificato, & passionum tumultu per virtutes vtcunq; sedato iam vestimentum dominicum tangimus, percipientes vnguentum gratiæ, quod descendit in in oram vestimenti &c.

DOMINICA XXIIII.
Sermo II. in ordine.
XCVIII.

SI tantum tetigerit vestimentum eius salua ero. Matth. 9.

Mulier Emorroissa eum q peccatis gratus differt pœnitentiã.

Mulier hæc Emorroissa eos significat, qui in peccatis dies suos vsq; ad finem vitæ ducunt, spem in extrema pœnitentia ponentes. Significat autem huiuscemodi ratione morbi, tempus medicinę inaniter quæsitę. Ratione morbi, sic enim in sanguinis fluxu sanguis sanguinem effluendo tangit ita q. in peccatorum consuetudine viuit, peccatis peccata adiicit. Hinc per Oseam cap. 4. dicitur Sanguis sanguinem tetigit. Quod exponens beatus Greg. homil. 11. super Ezech. Sanguis inquit sanguinem tangit quando peccatum peccato additur, vt ante oculos Dei adiunctis iniquitatibus anima cruentatur.

Ratione temporis. Nã aptè 12. anni tempus vitæ hominis peccatoris repręsentant 12. enim ex 5. & 7. constituitur 5. numerus est sensuum humanorum, secundum id Lucæ 14. Iuga bouũ emi quinq; vt exponit Greg. homili. 36. Est etiam numerus 5. potentiarum animæ. De quibus philosophus 3. de anima. Hæ sunt, potentia vegetatiua, sensitiua, intellectiua, appetitiua, secundum locum motiua, quibus omnis vitalis actio exercetur. Septimũ verò tempus quod 7. diebus currit, vel etiam creaturarum vniuersitatem significat secundum eundem homil. 35. Peccatorum autem vita ex quinq; & septẽ constituitur, quia vniuersum suæ vitæ tempus in quinq; sensuum oblectamentis ab eis consumitur, vel quia omnem animę potentiam ad creaturarum temporalium vniuersitatem reflectunt de æternis nihil, vel parum cogitantes. Ratione medicinæ inefficacis, quoniã cũ desyderiorum suorum inopia languent de voluptate in voluptatem fluentes, sanari idest saciari ab exterioribus huius seculi bonis, quæ sanitatem spondet, tã-

quam

quam à medicis promittẽtibus curam quærunt, quibus omnem substantiã erogant, dum pro acquirendis huiusmodi temporalibus corpus, & animam in sollicitudinibꝰ laboribꝰ vanè cõsumũt sed in dies deterius habent, quia quantò tẽporalia amplius habentur, tantò magis grauant, desyderia accedunt, quę tamẽ ꝑ hęc satiari omnino non possunt. Nã expta ꝓtinꝰ in fastidiũ vertũt, vt declarat Greg. hom. 36. ponens differentiam inter delitias corporales, & spirituales, hi in bonis huius seculi dies suos ducẽtes, cum ad extrema perueniunt, tunc primum se illusos cognoscunt, dũ vacui & inanes vniuersa huius tẽporis bona simul cum vita relinquere perurgẽtur.

Nemo differat pœnitentiam ad extremũ quia est periculosum.

Ne autem tales ad hunc articulũ ꝑueniamus, hanc doctrinam diligenter notemus, ipsam opere imitantes. Nemo cupidus propriæ, & æternæ salutis, vitę emendationẽ differat, spe venię consequendę per pœnitentiã in extremis. Ratio ad hoc triplex, qa grauissimo ꝑiculo se cõmittit, sic se cõmittẽdo delinquit pęnis purgatorii acerrimis se exponit. De primò dicit Augu. & allegat Magister dist. 20. quarti. Periculosũ est, & interitui vicinũ ad mortẽ ꝓtrahere pœnitentię remediũ. Itẽ de lapsu mũdi serm. 24. idem dicit, & allegatur vbi supra. Siquis in vltima necessitate positꝰ voluerit accipere pœnitẽtiã, & accipit, & mox reconciliabitur. Fateor vobis, non illi negamus, quod petit, sed non præsumimus, quia bñ hinc exit, si securus hinc erit, ego nescio, pęnitentiã dare possumus, securitatem verò non. Nũquid dico dãnabitur? sed nec dico liberabitur. Vis ergo à dubio liberari, age pœnitentiam dum sanus es, si sic agis, dico tibi quia securus es.

In Pœnitentia tar da non habentur circunstantiæ verè requisitæ.

Ostenditur etiã periculũ istud secũdũ Scotum disti. 20. quarti q. vnica ex defectu circunstantiarũ ad condignam pœnitentiam requisitarum. Requirunt autem quinq; conditiones, vel circunstantiæ ad penitentiam vt disponat ad peccati remissionem. Primò oportet vt pęnitẽs habeat integrum rationis vsũ qua cognoscere possit peccatũ in rõne offensę, quia actus voluntatis qualis ẽ pęnitentia, quæ est peccati detestatio, præsupponit actũ intellectus quantum ad id quod detestandum est. Sicut enim nihil amatur nisi cognitum 10. de trin. ita nihil oditur nihil cognitum. Pęnitẽtia autem est odium peccati. Secundò requiritur circũstantia principii. Principium elicitiuum pœnitentiæ est libertas voluntatis. Vnde Aug. vbi supra, & allegat mgr̃ vbi sup. Arbitrii libertatẽ quærit Deus vt delere possit peccata, non necessitatẽ. Et sicut peccatũ esse nõ põt nisi voluntarium secundũ regulam magistralem, ita similiter pœnitentia peccati deletiua non potest esse nisi voluntaria. Tertium est circunstantia debiti finis, qui est Deus amatus, vt scilicet peccatũ displiceat, quia Dei supe omnia amati offensiuũ, nõ quia æternæ pęnæ inflictiuũ. Vñ Aug. Charitatẽ quęrit Deus nõ tm̃ timorẽ, quia nõ in solo timore viuit hõ. Quẽ ergo sero pęnitet oportet nõ solũ timere iudicẽ, sed diligere, quia sine charitate nemo saluus esse potest. Hæc Aug. in li. de pœnitẽtia, & alle. magister vbi supra. Quartũ est auersio à bono cõmutabili pp q̃ pc̃m̃ est, vt possit esse cõuersio in Deũ incõmutabile bonũ. Nã manente cã manet effectus. Frustra quoq; aliquis conat̃ ramos incidere si radicẽ nõ cõtẽdat euellere. Magister in 3. dis. 31. Sed conuersio inordinata ad cõmutabile bonũ causa est auersionis à Deo, in qua formaliter cõsistit rõ peccati. Siqdẽ nemo peccat ex odio Dei, vt ẽ cõis opinio. Ex odio dico Dei formaliter sed ex inordinato amore creaturę, quia peccãs Deũ nõ q̃dẽ odit, sed cõtemnit. Nã vt dicit glosa Aug. Mat. 6. sup illud. Nemo põt duobꝰ do. seruire. Aut enim vnum odio habebit dicit. Neq; .n. apertè vnquã aliquis Deũ odio habuit, sed oẽs se eũ amare fatentur. Itaq; manente conuersione tali ad creaturam, manet auersio à Deo, & ita pc̃m̃. Quintũ, motus displicentiæ maior, vel minor secndũ quantitatem dominii super actũ peccãdi. Vñ vt dicit Sco. Quantò quis minus est dñs sui actus, tãtò requirĩt intẽsior displicẽtia

ad

ad hoc vt ſit diſpoſitio ſufficiens ad delectationem culpæ. Oportet enim intenſionem diſplicentię ſupplere, quod deficit in executionis facultate. Vnde ſecundum rigorem diuinæ iuſtitiæ maior diſplicentia peccati requiritur in eo qui peccatum tale aliquãdo commiſſum nunc non poteſt committere quã in eo, qui etiam nunc in ſua facultaee habet actum exercere.

Differẽs pœnitentiam in multis deficit.

Nunc autem pœnitentiam differens ad extranea, regulariter in omnib[9] his vel pluribus eorum deficit. Vnde quo ad primum tunc impenditur vſus rationis ex timore, & dolore inherentibus. Nam in his, qui vicini ſunt morti iudicio medicorum maximus dolor, & timor eſt in parte ſenſitiua, & triſtitia vehemens in intellectiua, vtraq; autem paſſionata eſt væhementer impedire vſum rationis, & voluntatis. Nam ſecũdum b. Aug. 83. q.q. 36. Paſſiones cauſatæ à triſtantibus, plus mouent, quam paſſiones cauſatæ à delectantibus. Paſſio autem delectationis væhemens quãdoq; totaliter, aut fere totaliter aufert vſum rationis; vt in de ciu. Dei dicit Auguſt. Actus ante diſplicentiæ peccati ad hoc vt ſit ſufficiens ad veram pœnitentiam, ſiue interiorem ſolam, ſiue ad dignam ſuſceptionem ſacramenti pœnitentiæ requirit liberum vſum rationis, & voluntatis, qui quantò plus impeditur, tantò minus peccati malitiam conſyderat, tantò remiſſiorem diſplicẽtiam eius elicit, vt non, vel vix ſufficiat ad deletionem peccati. Hoc innuit b. Aug. Difficilè eſt vt tunc ſit vera pœnitentia, quæ tam ſera venit, quando cruciatus ligat membra, & dolor ſenſum opprimit, vt vix homo aliquid cogitare valeat. Similiter quo ad ſecundum, difficilè eſt ei, qui vſq; tunc fuit impœnitens, extorquere a ſeipſo nouam diſplicentiam, niſi timore pœnę imminẽtis. Præſumitur enim ꝙ ſi remotus eſſet à pœna, ſicut prius non extorqueret à ſeipſo talem diſplicentiam ſicut nec prius. Tum etiam aliquid inuoluntariũ videtur eſſe cauſa iſtius diſplicentiæ .ſ. expectatio mortis propinquæ. Illa autẽ eſt inuoluntaria. Et quod ex ſuppoſitione cuiuſdam inuolũtarii aſſumitur, nõ eſt ſimpliciter voluntarium, & ideò nõ multum acceptum tanquam neceſſariũ vel minus voluntarium. Sic quo ad tertium. Non facilè præſumi poteſt vſque tunc impenitenti, vnde ei ſit dilectio Dei, quem prius cõtempſit. Neq; enim illa eſt ex habitu inclinante ad Deum quem non habet, quia actus oppoſitos vſq; tunc continuauit, nec correptio diuina ad hoc inſtigat, quæ magis timorem generare ſolet, quam amorem. Qui enim in proſperis ſuum benefactorem non agnoſcit, neq; diligit quomodo hunc, & ſi in aduerſis agnoſcit, diligit, & non magis timet? cum beneficia amorem, aduerſa dolorem, & timorem inducere cõſueuerint. Ita quo ad quartum. Difficilè eſt pro tunc auerſio ab his, ad quæ habitus inueteratus inclinat, & maximè cum ea præſentia ſunt in ſe, vel in phantaſmatibus væhementer impreſſis, quæ magnam difficultatem ingerunt ad extorquendum ſufficientem diſplicentiam de eis. De quo etiam b. Augu. Cum filios, quos illicite dilexit, ſunt pręſentes, vxor, & mundus ad ſe vocat, multos ſolet ſerotina pœnitentia decipere. Demum quinto modo, quia pœnitens tantum in extremis modicum habet dominium ſuper actus ſuos præſertim exteriores ad peccandũ & per hoc non liberè dimittit peccata, ſed quia non habet facultatem ad perpetrandum ea Deberet igitur, quod nõ deficit in hoc dominio, & libertate ſupplere intenſior motus diſplicentię cum vix poſſit habere æquè intẽſum. Et hoc eſt, quod dicit Aug. Age pœnitentiam, dum ſanus es, quia ſi ſic agis, ſecurus es quia pœnitentiam egiſti quando peccare potuiſti. Si vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes, peccata dimittunt te, tu nõ illa dimittis, propter hoc dicit Auguſt. & allegat magiſter vbi ſupra ꝙ magnum eſt, cui Deus tunc inſpirat (ſiquis eſt) veram pœnitentiam, quia vix vel non eſt aliquis, qui habet diſpoſitionem de congruo, vt inſpiretur. His Eccle. 27. Viuus, & ſanus

ſanus confiteberis. Nam vt Auguſt. ait in ſermon. de innocen. Hac animaduerſione percutitur peccato, vt moriēs obliuiſcatur ſui, qui dum viueret, oblitus eſt Dei.

Ex illo claret ſecunda ratio, propter quam non eſt differenda, quia cum tantum periculum huic dilationi ſit annexum, quicunq; ſe ſcienter exponit periculo ſalutis æternę, peccat mortaliter Et ideò ſi aliquis (vt Sco. ait) actu elicito determinat ſe nunquam pęnitere, niſi in extremis, illo actu elicito exponit ſe periculo ſalutis, & peccat mortaliter. Tertia ratio eſt, quia & ſi ſic in extremis remiſſionem peccatorum conſequitur, quia tamen pro dimiſſis peccatis, quo ad culpam non poteſt ſatisfacere, grauiſſimis purgatorii pœnis ſe obligat. De quo iterum Augu. vbi ſupra ita ait. Nam ſi etiam ſic conuerſus vita viuat, & non moriatur, non promittim⁹ quod euadat omnem pęnam. Nam pri⁹ purgandus eſt igne purgationis, qui in aliud ſeculum diſtulit fructum conuerſionis, hoc autem ignis etſi æternus nō ſit miro modo grauis eſt. Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam aliquis paſſus eſt in hac vita. Nunquam in carne tanta inuenta eſt pœna, licet mirabilia martyres paſſi ſunt tormēta, & multi nequiter quanta ſępe ſuſtinuerunt ſupplicia. Hæc Aug.

Committendo ſe periculo peccati peccat.

Secunda doctrina. Quamuis periculoſa ſit dilatio pęnitentiæ vſq; ad extrema, tamen ad extrema deductus, ac pœnitentiæ auidus nullatenus eſt deſperandus Iſta patet autoritote Leonis papæ in ſerm. dicentis. Nemo eſt deſperandus dum in hoc corpore conſtitutus eſt, quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiore perficitur. Et b. Auguſt. in de vera, & falſa pœnitentia. Pęnitentia ſi extremo vitæ hiatu aduenit, ſanat, & liberat, ꝙ probat ſtatim ſubdens. Multum fuit ſera latronis pœnitentia, ſed non fuit ſera eius indulgentia. Et per Ezech. dominus capitu. 18. Quacunq; hora peccator ingemuerit &c. Et eſt ad hoc ratio, quia ſiue pœnitentia interior ſola permodum meriti de congruo, ſiue ſacramentum pœnitētiæ ab eo, qui in extremis eſt, habeatur, eadem ratio perceptionis gratiæ eſt quæ in alio pœnitente quocunq; tempore pœnitentiam agente, & per conſequens gratia percipietur ab illo, ſicut ab alio. Quid ergo talibus agendum eſt, cū iam omnia ſua inaniter expoſuerunt? Certè exemplo mulieris ad dominici fimbriam veſtimenti recurrere debent, ipſum apprehendere, & firmiter retinere, credentes indubitanter, quod ſi tetigerint fimbriā veſtimenti eius, ſalui erunt. Veſtimentum Chriſti charitas eſt, veſtis ſcilicet nuptialis, qua veſtitus eſt, dum ad deſponſandum ſibi matrem eccleſiam, de gremio patris deſcendit in vterum virginis matris. Hanc charitatē, quia perfectam habere nequeunt, ſaltem fimbriam apprehendant qualemcunq; charitatis gradum. Siquidem minimus ei⁹ gradus ſufficit ad ſalutem. Tangat ergo veſtimentum, recogitet in hoc charitatis Chriſti magnitudinem circa ſe exhibitam, quæ damnatione digniſſimum patienter expectauit, eiq; in hac finali hora de ſalute ſua cogitare concedit, vnde magnam ſpem concipiet atque hāc veſtem non relinquet, ſed omnib⁹ aliis pro poſſe excluſis ad diligendum ſuum dilectorem ſe excitet, & ſe negligenter egiſſe ad pœnitentiam ipſam etiam cum propoſito diſtuliſſe recognoſcat, ac propter Dei amorem, & honorem, de his, & aliis commiſſis pro eo ꝙ Dei offenſiua fuerunt, diſplicentiam extorqueat. Nec ab hac dilectionis veſte qnacunque tentatoris fraude auelli patiatur. Sed omnibus opponat fimbriam veſtimenti, effectus ſcilicet dilectionis Chriſti, nobis in his vltimis oſtenſos maximè paſſionis Chriſti. In cuius merito, non ſuo ſe ſaluari confidenter ſperet, dicens ſemper intra ſe.

Quid faciendū exēplo Emorroiſſæ.

Si tetigero &cet. ſi dilectioni eius incorporatus fuero, ſaluus ero. Amen.

DOMI-

DOMINICA XXV. Sermo I. in ordine. XCIX.

FACITE homines discumbere Ioann.6.

De magnitudine mercedis, q̃ ꝑ labore sperare debem⁹.

Laborem amor mercedis alleuiat, patet hoc in facto Iacob, qui cum duxisset Lyram vxorem, quę lippis erat oculis, dixit seruiam tibi pro Rachel filia tua minore 7. annis. Et cum impleſſet hebdomadam dierum copulæ, ideſt celebraſſet nuptias ſecundum morem patriæ, duxit & aliam vxorem Rachel ſcilicet (non tamen contra prę ceptum diuinum ait Augu. ſed amore prolis habendæ & ſecundum morem, hoc enim tempore in illis terris mos il le ſeruabatur) pqua poſtea ſeruiuit Labam 7. alijs annis, & videbantur illi dies pauci præ amoris magnitudine Gen. 29 Sic animare ſolet militem in agone contendentem mercedis amatæ qualiſcunq; prægustatio, & pro animi deſyderio quantulacunque remuneratio. Cum itaq; ſecundum eccleſiæ ritũ tempus peregrinationis nunc terminatur in hac dominica, iterum, atq; iterum quamdiu ſumus in hoc corpore, & mortalitatis ſtatu reſumendum, donec videre contingat Deum Deorum in Syon, & quouſq; introducamur in cœleſtem Hieruſalem, vbi iam non erit labor, & lachrymarum perfuſio. Abſterget enim Deus om. la. ab ocu.e.& iã nõ erit amp. neq; luctus, neq; cla. ſed nec vl. do. Apoc. 21. Ideò in huius dominicæ euangelio, eccleſia ſuis filiis expleto nunc annua reuolutione peregrinationis tempore, mercedis magnitudinem proponit, & qualemcunque prælibationem eiuſdem offert in refectione quinque millium virorum, vt ſic cognita mercedis magnitudine ineffanda, amor creſcat, & habendi deſyderium inflammetur. Tempus quoq; laboris reſtans, quo currere habemus in vitæ huius ſtadio, breue videatur, & paucũ præ mercedis amatæ magnitudine, deniq; vt in agone currentes, guſtato iam vtcunq; in ænigmate, & per ſpeculum, præuia contemplatione, boni optati dulcore mellifluo, curramus de virtute in virtutem, donec audire mereamur, non in refectione typica, & figurali ſed in cœleſti patria, cum dominus ſe præcinget, & tranſiens miniſtrabit electis: Facite homines diſcumbere. Pro gratia Aue.

Cibatio quinq; millium virorum, quam euangelium nobis declarat, refectionem æternæ beatitudinis (qua vt tactum eſt, dominus præcinget ſe, & tranſiens miniſtrabit conuiuis Lu.12:) multiplici ſimilitudine repreſentat, propter diſcumbentium perfectionem vt ſupra dominica Lætare patuit ſermon.1. in littera C vſque in finem Si verò non placet repetere fortè prius dicta, abbreuia eandem materiam ſuccinctè prout placet, & deinceps ſic procede.

Que facienda vt dño refici mereamur.

Si tamen ad iſta pertingere libeat, quatuor neceſſe ẽ habere, videlicet. De ciuitatibus exire in deſertum, dominũ audire, ſuarum infirmitatum curam ſuſcipere, diſcumbere ſuper fęnum. Nam hominum confluxus ad Deum ſaluatorem verbum ſalutis audientium, curatio languorum, ac ſeſſio ſuper fœnum, diſpoſitionem prætendit eorum, qui fruituri ſunt conuiuio æterno. Exeant quidem oportet, primò per propoſitum ſanctum renunciandi vanitatibus mundi, & Chriſto adhærendi. Hoc dominus innuit, ꝗ abiit trans mare Galileę in deſertum. Galilea enim interpretatur tota, vel volubilis. Oportet ergo contemnere mundum iſtum, & quæ in eo ſunt, quia nimirum amor labentis ſeculi quaſi in Vertiginẽ corda mittit, quæ ad perennis vitæ deſyderia non permittit pſal. In circuitu impii ambulant. Hæc Beda in ho. de ciuitatibus ergo ire oportet in Deſertum abſtinentiæ, laborumq; pœnitentiæ. Secundò audiunt verbum ſalutis, auribus firmæ fidei, quo propoſitum præcõceptum exequentur Tertiò curentur à languorib⁹ peccatorum, quibus prægrauantibus impoſſibile eſt procedere ad conuiuium

uiuium futuræ gloriæ. Procedimus ad conuuiū per opera bona meritoria ex gratia, & libero arbitrio procedentia. Sed ſuo peccato criminali delicto inimicus Dei conſtituitur,& p conſequēs gratia caret. Et ita opera Deo accepta producere nequit.Nūquā .n. opus Deo placet, dū operans diſplicet. Reſpexit nanq; dñs ad Abel, & ad munera eius. Gen. 4.Non prius ad munera,ſed prius ad exhibentem ea.

Vñ notabilis trahitur doctrina.Qui cunque vis op⁹ Deo acceptabile,& meritoriū agere,age vt ipſe prius placeas Deo.Alioquin op⁹ quātūcūq; bonū de gñe operat⁹ fueris ſi erit acceptū Deo ad gradum beatitudinis retribuendū. Nonne bonū opus eſt annūciare populo pcepta dñi,eoſq; ad iuſtitiā erudire, imo & ſingulare bonū,ita vt de annunciantibus ea dicat dñs per Dan. prophetam. Qui ad iuſtitiā erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates,eiuſdē 12. Sed ſi a peccatore procedit, Deo non placet. Vnde in pſal.Peccatori autem dixit Deus,quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? ſequit. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Neceſſe eſt ergo vt à peccatis purgemur.

Mortale peccatū quid in homine deſtruat.

Nam pctm̄ primò aufert à quolibet pctōre regnū Dei.Nō ſolū illud, quo vēturi ſum⁹,ſed ēt illud quod intra nos ē, vt dicitur Lu.1.ſ. ſpm̄ſctm̄ inhabitantē p gratiā,ſecundū illud Ro. 5. Charitas Dif.ē in cor.ve.per ſpir.qui datus ē vo. De patre,& filio Io.14. ſimul.n. veniūt ſimul recedūt.Quod aūt auferatur per pctm̄ mortale,patet Eſa.59. Peccata veſtra diuiſerunt inter vos,& Deū veſtrū Et ideò pctōr deſinit eſſe mēbrū Dei,à quo diuiditur, & p cōſequēs efficit mēbrū diaboli hinc Io ait.Qui pec.fac.ex dia.ē.1.Io.3.Et iterū qa ſepat à corpe Chriſti, priuatur meritis eccleſiæ, quę charitas q̄ pdidit, facit eē cōia.Secūdò frangit peccatorē, hoc eſt interimit,q. enim frangitur non manet. Occidit ergo animam,quā facit debitricē mortis perpetuæ & omnia opera eius, nedum quę facit mortua,ſed quæ fuerunt,cum fecit prius viua.Sap. 4. Impii ſi videantur felices, eradicabuntur tamen & fructus eorum inutiles. Eſt ad hoc expreſſa ſententia Pauli 1.Cor. 12.Si linguis hominum &. Verum drā eſt in talibus operibus,quoniā quæ in peccatis mortalibus fiunt, nunquam reuiuiſcunt,qa non fuere viua.Primam nanq; vitam p ſupponit vita ſecūda. Quæ verò in grā facta ſunt p pctm̄ ſequens quodāmodo mortificantur,pro quantò à pceptione præmii impediunt, ſublato verò pctō reuiuiſcūt, quia manet ſemp in pctōre ius quæſitum per opus meritorium ad pmiū cōdignū accipiēdū,ceſſante impedimento,vt vult Sco.diſt.22. 4. Tertiò cōterit pctōrē,p quātò eū in pctōrū p fūdū trahere nititur ad deſpationē,vt ſic contritus non reſurgat, vnde Greg. 25.mor. Pctm̄, quod per pœnitentiā ñ diluitur,mox ſuo pondere ad aliud trahit.Videm⁹ .n. expientia teſte facile ad alia pctā ptrahi,q ſemel ab innocentia cecidere.Tum quia pctā quandā habēt inter ſe connexionē,hinc p adulterium Dauid cecidit in homicidium. Tum quia relinquit poſt ſe habitum ad ſimilia naturaliter inclinātem. Et ſicut omnia ſanctis in bonum,ita omnia peccatoribus conuertuntur in malū.Eccl.39.

Poſſet quis fortè querere, quō iuxta pdicta pctm̄ occidit animā? Solu.occidit vt iā non viuat vita gratię, gratia enim dicitur vita animæ,quoniam per hanc ſit digna æterna vita,qua expulſa per peccatū, anima dicitur mortua,qa morti æternæ obnoxia. Opera ergo ex charitate facta mortua dicuntur. Quoniam in æterna vita,cuius anima propter peccatum eſt indigna pro eis retributio non datur, quæ daretur ſi ipſa ex gratia proceſſiſſent. Non ergo ſunt meritoria alicuius præmii in beatitudine illi animæ,& ideò mortua reputantur, non tñ ideò omni pmio carent,neq;.n. dimittit diuina miſericordia etiā minima bona irremunerata.

Et quid vtilitatis afferunt? certè aliā proximo,aliā facienti ea. Nam Si fortè peccator ex officio ſibi commiſſo tan-

Quid vtilitatis afferunt qa mortua opera.

quam persona publica actum (vtputa sacramentalem) exercet circa proximum, non defraudatur proximus propter peccata ministri, quoniam sacramenta efficaciam illam, quæ eis competit ex opere operato; non habent ex merito ministri, sed dumtaxat ex merito passionis Christi, cuius efficaciam malitia ministri infirmare non potest. Recte sicut princeps habens officialem sibi ingratum, quęcunq; exequitur in ratione officii, princeps habet rata, quantum ad eos, quibus in officio ministrat licet per hoc apud principem (cuius gratiã non habet) nihil sibi officialis mereatur. Operanti deniq; bona opera de genere in peccatis, triplicem in gñe conferunt vtilitatem Merentur retributionem těporalẽ, & hoc minimũ ẽ. Merentur diminutionem pęnæ in inferno pro quantò seruando mandata Dei licet non ex charitate, vitant pœnã trãs gressoribus debitam. Similiter pęnam soluit, quã sacerdos pro confessis, & dimissis peccatis iniungit, & hoc maius est. Disponit tertiò ad gratiæ perceptionem. Nam Deus paratus est cuilibet disponẽti se ad gratiã dare eã, ergo peccator disponens se recipit gratiam. Et quomodo disponet se ad recipiendũ gratiam, quam non habet nisi operando bona opera? Licet nondum iustificatus. Neque enim potest se disponere ad gratiam per gratiam; aliàs haberet gratiam prius, quam haberet, & hic ẽ maximus huiusmodi operum fructus. Has & multas alias vtilitates bonas fecerunt bona opera extra charitatem facta, quæ cum probationibus hic rescinduntur. Vnde Magistrum di. 15. quarti.

Quartò dum à peccatis purgati sumus superest vt super fœnum recumbamus. Qui recumbit, quiescit, & quæ supposita sunt deprimit. Oportet ergo purgatum à peccatorum vulneribus quiescere à tumultu passionum Esa. 6. Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? Ita habet interpretatio septuaginta. Et si additur contrarium spiritu secundum interpretationem vulgatam, ita habentur quatuor ista nunc designata. Vel super fœnum iubemur sedere, super fœnum nostræ carnis ipsam subiugando spiritui, omnis nanque caro fœnum. Esa. 40. Sic ad delitiosam domini mensam assumi merebimur &c.

DOMINICA XXV. Peregrinationis Sermo. II. in ordine C.

ABIIT Iesus trans mare Galileæ, & sequebatur eum multitudo magna. Io. 6.

Verba hæc ex capitu. Ioann. sexto sumpta sunt, & licet hodie non soleant à quibusdam legi in dominicali officio. Incipiunt enim aliqui euangelium hodiernum ibi Cum subleuasset &c vt sit pars illa finalis, cum dicitur: Hic est verè propheta, qui venturus est in mundum respiciat aduentum domini mox inchoandum, vt sic continuentur dicta dicendis. Prima verò pars cum dicitur Erat autem proximum pascha. Paschale tempus respicit, ratione, cuius tunc in quarto videtur addi prima pars euãgelii, & non modo eo, quod tempori illa pars non ita congruit, quia tamen euangelio hodie lecto, quod ecclesia etiam legit in medio quadragesimæ præsertim tunc annectuntur, ideò pro themate sumere statui, veluti ex euangelio dominicæ nunc currentis. Regem cœlorum verbum patris altissimi, in sinu patris manentem, pauci hominum nouerunt. Vnde propheta ait: Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Pauciores verò Dei legem sequebantur quia terrenis immersi nondum cœlestem gustauerunt dulcedinẽ. Sicut enim gustato spiritu desipit caro, ita gustata carne desipit spiritus. Cuius tota causa est ignorantia. Quomodo enim amari poterit, quod ignoratur? Postquam verò dominus abiit trãs

Regem cęlorum in sinu patris manentẽ pauci nouerunt.

mare

mare Galileæ nostræ mortalitatis, & miseriæ fluctus, per incarnationis mysterium factus visibilis in carne, in terris apparendo, & cum hominibus conuersando, iam à solis ortu vsque ad occasum laudatum est nomen domini. Secuta est eum nunc visum, & cognitum magna credentium multitudo, spiritualiter in his, quæ salutis sunt, instrui, & refici desyderans, sed & ab infirmitate non nisi per Christi meritum curabili sanari, & gratia Dei decorari cupiens, & affectans. Et quidem quicunq; fidelium ab eo cupit sanari, doceri, & beatificè refici in cœlis, necesse habet eum in terris ambulantem sequi in via morum, & cœlestis conuersationis, exemplo turbæ, & multitudinis magnæ eũ imitantis per Desertum, secundum thematis verba: Abiit Iesus trans mare Galileæ &c. Euangelium, si placet recitetur, vel omittatur tanquam dictum in dominica 4 quadra.

Aliqua solet diabolus in mittere suis ne imitetur Christũ.

Duo in euang. tanguntur scilicet sequentis turbæ labor, & fatigatio, & perfecta lassorum refectio. Primum homines seculi huius horrent. Secundum cũcti desyderant, fugiuntur labores, & aspernantur, refectio desyderatur, & amatur. Ex primò diabolus arma sumit ad retinendum suos in peccatis. Ex secundo fortior Christus munimé tradit quo inimici fraudes excludũtur. Circa primum hominibus mollibus carnalibus voluptatum amatoribus, & ocii, ac suæ voluntatis cultoribus, vt timore malè humiliãte eos à Dei sequela auertat, & in sua effeminata mollitie conseruet, proponit angelus malus sua immissione fraudulenta quinque scilicet. Seculi contemptum, & societatis charorum. Carnis amicitiam, & oblectamẽta eius. Laboris magnitudinem, & corporis castigationem, propriæ voluntatis, quam solam habet homo, mortificationem. Horum omnium in finem continuationem. Et hæc omnia oportere esse in Chisti discipulis cum imitantib⁹, seu imitari volentibus per Desertum mundi huius, ex euangelio probatur, ex turbæ imitatione. Siquidem relinquentes propria Desertum petierunt, quo ad primum. Carnis oblectamenta spreuerunt, quo ad secundum. Fatigationem itineris, famis, laboris, æstus, & castigationem corporis passi sunt, quo ad tertium. Voluntatem suam reliquerunt, Christi doctrinam audientes, haud dubium non alia ratione nisi vt sequantur, quo ad quartum. In his vsque in vesperum, quod finem vitæ designat, perseuerarunt, quo ad quintum. Hæc sunt, quæ Christi imitator amplecti habet contra diaboli impedimenta, quæ peregrinationes nostræ tempore, multifariam multisq; modis occurrunt homini, vt in euangeliis dominicalibus suis loco, & tempore auditum est.

Christ⁹ q̃ proponat se sequentib⁹

Contra hæc dominus suos imitatores confortat societatis multitudine, & refectionis suauitate. Secuti sunt dominum plurimi viri, mulieres (sexu, sed non mollitie corpore) paruuli, haud dubium, quin & senes, sanandi infirmi, & debiles, tam etsi solum virorum fiat mentio in euãgelio cum dicitur: Discubuerunt viri numero quasi quinq; millia, quia soli viri, hoc est viriliter viam mandatorum Dei currentes, non effæminati, & muliebri inconstantia pressi saluantur. Virorum ergo facit mentionem, per hoc denotando non sexus discretionem, aut muliebris sexus exclusionem à regno, sed intrare debentium ad Christi conuiuium perfectionem. Et quis tantã multitudinẽ contemnet? Quis se omnibus timoratiorem exhibebit? transierunt virgines, & puellæ per ignem, & aquam, sequamur, & nos viri sexu, sed heu nõ perfectione. Quia præcesserunt, non pudeat, sed delectet, sequi. Extende si placet.

Confortat dñs sequẽtes

Confortat è regione dominus, & refectionis suauitate, quinq; panes frangit in via, quibus sequentes reficit & confortat. Hi panes sunt Magnitudo præmii contra contemptum seculi: Honestas negotii contra carnis amicitiam: Paruitas laboris contra corporis castigationem: Dulcedo meriti contra voluntatis propriæ per iustitiam

mortificationem: Euasio periculi contra deficiendi timorem.

De primò & in veteri, & in nouo testamento testimonium habemus. In veteri Gen. 15. Ego sum merces tua magna nimis. Et in nouo Matth. quinto. Merces vestra copiosa est in cœlis. Et apostolus primo Corinthior. 2. post Esaiam. Oculus non vidit, nec auris audiuit &c. Quem enim tanti præmii celsitudo non alliceret, non animaret, & impedientia postergare, & contemptui habere faceret, si eius haberet cognitionem? Quo quia caremus, paruipendimus, nec curamus nobis acquirere. De secundo: Secura conscientia quasi iuge conuiuium. Prouerb. 15. Omnis verò labor, & omne studium acquirendi præmium tantum in honestate consistit, quia in dictamine rationis rectæ, in secura conscientia, in actione virtuosa. Non in vita pecuali, & belluina rationi contraria. Acquirit enim legis obseruantia, quæ est de dictamine rationis rectæ, & de lege naturæ, nihil inhonestatis in se habente, sed omnem honestatem complectente, vt patet discurrendo singula. Sunt denique ferè omnia negatiua. De tertio: Est enim vita nostra vapor ad modicum parens, vt dicit Iaco. 1. & propheta, psalm. 79. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Et secunda ad Corinthios 4. Quod in præsenti momentaneum est, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Quis ergo non modico tempore corpus pro Deo castigaret, & carnis amicitiam scinderet? Non enim sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Roma. 8. De quarto, qui est dulcedo meriti, quia conformitas, imitatio actionis Christi, ait autem Christus: Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei, non meam. Ioan. quarto. Quod ergo Christo dulce, & beneplacens fuit quomodo non placeret discipulo? non enim est discipulus super magistrum suum, perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Luc. sexto. Itē: Iugum domini suaue est, & onus leue. Matth. 11. De quinto 1. Corinth. 10. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Item ipsi cura est de nobis, omnis ergo sollicitudo nostra proiicienda est in eum 1. Pet. 5. Scit enim quid nobis necesse sit. Item dat os, & sapientiam &c. Non deserit sperantes in se. Iudid 13. Confidite, quia ego vici mundum Ioann. 16. Non te deseram neque derelinquam. Hebr. 13. ita vt confidenter dicamus, dominus mihi adiutor est &c. Ecce panes quinque quibus pascit dominus suos ne deficiant in via. Si placet addere pisces, sumamus exempla Christo, & sanctorum, qui amore inflammati, talis modi panibus refici voluerunt &c. Quorum exemplo consolamur, adiuuamur, atque sustentamur in deserto mundi huius, horum aliqui in innocentia permanserunt. Alii verò in magna lapsi peccata, & diuinę refectionis famelici surrexerunt. Sicque dominum secuti sunt in montem virtutum &c.

DOMINICA XXII.

Sermo medicinalis contra pestilentiam.

SIMILE est regnum cœlorum homini regi, qui voluit ponere rationem cum seruis suis. Mat. 18.

Solent homines huius seculi regum, & principium officiati, dum rationis tempus propinquare suspicantur, diligenter sua examinare registra, recepta, expositaque calculare, errata corrigere, & quomodo suo domino de commissa villicatione satisfaciant, sollicitè meditari. Quia si se deficere cognouerint, quę pacis sunt territi, & timidi cogitant, ligationem secundum euangelicā parabolam mittunt, intercessores,

qui

qui de se bona suggerant principi, quærunt, vt vel sic principis indignationem declinare valeant, scientes, quia indignatio regis, nuncius est mortis. Prouerb. 16 Qui verò negligentes fuerint in consyderatione futurorum, dum non putant, exigetur ab eis ratio cum pœnali satisfactione. Et qui prius exitum suæ villicationis metiri ac prudenter timere noluerunt, dum subitò ratio exigitur, terrore desperato confunduntur. Suo modo electi, ne iudicem vniuersitatis Deū, dum rationem omnium donorum suorum, operum, & intentionum nostrarū exiget, terribilem videant, modo vt ait Grego. 7. in Ezech. terrorem illius consyderare non cessant. Siquidem studiosè consyderant quam terribilis ad iudiciū veniat. Culpas ante actas deflent, imminentes declinant pauorem illius quotidie ante oculos mentis ponunt, & quā tremendus veniat, sine cessatione suspecti sunt, atque quotidie timendo agunt, nequando venerit, pertimescant. Sic. n. dicitur Eccl. 18. Ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. Qui verò hic timere nolunt. cum se securos æstimant, iratum hunc iudicem, & intolerabilem sustinebunt. Dominus verò, qui non cessat nostræ saluti prouidere, frequenter nos de hac futura ratione reddenda salubriter terrendo admonet, vt vnde terret, inde protegat, modo à peccatis, & tunc à suppliciis, Quod, vt efficacius, atque congruentius memoriæ nostræ cōmendet, similitudine vtitur dicens. Simile est regnum cœlorum &c. Pro gratia Aue.

Cū quolibet homine dominus iudiciū particulare. tenebit.

Rario ista charissimi non solum post seculi consummationem cum omnibus generaliter, sed cum quolibet homine post huius vitæ excessum tenebitur specialiter, & secundum eius merita iudicabitur ad beatitudinem mox recipiendā purgatorium, vel infernū. Sicut ex multis patet reuelationibus, & præsertim famosa historia inceptionis ordinis Carthusien. Et potest ad idem referri illud apostoli Hebre. 9. Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium. Licet etiam de vniuersali iudicio conuenienter intelligatur, vtrunque autem terribilissimum est peccatoribus. De quo nos non cessat dominus auisare verbo prędicatorum, atq; scripturis sanctis prophetarum, & apostolorum. Verum, quia aures nostras hucusq; continu imus surdi ad diuinas admonitiones, ideo nunc nos efficacius monet facto.

Cum enim nunc quasi improuisè plurimos hinc vocat, rationem districtā cum eis positurus, tempus iam adesse admonet, quomodo omnes ad hoc iudiciū præparemur. Et certè hanc vocationem plurimum timemus longè plus secuturo iudicio. Hinc quantum valemus, nos ipsos munimus, non quomodo Deo rationem faciemus, cui tamen nobiscum contendenti non poterimus respondere vnum pro mille. Iob. 9. Sed magis quomodo hanc vocationem per temporalem mortem non quidem fugere, sed paulisper differre possimus. Ea propter variis medicinalibus decoctionibus vtimur. s. & potionibus, pillulis, pulueribus fleubothomia, suffumigationibus, & odoriferis, fugimus quoque diligentissimè tanquā venenū, tam loca, quam homines hac peste infectos. Et quidem multis hæc corporaliter prosunt, sed non omnibus. Nonnunquā qui magis huiusmodi curę intendunt, plurimumq; timent, moriuntur primi. Neq; enim pōt vniuersalis aliqua medicina corporalis præparationibus æquè propter complexionum differentias valitura. Sunt quoque grauati paupertate, qui dictas medicinas comparare non valent, qui denique aliquo amicitiæ, vel necessitatis vinculo infectis colligati, propter quod nō debent nec possunt pestiferos declinare. Sed ne contagio hæc pestifera vobis noceat, afferam vobis medicinas quasdam vniuersales, efficacissimas, de opulentissima medici expertissimi apotheca, quibus si vti volueritis, certos vos oēs facio, pestē istā vobis nocere omnino non posse, etiamsi nullis aliis medicamentis vtamini, & si corporaliter infectis continuè ministrare opor-

teret. Et ne hãc medicinam preciosam quidem sumptuosam esse putetis, & à pauperibus comparari non posse audite medicum istum per vnum apothecæ suæ famulum clamantẽ: Qui nõ habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite emite absq; argento, & absque vlla commutatione. Esa. 55. Medicus ille potentissimus est & pius. Potentissimus, quoniam vitæ, & mortis potestatem habet, deducit ad portas mortis, & reducit. Sap. 16. Siquidem mortuos, viuificat, & vocat ea, quæ non sunt, sicut ea, quæ sunt. Roma. 4. Est & pius atque ad currandum voluntarius, quoniam vult omnes homines saluos fieri 1. Timo. 2. Venit quoque de superioribus cœlorum regionibus ad terras quærere, & saluum facere, quod perierat. Luc. 19. Hic apothecam nobis ordinauit, sacram videlicet scripturam, in qua vt de sancto Paulo canit ecclesia, duobus moralibus legis .s. & euangelii corrasit vniuersas medicinarum species, quibus curantnr saucii, reficiunt enutriendi. De hac quoq; apotheca hodiernum euangelium propinatur, quod quia medicinę nostrę partem affert, ipsum secundum textum recitabo. Deinde ad propositam materiam reuertar Euangelium itaq; tale est. Simile est regnum &c.

Medicina pseruatiua contra morbum pestilentię ex qbus conficitur.

Quantum ad secundum: Nostis dilectissimi duplicem in genere medicinã fore scilicet pręseruatiuam, & curatiuam. Prima, materiam peccantem siue ad infirmitatem disponentem euacuat ac naturam confortat. Secunda verò morbum iam præsentem curat. Prima quidem cautior est, & magis certa, secũda verò inualescente morbo magis necessaria. Itaque primò ordinabo medicinam præseruatiuam, qua adhuc corporaliter sanos vti oportet prius, quam infirmitas irruat ad mortem. Deinde etiam iam lętali morbo laborantibus, electuaria demonstrabo, quibus euadere periculum præualebunt. Præseruatiua medicina ex tribus integratur, scilicet digestiuo, euacuatiuo, & confortatiuo. Digestiuum materiam præparat vt facile possit purgationibus euacuari. Et hæc communiter in portionibus datur lenibus. Materia itaq; in nobis ad mortem corporis temporalem, & animæ perpetuam disponens, quæ alia putanda est, nisi peccata nostra? Hæc sunt & debita, de quibus districtam rationẽ domino reddere oportet, iuxta præsens euangelium. Quia enim peccata inducant mortem animæ perpetuam, dicit apostolus Roman. 6. Stipendia peccati mors. Mortem deniq; corporis certissimè causant. Nam sicut per vnius hominis Adæ scilicet præuaricationẽ mors intrauit in mundum generaliter Rom. 5. & 1. Corinth. 15. ita etiam per peccata singularissimum hominum vel populorum mors corporalis in eisdem acceleratur, quemadmodum in prophetis frequenter dominus comminatur. Neque ascribenda est hæc plaga pœstilentiæ iam nos deuorãtis cursui syderum electorum, aut maleficio naturę, sed magis iustitiæ diuinæ correctionem nostris peccatis condignam infligẽtis, vel ad emendationem nos paterno flagello impellentis. Licet ipse natura vtatur nonnunquam tanquam suæ instrumento iustitiæ. Ipse enim est, qui ait, mea est vltio, & ego retribuam. Apud quem deniq; genera plagarum condita sunt & signata in thesauris suis. Deuter. 32. Et quomdo in obliuione Dei esse possunt, quorum capilli capitis numerati sunt. Mat. 6.

Hæc autem infecta peccatorum materia tenaciter nimis adhæret visceribus nostris, ita vt non facilè euacuetur Opus itaq; est aliquo digestiuo, & indurati animi nostri mollificatiuo quatenus sic abiicere facilius possimus tam duræ mortis occasionem, peccata scilicet nostra. Hoc autem est cordialis & attenta meditatio rerum diuinarum bonorum scilicet acceptorum, & promissorum, malorum culpæ per nos commissorum, & pœnarum à domino comminatarum. Hoc dilectissimi est principium nostræ salutis, & eius absentia totius damnationis causa. Reuera si causam quærimus cur tam proni sumus

ad

ad peccandum,peccata quoq; delectabiliter continuamus. Cur etiam inter tot, qui verbum Dei dietim audiunt, quandoque ſcripturas legunt, tam pauci vitam emendant, & verè ad dominũ conuertuntur? Reuera promptior cauſa nulla eſt, niſi quia quæ legunt,vel audiunt, meditando non ruminant, ſed perit memoria eorum cum ſonitu.Idcirco manet delectatio in peccatis.

Quod manifeſta ratione approbatur. Voluntas enim cauſa eſt totius demeriti, atque meriti ex parte noſtra, ita ꝙ illud quod in nobis voluntarium non ē neque laudatur, neque culpatur, ſicut in 3. Ethi. Ariſto. ait: In inuoluntariis neque laudamur, neque vituperamur, dum itaque voluntas recta fuerit nihil periculi eſt, nullatenus timor de peccato? Nam ita voluntarium eſt peccatum quod ſi non eſſet voluntarium,omnino non eſſet peccatum ait Auguſt.in ſenſtentia lib. 2. de lib. arb. Voluntas autem velle non poteſt, niſi quod ſub ratione boni apprehendit.Siquidem ſicut verus intellectus, ita bonum eſt obiectum volnntatis, hinc etiam ad bonũ naturaliter inclinatur, à malo verò vt tale apprehendendo declinatur.Et hoc eſt quod 1. Eth. philoſophus dicit Ratio deprȩcatur ad optima Rationē accipit pro parte intellectiua includente intellectum, & voluntatem, verumtamen ad neutrum neceſſitatur propter ſui libertatem &c. Cum autem voluntas ſit de ſe potentia ceca, bonitatem oblecti,vel malitiam non apprehendit, niſi oſtendatur per intellectum, qui eſt tanquam conſiliarius voluntatis.Siquidem ſecundum Augu. 10. de trin.nihil amatur niſi cognitum,præſupponit itaque voluntas ſuæ actioni,actionem intellectus.Vnde patet ꝙ actionis meritoriæ,& peccati principium eſt in intellectu,& conſummatio in voluntate. Cum autem per ſenſus tota die ingerũtur, ac fortiter imprimuntur corporalia,ac carnis delitiæ, quȩ etiam frequēter guſtantur. Ideò his multum adhȩret voluntas, & ea amplectitur tanquā ſuum bonum Fitq; vt guſtata carne deſipiat ſpiritus. Ab hac autem carnalitate non citò per quamlibet auditionem, aut volubilem, ac inconſtantem cogitationem auelli poteſt, ſiquidem fortiꝰ mouent præſentia, quam abſentia,fortius deniq; guſtata quam ſolum audita vel viſa. Neceſſe itaq; eſt ſi voluntas à carnalitate ſua trahi debet, ad hibere fortem;& perſeuerantem ſpiritualium meditationem, quæ eſt quidam guſtus ſaltem initialis ſpiritus. Sic deniq; fieri poteſt,quod Augu. dicit, vt guſtato ſpiritu deſipiat omnis caro. Sine hac itaqua meditatione nullus ad rectiſſimam Chriſtianȩ religionis normam attingit,ait Gerſon in medi. cor.cōſi.7. Et hoc eſt,quod propheta ait pſal. 76. Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. Ecce quomodo propheta purgationi ſpiritus præmittit meditationem & non vagā cogitationem.Et quæ fieri debet nocte ideſt ſecreto,non in colloquio, aut libris,ſed cum corde meditantis.Nec ſemel,aut bis,ſed perſeuerāter, ideò dicit,exercitabar. Multum autem intereſt inter cogitationem & meditationem. Nam cogitatio ſecundũ Rich. in ſuo de contemplatione,eſt improuidus animi obtutus ad euagationem promptus. Meditatio autem eſt prouidus animi obtutus,in veritatis inquiſitione vehementer occupatus. Vel clarius ſic,vt dicit Gerſon vbi ſupra eſt vȩhemens,& ſalubris animi applicatio ad aliquid inueſtigādum, & inueniendum fructuosè. Cogitatio itaque vagatur,& ſerpit ſine dolore, & fructu. Meditatio verò eſt cum labore,& fructu. In cogitatione eſt libera euagatio. In meditatione autem eſt circa aliquod vtile, & fructuoſum fixa inquiſitio.

Sed fortè dicis: Quomodo qui illiteratus ſum, aut exterioribus deditus, meditationi vacare valeo? Dicam vobis doctrinam planam,exhortationem breuem, ſed rogo,corde ſuſcipite,quoniam licet planiſſima eſt, ſi tamen executi eam fueritis, plus (certifico vos) in menſe proficientis, quam alias in decem annis.Eſt ergo hæc doctrina:Quatenus

Quō illiteratus vacare meditationi valet.

tenus per singulos dies, saltem vnam horam, vel ad minus mediam, Deo offerentes pro animę vestrę salute, ad meditandum, quæ salutis sunt omnibus curis sepositis in loco secreto vos silenter componatis. Et videte quam rationabile est, vt qui per singulos dies naturales 24. horis corpori vestro seruitis post paululum in putredinem, & cineres resoluendo, & perituri seculi curis, vt saltem 24. vel 48. huius temporis partem animæ vestrę saluti in æternum victuræ impendatis. Horam ergo silentio magis opportunam noctis, vel diei, & locum secretiorem, siue cubiculum, siue ecclesiæ angulum, aut alium quemcunque secundum personæ qualitatem eligite, & animum vestrum atque cogitationes vestras ab omni cura, & occupatione auocatæ, ita vt cum proposito de nullo exteriori, vel impertinenti cogitatio quæcunque admittatur, & sic ad meditandum intra vosipsos cum omni diligentia recollecti vacate.

Quid meditandum. Gerson.

Sed dices, quid mitabimur? De hoc certam non inuenio descriptam regulam, quoniam secundum multiplicem meditantium diuersitatem, meditandi modus variatur. Nam tot capita, tot sensus, non minus tot meditationes, ait Gerson de mysti. theo. Possunt tamen meditabilia hæc tanquam generalia, ad quę alia reduci possunt, pro incipientibus notari scilicet misericors dilectio Dei ad nos, quæ quãta sit, ex operis exhibitione nosci potest, quoniam nos de nihilo creauit, quantum ad animam, & corpus ipse formauit, rationalem creaturam ad sui imaginem beatitudinis capacem produxit &c. Nos insuper sanguine filii sui redimendo reparauit, vbi tota Christi vita, omnis labor, omne meritum occurrit meditandum. Nos insuper maximis donis exterius, & intus subarrauit. Se dedit in præmium, angelos in custodes, corporales creaturas, cœlum, & terram, bruta in alimentum &c. bonos homines in solatium, malos in exercitium, intus virtutes morales, & theologi cales, instinctus, tractiones, sacræ scripturæ cognitionem. Secundò habitudo nostra ad Deum, vbi occurret omne malum, ingratitudo, negligentia, infinita peccata, creaturarum abusus, & omnium donorum Dei, appręciatio creaturę, contemptus Dei, & suæ longanimitatis, dilatio emẽdationis &c. Tertiò seueritas diuinę iustitię, qua iustus iudex non in perpetuum se contemni patietur, sed iusta vltione plectenda animaduertet. Vbi occurrent temporales plagæ ab Adam vsq; hodie mundo pro peccatis inflictæ, vniuersalis iudicii terror, immutabilitas sententiæ, pœnarum acerbitas in purgatorio, & perpetuitas in inferno, gaudiorum & beatitudinis penalissima priuatio.

Quid fructus pcipitur ex meditatione.

Ex hac meditatione cõtinget, quod propheta, ait: In meditatione mea exardescet ignis. Ignis vtique liquefaciens animos ad diuinas influentias recipiendas per amorem, quem excitat diuinus amor meditatus, consumens, resoluens, & comminuens peccata per excitatam verecundiam, & contritionem, desiccãs & contrahens à futurorum peccatorũ commissione, per diuinæ iustitię timorem. Erit deniq; vobis meditatio illa, quasi Enchiridion, in quo omnia, quæ audituri estis, aut lecturi colligere poteritis, quia quæcunq; in scriptura continentur, & in prædicationibus sonant, vel misericordiam Dei, vel iustitiam, quę sunt vniuersę vię domini, commendant, vel teipsum tibi quasi speculũ demonstrant, secundum Greg. in mor. Poteris ergo omnia ad hanc, vel illam meditationis tuæ partem colligere, & habebis copiosissimam materiam, & semper nouam meditandi. Sed fortè dices: Si ad meditandum me composuero, euolat spiritus, & distractiones vanarũ cogitationum sine numero, mihi occurret vt non possim, quæ voluero, meditari. Dilectissimi hic labor est meditationis. Ad figendum cogitatum tuum eniti oportet. Si etiam cẽties distraheris, toties reuertere in idipsum, q; si diu conatus fueris, & facere nequiueris, nõ ideò silentium, & secretum irrumpere. Si aliud non vales saltem tempus hoc

Deo

Deo offer vacando, & nequaquam mercede frustraueris. Scito tamen & meditandi gratiā donū Dei esse, ideo ora, pulsa, dicens cū propheta: Adiuua me dñe, & saluus ero, & meditabor in iustitia tua, forsitan, si perseueraueris, miserebitur tui Deus &c. Si hæc feceritis erit vobis pro potu dulci digestiuo, & præparatiuo omnis materiæ peccantis ad expulsionem, vt ea reiecta possitis securi coram homine rege comparere, rationem de actibus vestris singulis redditurì. Quod nobis concedat idem rex & dominus Iesus Christus cum patre, & spiritu sancto benedictus. Amen.

DOMINICA XXIII.

Sermo medicinalis contra pestilentiam.

REDDITE quæ sunt Cœsaris, Cœsari, & quę sunt Dei, Deo Mat. 22. Nemini quicquam nos debere, sed debita omnibus reddere hortatur apostolus ad Ro. 13. Sumus autem debitores eis, qui nobis operantur, qm̄ teste veritate, dignus est operarius mercede sua. Lu. 10. Operariis verò his maiori nos debito astringunt, qui pro nobis maiori periculo se supponūt Cuiusmodi sunt qui pugnę, & bellis pro republica se exponunt. Hi siquidē vitam, qua nihil charius, & preciosius, fortunæ cō mittunt, vt nos securius viuamus, belli laboribus vacant, vt nos pace fruamur Siquidem bellando desyderat quilibet peruenire ad pacem 15. de ci. Dei. Sunt aūt duo ꝓ nobis (quāuis dispariter) bellātes. s. Potestas secularis, cui p̄sidet rex terrenus, & spiritualis, qua p̄eminet cœlorū imperator Christ⁹. Ille pro corpe corruptibili, iste pro spiritu immortali bella gessit. Sicut scribitur, Christus semel ꝓ peccatis mortuus est iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatos quidē carne, viuificatos aūt spiritu 1. Pet. 3. Ille vt modico tempore ab hominū iniuriis, & à damno tpali liberemur. Iste vt à potestate dęmonū & iactura insinibili eruamur, sicut scriptum est, In hoc apperuit filius Dei, vt dissolunt opera diaboli 1. Io. 3. Ille in pompa & mundi gloria suis dominando regit. Iste in paupertate, ac despectu omnib⁹ seruiuit. 2. Cor. 8. Factus est propter nos egenus, cū esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Ille demum pro vita sua tuenda subditorum vitā exponit, iste pro seruorū inutiliū vita recuperāda, sua spontè mortē turpissimam degustauit. Hinc de eo scribitur: Deglutiens mortē vt vitæ æternæ hęredes efficeremur. 1. Pet. 3. Cum itaq; terreno Cœsari debeatur cēsualis denari⁹ sua imagine signatus, & nomine circūscriptus. Quis enim militat suis stipendiis vnquam? 1. Cor. 9. Quantò magis reddendū est, quod debemus Deo animā. s. nostram sua imagine signatam, sanguine mundatā, virtutibus, donis, & sacramētorū characterib⁹ circumscriptā? Quæ cū minimè attēdissēt pharisęi, nō solū Deo sua reddere negabant, sed & Dei filiū pro sua liberatione missū odiētes, vt extinguere possent, sermonib⁹ circūuenire occultè laboraret, quos domin⁹ sua responsione & arguit, & ad viā rectā erudiuit, cū quęrentib⁹ si licet cēsū dare Cęsari, respondit: Reddite, q̄ sunt Cęsaris, Cęsari, & q̄ sunt Dei, Deo. q. d. Quid opus est hac. sollicitudine ꝓ Cœsare, qui q̄ suū est, vobis etiā tepugnantibus extorquebit, & obliuisci Dei, q̄ patienter expectat? Reddite ergo Cęsari, q̄ Cœsaris sunt tributū. s. à quo minora bona, & Deo, quę Dei sunt, charitatem, veritatem, & iustitiam, neminem odientes, neminē fallentes, neminē opprimētes, sicut in me ostēditis à quo Deo maxima bona recepistis, de quibus verbis &c. Aue. Primò recitetur euangeliū. Secundò ex ipso regrediendum ad materiam proxima dominica inceptam. Euangelium Abeuntes &c.

Audistis historiam sacræ lectionis, q̄ iudeorū peruersā dolositatē in qōne, & Christi dn̄ nostri diuinā sapientiam aduersus quam nihil pōt stulta hominū præsumptio in sua respōsione cōmēdat. Sed quia vt Ezech. ca. 2. meminit. Scriptura sacra liber ē script⁹ int⁹, & foris. Intus

Marginalia: Nemini quicquā nos debere oporteret. — Quę sit medicina nostra p̄seruatiua.

Intus per allegoriam, foris per historiam. Intus per spiritalem intellectum, foris autem per sensum literæ simplicem. Ideo dimisso iam literali intellectu aliquid spirituale hauriamus, quia hoc ipsum pars erit nostræ medicinæ præseruatiuę, de qua aliàs audistis, quia est digestiua, euacuatiua, & confortatiua. Digestiuum habetis meditatione re diuinæ erga vos dilectionis, vestræ ingratitudinis, & Dei iustæ seueritatis, quam si exercitabitis, perfectum sine dubio sentietis. Super est nunc exponere medicinam materiæ disconuenientis euacuatiuam, vbi primo dicenda erit purgatiua medicina, & sumendi modus explanandus, secundò tempus, quo sumi oportet declarandum. Quo ad primũ materiã euacuandam nostis, q̃ sunt peccata vestra. Ad hæc etenim euacuanda dominus hortatur, cum ait, Reddite, quæ sunt Dei, Deo. Redditur, quod præ acceptum est. Accepimus autem à domino Numisma regis æterni signatum imagine, atque characteribus circumscriptum, animam scilicet nostram ad Dei imaginem creatam. Hanc accepimus mundam, & ornatam, & circumscriptam, vt supra scriptum est, quam ẽt ita reddere oportet, cum iudex eam repetet, di. Ostendite mihi numisma. Et iterum, Cuius est imago hæc, & circum scrip. Nos verò fędauimus imaginem, peccatorum fuliginem superduximus, nomen regis, quantum in nobis est, deleuimus, & aduersarii sui nomen inscripsimus, quem nobis peccando dominũ fecimus, sicut apostolus Rom. 6. ait, Serui estis eius, cui obedistis, propter quod non christiani sed verius diabolici dicendi sumus, sicut Io. ait, Qui facit pec. dia. est. 1. Io. 3. Deleuimus insuper scripturam regiam, dona. s. & virtutes, & cauteriũ bestiæ vitiorum. s. habitus impressimus. Oportet igitur à fuligine purgare per pęnitentiam peccati euacuatiuam, & inscribere per virtuosam exercitationem, per quam imago nostra nedum ornatur, sed & confortatur. Ecce habentis nostræ medicinæ reliquas duas partes. s. euacuatiuam, & conforta tiuam. Sed frustra medicinam accepimus, nisi etiam die, tam studiosè obseruemus, abstinendo. s. à generati uis eorũ quæ euacuanda sunt. Stultum enim esset eandem materiam simul euacuare, & nutrire. Ita reuera necesse est volentem per pænitentiam euacuare peccatum, abstinere primum à peccato, alioquin irrisor est, & non pęnitens, qui ad huc agit, quod pęnitet, vt dicit Isid. li. 2. de sum. bo. cap. 16. Fallunt enim se ait Aug. in Ench. qui per elemosynas largissimas fructuum suorum, vel pęcunię impunitatem se emere ęstimant, in peccatis permanentes. Ad hoc hortamur à domino, cum dixit, Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari. Cęsar, qui mundi princeps est, rectè diabolus intelligitur. De quo dominus Ioan. 12. ait, Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicq̃, cuius dona sunt vitia, & peccata, ad quæ nos seducit mundi huius proprietatibus, & oblectamentis. Reddenda itaque sunt Cæsari, quæ sunt eius. s. vitia cum suis occasionibus, mundi. s. oblectationibus, & sic demum, quę sunt Dei, Deo, quoniam secundum Amb. super Luc. Rectè prius dominus decernit reddenda fore Cæsari, quæ sunt Cęsaris, quia non potest quis esse domini, nisi prius renunciauerit mundo, renunciauerit, intellige, non vsu, sed affectu. Ac itaque seruata dicta vtiliter sumitur medicina euacuatiua. Medicina ergo peccati euacuatiua est pęnitentia, cuius tres sunt partes, Contritio confessio, satisfactio, secundum Chrys. & in dist. 16. quarti a. quæ nõ ĩ cõgruè significari possunt per corporales medicinas euacuatiuas. s. pillulas, pulueres, & phlębotomiam, habent enim ista amaritudinem aut dolorem consimiliter pęnitentiæ partibus Contritio autem, quæ est amaritudo, & displicentia de commissis cõtra Deum peccatis, sed occulta, & latẽs in corde, pillulis assimilatur, quæ & amaræ sunt, & sua materialia, vnde conficiũtur, intra se tegunt. Confessio verò, quacum verecundia, quæ latuerunt in notitiam claram, confessoris deducuntur, assimilatur pulueribus, quę similiter ama-

Medicina euacatitiua pcti est pęnitentia.

maritudinẽ aliquam habent, ſed in eis quoniam & tutę ſunt, nihil eſt, quod latere poteſt. In phlæbotomia verò pro tãto ſatiſfactio intelligi poterit, quoniam ſanguis, qui per ſuperflua alimenta eſt malè genitus, per oppoſitum eius. ſ. extractionem geniti ſanguinis, ad naturalẽ reducitur diſpoſitionẽ. Ita ſatisfactio malè admiſſa vitia ꝑ contrarii oppoſitionem euacuat. Nam peccatis, quæ sũt ſecundum concupiſcentiam carnis, opponit abſtinentias, ieiunia, & vniuerſaliter carnis maceratioñe. Peccato, quod fit per concupiſcentiam oculorum, eleemoſynam, & ei, quod fit per ſuperbiam vitæ, humilem orationem, vt per quæ qs peccat, per hæc etiam ſatisfaciendo torqueatur Sap. 11.

Ad perficiendam medicinã qũo ꝑcedendum.

Ad prædicta autem perficienda ita procedatis, vt primum reddatis Cæſari, quæ ſunt Cæſaris. ſ. proponendo firmiter carni, ac mundo cum ſuis concupiſcentiis nolle de cœtero adhærere, admittendo quæcunq; contra diuina aut eccleſię præcepta, & hoc propter amorem Dei nobis tam multipliciter gratiosè oſtenſum. Alioquin ſolo propoſito ſeruiendi diutius carni, aut mundo contra præcepta, conſtitueremur peccatores mortaliter. Prius enim eſt declinare à malo, & ſic facere bonum, vt dicitur in pſal. 33. Deinde vt Deo, quod ſuum eſt, reddere poſſitis, imaginẽ ſuam diligenter purgate, diligenter recogitando vitam veſtram, & conuerſationem, & circa ſingula mortalia commiſſa, & non prius per pœnitentiam dimiſſa, & eorũ circunſtantias memoriæ occurrẽtes diſplicentiam, & deteſtationem ſiue nolle peccaſſe pro quãto Dei offenſiua fuerant, eliciendo, Generaliter quoque conterendo de omnibus mortalibus admiſſis, & oblitis, & de ipſa obliuione ſcrutemur, inquit Thren. 3. cap. vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad dominum. Hęc eſt ſententia generaliter omnium doctorum, circa 4. ſent. diſt. 14. & in ſequentibus. Ipſa quoque ſic contrita ſacerdoti idoneo clarè, & verè, & integrè confiteri, ac ſatisfactionem iniungendã implere diligenter curate, prout docet magiſt. diſt. 16. quarti. Sic egit ſeruus ille, qui. 10000. talentorum veniam promeruit, licet per recidiuam ſe ſubſtrauit. Nam procidit per humiliantem cõtritionem. Confeſſus eſt, cum ait patientiam habe in me, peccaui (ſatisfactionẽ ſpopondit) & omnia reddam tibi Mat. 18. Et quia medicina hæc præſeruatiua eſt à nocumento, quod inſtans peſtis offerre poſſet, ideo omnino differri, non debet, immo nec ad horam ſuſpendi, maximè quantum ad contritionem, licet quo ad confeſſionem opportunitas temporis, loci, & confeſſoris expectari poteſt, & nequaquam vſque ad horam prę occupantis iam infirmitatis prorogari. Periculoſiſſima eſt hæc dilatio, tum quia valde dubium eſt, an differendi pœnitentiam vſque ad extrema, tunc eam conſequatur, quoniam vt Auguſt. in de lib. ar. ait, Pęnitentia fructifera opus eſt non hominis, ſed Dei, timendum eſt itaque, qui longanimitatẽ Dei, & patientiã hic ſpernit, theſaurizans ſibi iram Dei iuſto Dei iudicio à Deo deſeratur, tunc obſcuretur quoq; inſipiẽs cor eius, ac tradatur in reprobum ſenſum, ſicut de his, qui dum Deum cognouerunt, non ſicut Deum glorificauerũt, ſcribit apoſtolus Rom. 1. Cui conſonat illud Auguſt. ſerm. de innocen. Hac animaduerſionis pœna percutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui viuens oblitus eſt Dei. O terribile verbũ, & meritò formidandum, qui florem ſanitatis ſuæ in peccatis ſine timore Dei conſumunt, vanè putantes dũ præoccupat infirmitas, dum mundus abiicit, velle primum ad Deũm conuerti. Vnde Auguſtinus vbi ſupra. O homo conſydera, ſi iuſtum eſt, quod per totam vitam vitiis, & peccatis ſeruiens, & ad acquirendam æternam vitam ſemiuiuus aſſurgas. Nunquid hoc tibi fieri vis à ſeruo tuo, vt quandiu fortis fuerit, & iuuenis inimicis tuis ſeruiat, & cum ad ſenectam venerit infirmus, impotens fuerit, ad ſuum ſeruitium redire velit, Q̃d ergo non vis pati à ſeruo tuo, non eſt iuſtum, vt facias Deo tuo Tum etiã, quia ſi aliquam pęnitentiam homo tunc extor-

Medicina differri nõ debet.

torqueret, aut ore confiteretur, rarò tamen vera est, & ad salutem sufficiens, quoniam oportet huiuscemodi pęnitentiam procedere ex libertate arbitrii. Hoc est ex libera deliberatione, vt per rationem diligenter de commissis delibe ret, & per voluntatem liberè detestetur & propter Deum super omnia dilectũ, sicut Aug. ait in de lib. ar. Arbitrii quærit libertatem Deus, vt delere possit cõmissa non necessitatem, quærit charitatem, non tantum timorem. Quem ergo serò pęnitet, oportet non solum timere iudicem, sed diligere, quia sine charitate nemo potest saluus esse. Sed quis vsus rationis esse poterit ei, quẽ timor mortis vtique maximus, & sensibilis dolor opprimit quem denique mundus, & cũcta, quę dilexit, ad se vocant? vt August. vbi supra ait. Quoniam multa sunt, q̃ impediunt, & languentem retrahunt, periculosissimum est, & interitui vicinũ ad mortem pertrahere pœnitentiæ remedium, dum cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimit, vt vix homo aliquid cogitare valeat cum filii, quos illicitè dilexerat, sunt præsentes scilicet in phantasia, vxor, & mundus ad se vocet. Ideo multos solet serotina pœnitentia decipere.

Qũo pp Deũ summè dilectum pœnitet qui vsque ad mortem impœnitens fuit.

Quomodo etiam propter Deum sũmè dilectum pęnitet, qui vsque tunc impęnitens fuit. Valis enim (vt Sco. ait in 4. dist. 10.) non videtur à se ipso extorquere tunc displicentiam nouam, nisi timore mortis imminentis, & ita non propter Deum, sed propter se. s. damnationis mali vitationem. Præsumitur n. quod si remotus esset à pęna mortis, & damnationis, non plus modo pęnitentiam extorqueret, quam prius. Et quia vix est, vel rarò tam iusta conuersio, ait August. timendum est de pænitente serò. Cum ergo in pręcinctu mortis sumus omnes, & mors (vt propheta ait) est in ianua, incerti denique sumus, quis nostrum primus erit, An ego, vel fortè aliquis ex nobis? Caueamus, ne vltra tãto nos damnationis periculo committamus, nequaquam nobis longam vitam, aut extremam pęnitentiam promittamus, quia scriptum est. Repromissio nequissima multos perdidit Eccl. 9. Et iterum. Peccator, qui transgreditur mandata domini, incidit in promissionẽ nequam. Ibidem. Sed magis consilium beati Aug. audiamus in sermone de pęnitentia, loquentis de pęnitentibus in extremis. Pęnitentiam dare possumus, securitatem non. Nunquid dico damnabitur? sed nec dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari, age pęnitentiam, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quia securus es, quia pęnitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti.

Absit à vobis charissimi, absit diabolicæ illi suggestioni consentire, qu omodo quosdam facere timeo, qui in isto periculoso tempore plus, quam in alio effrenatè delitiis, vanis satietatibus, & gaudiis, repletionibus, & crapulis vacãt, ecclesiis, sermonibus, & omnibus locis se abstrahunt, vbi vel semel de fine vitæ audire contingere, timentes, ne saltem mortis memoria conturbetur. Conuenticula turpissima quærentes, sibi quasi illud in persona damnatorum loquentes Exiguum, & cum tędio est tempus vitę nostre, & non est refrigerium in fine hominis. Venite ergo fruamur bonis quę sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino precioso & vngentis nos impleamus, & non prætereat nos flos tempotis &c. Sapiẽ. 2. Irretiuit hos & catenauit fortissimè diabolus, & quasi omne aufugium damnationis abstulit, dum nouissimorum memoriã quę etiam obstinatissimos reducere solet interclusit, ad hoc quoque deduxit vt magis eligant in bonis (vt Iob ait) ducere dies suos, & improuisè in puncto descẽdere ad infernum, quam mortis præcogitatione contristari, & sic suam operari salutem. Fœlix tristitia quæ perpetuã affert lætitiam. Maledictum gaudium ꝙ interminabile & amarissimum affert incendii damnum. Saluberrimam itaque mortis incertè cogitationẽ libenter amplectimini, sicut Eccl 14. sapiens hortatur Memor esto, quia mors non tardabit, & quo nos periculo propinquiores cognoscimus, tanto magis per pœniten-

nitentiæ medicinam nobis securitatem sine dilatione prouideamus. Nam in his periculis differre velle pænitentiam vsque ad mortis articulum non solum periculosum est, sed & damnabile; vt vult Sco. in suo quarto, quia exponit se, qui talis est grauissimo salutis suo periculo Et qui amat periculum peribit in illo Eccle. 3. Ecce dilectissimi habetis alterā partem medicinę preseruatiuæ quę est peccati euacuatiua. Qua si vsi nō fueritis, vosipsi iudicate, si Deum super omnia amatis, immo si vosipsos rectè diligitis. Si nanque timore mortis temporalis, quæ vitari non potest, sed ad modicum differri, tantam curam agitis tantas adhibetis medicinas. Mortem verò animæ perpetuam, quę non modo differri, sed in toto euadi, non timetis. Nec animas vestras, quas ad imaginem suam dominus creauit sole speciosiores, sed peccatis per vos maculatas, purgare, ac sibi reddere satagitis, nec Deum, nec animas vestras diligitis, immo nec corpus, quod necessariò cū anima, vel ignibus, vel gaudiis ascribetur. Quid plura? qui in hoc formidoso tempore se non emendat, quæ rogo salutis eius spes haberi poterit?

Euacuās omnem materiā peccantē quid faciat, vt se cōseruet

Quod si hac medicinali penitentia ab anima vestra omnem peccātem materiam euacueritis. Restat, vt cum gaudio, bonorum operum exercitio, orationibus piis desyderiis, verbi Dei auditionibus, abstinentiis, vigiliis, laboribus, elemosynarum tam corporalium quam spiritualium largitionibus, & cæteris virtutum exercitiis quæcunque manus vestra poterit instanter operando, animam vestram prius infirmam, & nunc purgatam, confirmetis pariter, & ornetis. Hæc sunt olfactoriola suaue redolētia, omnem vetustæ fęditatis fętorē pellentia, atque bonam vestram famam velut fumum aromatum longè exhalantia per quē facta est medicina vestra præseruatiua, qua muniti, nulla pestis, nulla mortalitas nocere vos poterit quouis modo, quod declarandum sermoni proximo reseruabo. Sed & summi regis imago in ipsa reformata virtutibus circumscribitur, & ornatur, vt reddere possitis sine timore cum gaudio repetenti domino, & dicenti. Reddite, quæ sunt Dei, Deo. Quod nobis concedat idem dominus in secula benedictus, Amen.

DOMINICA XXIIII.

Contra pestilentiam Sermo medicinalis.

SI tantum tetigero vestimentum ei⁹, salua ero Matt. 9.

Quamuis secūdum Aug. 7. de ci. ca. 20. Deus sic administrat omnia, quę creauit, vt etiam ipsos proprios exercere & agere motus sinat, tamen vt idem dicit hom. 23. super Io. quędam sibi reseruauit, quæ faceret opportuno tempore præter vsitatū cursum, ordinemq; naturę, vt nō maiora, sed insolita vidēdo stuperent, quibus quotidiana viluerunt, sicque erigeretur mens, exerceretur intellectus, vt inuisibilem per visibilia opera mirarentur, & erecti ad fidem, purgati per fidem, etiam ipsum inuisibiliter videre cuperemus, quem de rebus visibilib⁹ inuisibilem nosceremus. Ad quem denique ab omnibus derelicti confugerem⁹ quem super omnem naturæ cursum, potentiam, & ordinem, nobis succurrendo assistere sentiremus. Sicut ex persona Iosaphat regis Iuda scriptura dicit 2. Paral. 20. Cum ignoramus, quid agere debemus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te domine. Hoc ipsum facto ostendit mulier illa Emoroissa, quæ cum duodecim annis sanguinis fluxum patiebatur, studiosè quoque medicos quæsisset, ita vt omnem superbiam suam in eos exposuisset, nec tamen ab vllo curari potuisset, vt dicit Luc. 8. cap. immo vt Marcus refert cap. 5. magis deterius habuisset, ex miraculis visibilibus omnipotentiam domini Iesu inuisibilem cognouit, longaque miraculis suæ infirmitatis experientia didicit, in solo domino confidendum. Vnde apud eum omnibus naturæ, & artis frustrata subsidiis salutem quæ-

De⁹ quędam sibi reseruauit quæ faceret opportuno tempore.

siuit, dicens intra se. Si tetigero vesti. &c. Pro gratia Aue maria. Propriò recitabitur euangelium. Secundò quæ dicta sunt de medicina præseruatiua, breuiter rememorabuntur vt quædam alia addantur. Tertiò ex materia euangelii ostendetur medicina curatiua eorum, qui iam corporali clade infecti laborãt etiam in extremis.

Pœnitentiam leué facit sancta, & deuota meditatio.

Quantum ad primum dicit euangelista. Ecce princeps vnus &c. Quantũ ad secundum. Audistis sermone proximo quali medicina poteritis vos à præsentis cladis periculo præseruare, ne vos appræhendat, ea videlicet qua euacuabitis peccata vestra; quæ sunt materia omnis morbi nocentis. Hanc enim si statim adhuc sani adhibueritis, pęnitentiam loquor, securi eritis. Si verò differtis, maximo vos (vt Aug. loquitur) periculo committetis, immo in hoc periculoso tempore differre velle pęnitentiã ad mortis articulum nedum periculosũ est, sed & damnabile, vt supra in fine prioris sermonis verso folio vsq; Quod si hac sequitur. Pęnitentiam auté istam leuem facit sancta, & deuota meditatio, quia excitatiua est dilectionis Dei, peccatorum odii, iudiciique timoris. Facilè autem displicet, quod dilecto nõ placet, facilè relinquitur, quod oditur, facilè prohibetur, ne redeat, pro quo iudici sisti, & pęnis non dubitatur acerrimis deputari. Oportet siquidem facta peccatorum euacuatione diligenter cauere recidiuam. Et sicut pro euasione morbi corporaliter vitari solent, & loca, & personæ infectæ, ita & peccata cum suis occasionibus oportet diligentius declinare. Alioquin cõtingit eis (vt Petrus ait) id prouerbium. Canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti 2. Pet. 2. Nam sicut ei, qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit, nihil prodest baptizatio eius, sicut homo, qui ieiunat pro peccatis suis, & iterum ea faciens, quid proficit humiliando se? Orationem eius quis exaudiet? ait sapiens Eccle 34. Si tamen per infirmitatem post actam pœnitentiam in peccatum labi contingat, idem tunc quærendum est pœnitentiæ remedium, quod nunc. Ad hoc charissimi tendat vestra diligentia, & summa cura, vt vos non patiamini per momentum stare in periculo salutis, in quo sine dubio estis, quandiu in peccatis mortalibus quiescitis. Peccatum itaq; mortale tanquam venenum mortiferum, sine vlla mora expellere summopere vigilate.

Qũo scire possumus statum nostrum.

Dices fortè. Quomodo scire possum, & agnoscere statum meum, si securitati vel periculo sit subactus, cum facile homo prẽsertim in seculo constitutus peccat? Nam & 3. Reg. 8. dicitur. Non est homo, qui non peccet. Ad hoc dico, qđ & si homo per euidentiam scire non possit se absque peccatis, & per consequens in gratia fore, alioquin frustra orasset propheta. Ab occultis meis munda me domine, potest tamen si diligenter vias suas scrutatus fuerit; multum probabiliter, & prope certè id diiudicare. Huius etiam cognitio homini longè vtilior, quam si nosset omnem mundanæ philosophiæ subtilitatem, immo qđ si difficillimas theologorum dissoluere sciret quæstiones. Hinc Bern. lib 2. de consyd. ait. Licet totum noueris, omnia mysteria, lata terræ, alta cęli, profunda maris, si te nescieris, eris similis ædificãti sine fundamento, ruinam non structuram faciens. Quomodo verò, vel ex quibus homo huiusmodi iudicium de seipso habere poterit, docet illuminatissimus Ioan. Gers. cancel. Parisien. in suo triparti per 1 cap. 6. vbi ponit tres veritates, quas si homo pura mente dicere potest ad dominum, se in statu salutis esse confidat, sin autem in statu damnationis se fore non dubitet. Prima est. Sic, vel sic contra tuam bonitatem mãdatum tuum transgrediendo peccaui, quod mihi displicet, & doleo, quia te offendi, qui totus venerandus es, & colendus. Secunda. Domine bonum habeo propositum, & desyderium te iuuante præcauendi mihi in futurum, ne incidam in peccatum, & occasiones peccatorum iuxta possibilitatem virium euitandi. Tertia domine bonam habeo voluntatem confessionem integraliter faciendi, pro loco, & tempore, secundum tuum, & san-

& ſanctę matris eccleſiæ mandatum. Et ſubdit. Has tres veritatis quiſquis qualicunque loco, & tempore ſynceritur non fictè, aut mendaciter ex corde pronunciauerit, ſecurus exiſtat ſe in ſalutis, & gratiæ ſtatu conſiſtere, & vitam ęternam mereri, quamuis omnia mundi crimina commiſiſſet. Et addit Si etiã talis abſque alia confeſſione continuò decederet, in abſentia ſacerdotis, dormiendo, aut alio quouis modo morte ſubita preuentus, finaliter ſaluaretur, licet acerbiſſima purgatorii pœna mediante. Et poſſunt dictæ veritates fundari in verbo Ezech. 18. dicentis. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis fuit, qui operatus eſt, quo ad primam. Et cuſtodierit vniuerſa præcepta mea, quo ad ſecundam. Et fecerit iudicium, & iuſtitiam, quantum ad tertiam, vt iudiciũ referatur ad confeſſionem, iuſtitia ad ſatisfactionem. Vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius, quæ operatus eſt, non recordabor. Ex quo conſilium ſalubre ſubiungit prædictus doctori. Chriſtianus quolibet ſingulis diebus bis, aut ſemel, ſerò, & in mane, aut ſaltem feſtiuis diebus redeat ad cor ſuũ conſcientiam examinans, an tres præmiſſas veritates proferre valeat cũ cordis ſynceritate, ſicq; intra ſtatum ſalutis ſe eſſe confidat. Quia ſi eas pura mẽte fateri non valet obſtante voluntate peccandi, qua actualiter delectatur, aut iniquo propoſito, quo quis occaſiones peccatorum vitare renuit, quẽmadmodum illi, qui peccatis carnalibus merſi reſurgere nolunt, aut vſuras ſuas, aut ſimoniacas pactiones, iniuſtas mercationes, & lucra continuant, vel iniuſtè retinent alienum. Quique alterius odio, & vindictæ deſyderio flagrantes, in nocẽdi propoſito perſeuerant, aut qui proximos temporaliter, vel ſpiritualiter ſua negligentia damnificant. Habentes officia regendi populum, & ſola lucra captantes, populo non de ſalute, & iuſtitia prouidentes. Certiſſimè ſcient hi, & cõſimiles nec ab epiſcopo, nec à Papa abſolui poſſe, & per conſequens in ſtatu dãnationis conſopitos. Poteſt autem hæc examinatio breuiter fieri, poſtquam ſemel perfectè facta eſt. Facilè enim ſe homo recolligit ad opera præſentis diei ſecundum veritates prædictas, quod difficilius erit, ſi longo tempore differatur.

Quõ animas noſtras confirmem⁹ poſt acceptam ſanitatem.

Satagite demum, vt euacuatis peccatis per dignam pænitentiam, bonorum operum exercitio, orationibus. ſ. deuotis piis deſyderiis, ſedula verbi Dei auditione, corporalibus abſtinentiis, vigiliis, & laboribus, elemoſynarum tam corporalium, quam ſpiritualium largitionibus, cæteriſque virtutum exercitiis. Quæcunque manus noſtræ poterint inſtantes laborando, animas noſtras prius infirmas, nunc verò purgatas confirmare pariter, & ornare. Hæc quippe ſunt olfactoriola ſuaue, redolentia (Chriſti bonus odor ſumus 2. Cor. 1.) omnem antique fœditatis fętorem pellentia, atq; bonam noſtram famam vſque ad cęlum velut fumum aromatum exhalantia, ſicut in Apoca. ſcribitur 8. cap. Et aſcendit fumus aroma. quæ ſunt orationes ſanctorum Et in hoc perfecta eſt medicina veſtra præſeruatiua, qua ſi vſi fueritis, ſecuri eritis ab omni periculo, atq; damno.

Periculũ peſtis quõ fugiatur.

Sed dices iterum. Quomodo euadam periculum, cum etiam ſi omnia hæc ſtudioſius obſeruauero, nihilominus à peſte poſſim nedũ infici, ſed etiam ab ea morte conſummari? Non ergo ſunt medicinæ tales, quales promiſiſti, quales ẽt ſperabamus. Quamuis dilectiſſimi magnum eſt ita ſe regere, vt infirmitas nõ inuadat, non tamen minus eſt, immo magis tales habere medicinas, per quas ita infirmitas cohibetur, vt etiam ſi inuadat, tamen omnino nocere non poſſit, ſicut de probantibus tiriacam eſt videre. Talis eſt medicina, quam dedi, neque enim dixi, non vos inuadet peſtis, ſed non nocebit, ita reuera non nocebit, immo ne mors ipſa ſi mori contingat. quis enim diceret amaram medicinam, quę ſanitas introducitur lædere infirmum, & non magis ſaluare, quamuis palatum, & linguam amaricet, ita nec mors corporis eos lędere putanda eſt, quibus perfectè præſtat introitum ſanitatis, ſicut

latè

latè declarat Chryso. hom.39.de morte Abel. Quid si ostendero mortem corporis, dum (vt præmissum est) dispositi fueritis, non modo timendã non esse, sed super omnia huius seculi transitoria desyderabilem? Quomodo rogo desiderabile non est, quod nedum apud homines sed apud dominum rectissimum omnium cognitorem preciosum habetur? Sed quid ait de morte iustorum propheta, preciosa est inquit in conspectu domini, mors sanctorum eius. Sanctos omnes vocant, qui & si maximi peccatores fuerunt, tamen per contritionem stolas suas in sanguine agni dealbantes, in fide, & vnione sanctæ matris ecclesiæ per gratiam hinc decednut, hi enim omnes in domino, cui vniti sunt, tanquam mẽbra corporis eius, quod est ecclesia per fidem & charitatem moriuntur. Ideoq; eos beatificat. Ioan. Apoc.14. Beati inquit, mortui, qui in domino moriuntur. Et rectè sunt beati, Quoniam iusti, qui morte præoccupantur, in refrigerio erunt Sap.4. Ideo Salomon mortem vitæ huius exilii præfert. Melior est inquit dies mortis die natiuitatis. Eccl.7. de huius deniq; laude per quendam dicitur, Mors nihil aliud est, quam exitus de carcere finis exilii, depositio oneris grauissimi, omnium ægritudinum terminatio, omnium periculorum euasio, omnium malorum consumptio, omnium vinculorum diruptio, debiti naturalis solutio, reditus in patriam, ingressus in gloria. Hinc etiam b. Aug. in de quęstis veteris, & noui testa. Triste inquit, fuit mori, & terribile in veteri test. quia tũc omnes in infernum descenderunt. Modo autem ait, in de visita. infir. audact. pronuncio, initium vitæ hominis principium dolorum est. Mors verò finis. O mors desyderabilis. O mors omnium malorum pręsentium finis. O mors omnis laboris clausula, quietis principiũ. Quis cogitare posset tuarum beatitudinum vtilitates? Quis eius beneficia sufficienter enucleat? quæ hominem Christo conglutinat. Valeat mors dilectissima, confiteor, quod si possem, libenter te amplecterer, libenter se gustarem, vltro te subirem Quæ attendens propheta, dilationẽ eius suspirauit, dicens. Heu mihi incolatus meus prolungatus est. Apostolus. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Phil.1. Verum tamen & si bona est mors iustorum, peccatorum tamen mors pessima est, & amarissima. Quia finis transeuntium delectationum (quas peccatores summopere desyderant, & initium damnationis, & intolerabilis miseriæ. Hinc dicitur Eccle.49. O mors quam amara est memoria homini pacẽ habenti in substantiis suis, viro quieto, & cuius vitę directæ sunt in omnibus. Cum autem per nostram medicinam hoc agitur, vt de peccatoribus iusti fiamus, per eam mors pessima erit preciosa. Vnde manifestum est, quod tunc non modo nobis sic per medicinam præseruatiuam dispositis nihil damni affert, sed maxima commoda prębet, dum nos de præsentis exilii miseria transfert ad gaudia patriæ sempiterna, & tantum de secunda parte sermonis.

Quo ad tertium, quia linum fumigans extinguendum non est, nec a runde quassata confringenda, vt de Christo dicitur Matt.12.cap. Ideo qui hanc medicinam præseruatiuam non acceperũt dum sani fuerant, sed iam præuenti mortali infirmitate saluari cupiunt, non sunt sine spe venię relinquendi. Quoniam & si grauissimo se comiserunt periculo, qui vsque tunc conuersionẽ suã distulerunt. Est tamen & huius periculi cura, ipsa. s. sera pęnitentia, quæ sicut Aug. ait, licet difficile sit, vt tunc sit vera, melior est tamen sera, quam nulla. Pęnitentia enim si in extremo vitæ hiatu aduenit, sanat, & liberat. Multum fuit sera latronis pęnitentia, sed non sera indulgentia. Sed licet latro veniam meruisset in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi, & perseueraudi autoritatem, hæc ille. Ad hanc autem quomodo se disponere valeant, nostra Emoroissa suo tacto docet. Hæc quippe annis duodecim infirmitate &c. vt audistis in euangelio. Apptè hæc mulier peccatorem significat, qui in peccatis dies suos vsque ad termi

Linũ fumigans non est extinguẽdum.

minum vitæ præsentis ducit,& hoc ratione morbi, temporis,& medicinæ inaniter quæsitę. Sicut.n.in sanguinis fluxu sanguis sanguinem effluendo tangit ita etiam qui in peccatorum consuetudine viuit, peccata peccatis addit, sicut per Oseam 4.dicitur sanguis sanguinẽ tetigit, quod exponens Grego. homil. 11.in Ezech.sanguis inquit, sanguinem tangit,quando peccatum peccato additur,vt ante Dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruentatur Ratione temporis duodecim anni rectè tempus vitę hominis peccatoris rẽpsentãt. Duodecim.n.ex quinq;, & septem constituitur. Quinque numerus est sensuum humanorum, secundum illud Iuga boum quinq; emi,vt exponit Gre. ho. 36. Est ꝙ numerus quinq; potentiarũ aĩæ scdũ philosophum 2. de anima,quæ sunt vegetatiua,sensitiua,intellectiua,appetitiua,& secundum locum motiua,quib⁹ omnis vitalis actio exercetur. Septẽ verò vniuersitatem temporis, quod septem diebus currit,vel etiam vniuersitatem creaturarum secundum eundem Greg hom.35 significat.Peccatorum vita ergo ex septem, & quinque componitur, quia vniuersum vitæ suę tempus in quinq; sensuum oblectamẽtis ab eis consumatur Vel quia omnẽ animę suę potentiã ad creaturarum temporaliũ vniuersitatem reflectunt,nihil de æternis bonis cogitãtes.Etiam ratione medicinæ inefficacis, quoniam cum desyderiorum suorum inopia languent, de voluptate in voluptatem fluentes, sanari.i.satiari ab exterioribus bonis huius seculi,quæ sanitatem spondent, quasi à medicis promittentibus curam quærũt Quibus omnẽ substantiã erogant, dũ pro acquirendis huiusmodi temporalibus corpus,& animã in curis,sollicitudinibus, & laboribus vanè consumunt. Sed indies deterius habent,quia quãtò tẽporalia amplius habentur,tantò magis grauant,desyderia accendunt, quæ satiari omnino non possunt, vt ostensũ fuit in festo omnium sanctorũ proximo elapso.Hi ergo cum ad extrema perueniunt, primũ se illusos cognoscunt,qa tunc vacui, & inanes oĩa huius tẽporis bona simul cũ vita relinq̃re coguntur. Nec aliud superest remediũ,q̃ vt ad fimbriã vestimenti saluatoris tangendã totis desyderiis anhelent. Quid per vestimentũ Christi nisi charitas eius significatur, sicut in euangelio de veste nuptiali declarari solet? Cuius fimbria rectè misericordię, & charitatis effectus intelligitur. Tangat ergo vestimentum recogitet charitatis Christi magnitudinẽ circa se exhibitã, quẽ dãnatione dignissimum patienter tulit, quodq; in hac ora de salute sua cogitare cõcedit, vnde magnã spem concipiat,atq; hanc vestem nõ relinquat, sed omnibus aliis ꝓ posse exclusis,ad diligendũ suum dilectorem se exercet, & sic se negligenter egisse recognoscẽs ꝑ Dei honorẽ,& amorẽ displicentiam de commissis extorqueat. Et quia in hoc articulo modica hõ rõne vtitur, vtilissimũ est tunc hr̃e præsentẽ fidelẽ amicũ, q de singulis ꝑdictis moneat, ac amico decedenti in extrema necessitate fideliter assistat. Nec ab hac dilectionis veste se auelli quacunq; fraude tentatoris patiatur, sed in omnibus opponat vestimẽti fimbriam,effectus dilectionis maximè passionẽ Xpi. In cuius merito non suo saluari confidat,dicens apud se semper.Si tetigero &c.si dilectioni eius incorporatus fuero, saluus ero. Ad quam salutem nos perducat Christus &c.

Vtile est tempore mortis habere, qui nos moneat.

De non timendo mortem.

Ecce dñs meritò nr̃a prauitate cõmotus, flagellũ extendit, primo famis, mõ pestis & omnibus modis laborans à corruptione nos subtrahere. Sed non ita satagimus correptionis causam, culpam videlicet nostram amouere.In cuidenti iam positũ est, dissimulari non potest,an magis Deum, an carnem nostrã amemus. Quis .n. vnquam nostrũ tantã fecit diligentiam ad vitãdũ peccatũ quo De⁹ sũmũ bonũ, & sup oĩa diligibile bonũ offenditur, & mors æterna, q̃ crudelissima est,incurritur quãta nũc ĩpẽditur opa, vt mors corporis ineuitabilis paululũ differatur? Hinc occasiões vndecũq;, quib⁹ suspicio tp̃alis mortis

Dom in⁹ mot⁹ prauitate nostra flagella super nos extẽdit

A a inge

ingeritur, summa custodia cauentur. Hinc patria, amici, possessiones relinquuntur, ad alia loca fugitur. Sed turpitudines, & peccata cnm eorum occasionibus continuantur. Ingens timor mortis plurimos inuasit qui timoré Dei & mortis æternę extinguit, dũ ꝑ euadenda morte carnis præcepta Dei soluuntur, & fraterna charitas læditur. Si mors timenda est, rogo, ipsi iudicate. Quæ mors? An temporalis, quę ineuitabilis est, an ęterna, quæ non mõ differri, sed pœnitus excludi potest, Hęc certè mors timenda est, & summopere cauenda, qua anima immortalis occiditur per peccatum, & simul cũ corpore ĩfinibilibus pęnis adiicitur in gehennã. Nolite ergo charissimi mortem istam corporis temporalẽ, & nobis factã necessariam timere, sed mortẽ animę, atq; gehennæ vehementer timete, & timendo cauete. Hæc est mors secunda, de qua in Apoc. c. 2. quã nullus electorum videbit, quoniã eodẽ teste c. 20. Beatus, qui habet partem in resurrectione prima, in his secunda mors non habet potestatem. Resurrectio prima est resurrectio iustorum. Nolite igitur timere mortem primam. i. corporis, quia timor ille est vanus, & vitiosus idest noxius, & à christiano homine alienus.

Timor mortis cur vanus.

Vanus quia inutilis, quoniam mors illa neque vitari, neq; vltra constitutũ differri potest. Et præsertim mors illa pestilentiæ, quoniam ipsa flagellũ Dei est, & inter triplicia Dei flagella minimum. Quia flagellum dici sit, tota scriptura clamat, Vnde Ezech. 6. Gladium, famẽ, & pestem, minatur. Sic c. 7. & alibi locis innumeris. Quia verò sit inter tria minimũ patet, qm̃ Dauid, cui ex his trib⁹ optio data fuerat, vt vnũ eligeret, quo peccatum numerationis populi expiaretur, pestilentiã elegit 2. Reg. vlt. Euadere autem manum domini impossibile est aut ei resistere. In cuius ditione cuncta sunt posita, & non est, qui suæ possit resistere voluntati Hest. 13. Ipse solus est, qui vitę, & mortis habet potestatem. Sap. 16. & Deut. 32. ait dominus, Videte, quod ego sum solus, & quod non sit alius pręter me: Ego occidam, & ego viuere faciam. Percutiam, & sanabo, & non est, qui de manu mea possit eruere. Vnde sicut sine domino viuere nemo potest, ita nec mori. bona, & mala, vita, & mors a Deo sunt Eccl. 11. Quẽ verò vult mori, viuere qũo poterit? Quod etiam experientia satis probat. Moriuntur medici. Moriuntur profugi. Moriuntur inclusi, & in abditis locis ab hominibus remoti. Nemo ergo ad tp̃s à morte præseruari põt, nisi quẽ dñs voluerit præseruare. Nam euadere simpliciter impossibile est. Est ẽt timor ille vitiosus. i. noxius, quia timorẽ Dei virtuosum expellit. Timor. n. ille consequitur amorem sui: Amor autẽ sui inducit cõtẽptũ Dei, & ita extinguit timorẽ Dei. Nã secundũ b. Aug. 14. de ciui. Dei c. vlt. Duo distinguuntur amores contrarii, tanquã duarũ ciuitatũ radices. Amor. s. Dei crescens vsq; ad contemptũ sui, & amor sui crescens vsque ad cõtemptũ Dei. Et sicut isti duo amores contrarii sunt, & se expellunt, ita & timores duo huiusmodi amores consequentes. Timor. n. consequitur amorem Qui. n. amat, timet malũ, vel offensam eius, ꝙ amat. Iõq; propheta non ab inimicis, sed à timore inimicorũ se eripi orauit, dicens. Exaudi dñe orationẽ meã cũ deprecor à timore inimici⁹ eripe animã meã. Non. n. mors, sed mortis timor separat à Deo. Hęc. n. facit recedere à iustitia, ne recedatur à labili vita. Deniq; ꝑ timorem se velle eximere à numero flagellorũ, est se velle eximere à numero filiorũ, vt vult Augu. lib. 1. de pasto. Quis tandem nõ videt, quam iniustũ est timere correptionẽ; & non timere culpã corrigendã? quãq; temerarium velle resistere Deo, q eũ, quẽ diligit, castigat, flagellat aũt omnẽ filium, quẽ recipit? Sed di. forte, Non est hæc pestis flagellũ Dei, qm̃ accidit ab aeris corruptione, nec põt dici flagellũ Dei, quod natura operatur. Qui sic replicat errat, non attendens, ꝙ qui per suã omnipotentiã naturã cunctã creauit, per suã sapientiã creata gubernare non desinit. Natura à se creata, dñs tanquã suo

Timor mortis vitiosus.

instru

instrumento vtitur. Ipse tñ principaliter operatur. Vsq; modo pater meus operatur, & ego. Io. 5. Nimirũ Ex ipso, p ipsum, & in ipso sunt oĩa. Ro. 10. Attende oẽs plagas à principio à Deo inflictas, quia inflictę sunt ministerio creaturę, non quia ipse ministerio craturæ indiguit, qui vno nutu delere põt vniuersum mundũ 2. Mach. 8. Sed quia eis vti voluit. Sic in diluuio, sic in plagis Ægypti, in multiplici punitione rebelliũ in deserto, in persecutione filiorum Israel per regem Salmanasar, Nabuchodonosor. Est etiam timor mortis corporalis ab homine christiano alienus, christiano dico, nõ tm̃ nomine, sed rei veritate. Alienũ quippe est, ne dicã impossibile finẽ optimũ timere, immo hũc nõ amare, & desyderare. Finis verò christiani hominis nõ sunt præsentia, sed futura, & ęterna atq; summa bona, vt vult Aug. ser. 65. de verbis euangelii. Qui verò vult, & diligit finẽ assequi, nõ põt non velle media, sine quibus finẽ appręhendere nõ põt. Nã qui efficaciter vult antecedens, vult & consequẽs scitũ esse tale. Scitũ autẽ est in omni christiano, quod assecutio beatitudinis infert mortẽ corporis. Sequitur. n. secundũ ordinatã dici potentiã, Io. beatificabitur, ergo morietur. Cũ ergo beatitudo in hac vita possideri nõ possit, nemo ad eã venire põt nisi per corporis mortẽ. Quid est, quod ianuam formidat, qui intrare desyderat. Deniq; cũ mors iustorũ optabilior sit vita hac misera, timere mortẽ est timere meliora. Nã iustus, si morte præoccupatus fuerit ĩ refrigerio erit Vnde & Salomon mortẽ vitæ huius exilii prætert, dicẽs, Melior est dies mortis die natiuitatis. Eccle. 7. De cuius laude p quendã dicitur. Mors nihil aliud est, quã exitus de carcere, finis exilii, depositio oneris grauissimi, omniũ ægritudinũ terminatio, omniũ periculorum euasio, omniũ malorũ consumptio, omniũ vinculorum diruptio, debiti naturalis solutio, reditus in patriã, introitus in gloriam. Et b. Aug. in de visi. infir. Audacter pronuncio quod initium vitæ hominis principium dolorum est, mors verò finis. Ecce quanti sunt desyderabiles effectus mortis. Et si natura mortẽ horret, ratio tamẽ hũc timorem superare, & magis appetere, quã timere debet, sicut amarã medicinã infirmũ sanantem, licet gustus infirmi nauseat, tñ ratio sanari cupientis sponte acceptat.

Timor mortis est alien⁹ à christiano.

Sed dices fortè. Paratus essem etiam libens subire mortẽ, si certus essem per mortem transire ad vitam. Nunc aũt sicut mors quibusdã est ianua vitæ, ita aliis porta finalis miseriæ, qm̃ sicut preciosa in conspectu dñi mors sãctorũ eius, ita mors peccatorũ pessima, quæ ẽ finis omniũ præsentium bonorũ, & initiũ æternorũ malorũ, ideo nõ immerito mortẽ timeo, cum quo post mortem recipiar, ignoro. Ad hoc dico, quod in hoc plurimum redarguẽdi sumus, quia trepidamus timore (secundũ verbũ Psalmistæ) vbi nõ est timor. Non timenda timemus, & timenda non timemus. Si dubii sumus, & incerti, quo per mortem ituri sumus, & idcirco timemus, agendum nobis est, vt certi fiamus. Ad hoc autem nihil proficit timor mortis, cuius hora, & euentus incertissimus est, & pœnitus extra nostram facultatem positus, Sed vita, & conuersatio christiana .i. Christi præceptis regulata. Ex hac. n. spes ancora firmissima oritur, quæ nos certiores reddit futuræ beatitudinis. Est. n. spes certa expectatio futuræ beatitudinis, ex Dei gratia, & meritis præcedentibus proueniens, vt ait mag. di. 26. li. 3. Hoc ergo est quod arguo, quod detestor, quod omnibus modis à cordibus vestris euelli cupio, timorẽ non timendorũ, & timendorũ inserere timorẽ. Nõ autẽ prima, sed mors secunda timenda est. Nã mors prima. i corporis, animã secundũ statum, in quo eã inuenit, ad pęnã, vel gloriam mittit. Nã quẽcunq; extra gratiã inuenit, ad gehennã mittit, quem verò in gratia, ad gaudia transfert sempiterna. Non ergo mors, quę hominis statum, quo ad gratiam non variat, & æque incerta est in tẽpore pestilentię, & extra, timenda est, sed valde timendum omni hora, ne inueniamur extra gratiam, hoc est in pecca

Cur homo mortẽ timet.

to criminali, Omnis ergo sollicitudo, & labor noster ad hoc tendat, vt in gratia semper viuamus, quam peccando amisimus, per pęnitétiam resurgamus ac resurgentes recidiuam caueamus,& per mandatorum Dei obseruationem vias vitæ cælestis iugiter ambulemus. Nam ad hoc dñs mortis horam nobis incertam esse voluit, vt semper proxima credatur,& tantò feruentius operemur,quantò incertiores sumus,ait Grego.ho.17. super Ezech. Sic ergo viuendo spes nos consolatur,nec fluctuare sinit.Sic ergo charissimi,sic viuite,&morté non timebitis, sed securi expectabitis,Quod facturi essetis,si vos in triduo morituros sciretis, nunc agite,quoniã nec triduum promisit,'qui pęnitenti in triduo indulgentiam repromisit, vt de crastino dicit Aug. Attendite charissimi eos,qui bellũ intraturi sunt, in quo nesciunt,an triumphét, an cadant, qué admodũ sibi præuident,vt cautè, & sufficienter armati, & bellicis instrumentis muniti,accedant,quo ordine, quib9 comitibus &c.huiusmodi. Ecce bellum nobis periculosius imminet,mortis iacula expectamus,quæ præuidere,nec cauere possumus, ideo non dormiamus, armemur armatura,nó carnali sed spirituali,de qua apostolus Ephes. 6. & 1. Thes.5.s.Lorica iustitiæ, & charitatis, scuto fidei,& galea spei salutis Sic vigilantes,& armati,morté non timeamus sed magis cum desyderio expectemus. Ad hoc dominus dudum hortatus ẽ parabola decé virginũ. Mat.25.& patrisfamilias furem expectantis Lu.12. Nã & dies domini hic dominicæ vocationis nostrę per mortem,sicut fur in nocte.i.im,puisè veniet, vbi supra 1.Thes. 5.Item Mar.13.Videte,vigilate,& orate,nescitis, quando tempus sit. Et sequitur.Vigilate ergo,nescitis .n. quãdo dominus veniet,sero, an media nocte, an gallicantu, an mane, ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes.s. in peccatis. Quod autem dico vobis, omnibus dico,vigilate. Hortatur etiã nos ad idem nunc facto, dum adhuc lõgam vitam sibi promittentes, per epidimiæ pestem improuisè rapit.

Verum dum vos exhortor, ne mortem timeatis, nolo hoc intelligi de timore naturali, sed rationali,& voluntario. Est enim timor naturalis, qui est quidam horror, quo natura hominis horret separationem animæ a corpore, sicut quælibet res naturaliter appetit permanere, & refugit,& resistit,quantum potest suo contrario ipsam corrupturo. Talis timor est nobis connaturalis, quem sola gratia Dei vincit singularis. Nam & hic in sanctis inuentus est. Et hic timor attendi non debet. Nam ne electi ex hoc timore mortis pusillanimes redderentur, aut hunc in se sentienees, timerent se à domino derelictos, timorem hunc dominus sponte appropinquante sua passione assumpsit vsq; ad sudoris sanguinei fusionem,quo omnes suos naturaliter mortem horrentes confortaret.Est & timor rationalis,& voluntarius, qui consequitur deliberatam mortis voluntatem, fugam,vel abiectioné,quo.s.homo non vult mori, & per fugam,& alia remedia quærit in omnem euentum morté euadere.Et hic timor vanus est, noxius,& à verò christiano alienus, & ita merito relinquendus. *Quo timore mots nó est timéda.*

Sed dicis. Si timor ille mortis expellendus est,tanquam vitiosus,ergo cótra mortem nullius remedii, nec fugę præsidium quærendũ est? Sed nó est idé nó timere mortem corporis, & non quære re mortis dilationem. Quod tamen in hoc periculoso tempore diuersa quærũtur præsidia vt mors euadatur, & inter illa plurima illicita, quæ magis aggrauant,quam mitigent iram Dei, vt appareat,quid in his liceat, & expediat,moueo hanc quæstionem, quæ sequitur. *Si timor mortis é expellédus nulla fuga é quæ remdat.*

Quęstio de fuga pestis.

Vtrum regnante morbo epidimiæ liceat,prosit, & expediat, suspectas,loca,& personas fugiendo, vel repellendo declinare?

Quod non liceat,arguitur.Nã repellere

re, vel fugere personas infectas obuiat fraternæ charitati, igitur non licet consequentia nota. Antecedens probatur, quia charitas fraterna exigit vt ꝑximo in necessitate subueniatur cõsilio & auxilio, secundũ illud 1.Io. 3. Siquis habet substantiã huius mundi, & vide. fra. suum ne. ha. & clau. vis. sua ab eo, quomodo cha. Dei est in illo? Nulla autem maior necessitas, quam in casu infectio, quia censetur extrema, & articulus mortis. Quod etiam sit inutile, & ita non prosit, & per consequens nõ expediat, probatur, quia si sic, maxime ad conseruandã vitã declinantis. Sed hoc non, quoniã cuilibet homini constitutus est terminus vitæ suę à Deo, quẽ ꝑterire non potest, secundũ illud Iob 14. Breues dies hominis sunt, & numerus mensium eius apud te est Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Quæ exponens Greg. li. 12. mor. ait Statutũ quippe iã homini est quãtũ in ipsa vita mortali temporaliter viuat Et beatus Aug. & habetur in canone. 23. quæst. 4. de tiriis. Certissimè sciamus neminem vltra terminum sibi prę fixum esse venturum. Ideò per nullam fugam, vel pręsidium aut industriã humanam mors caueri potest. Nam ordinationi diuinæ nemo resistere potest, in cuius ditione cuncta sunt posita. Hester. 13. Et ideò quilibet certissimè in termino sibi constituto morietur, & per consequẽs inutiliter prorogari, vel pręueniri quęritur, quod nullo pacto mutatur. In oppositum arguitur. Licet, & prodest in infirmitate vti medicinis secundũ illud Eccl. 38. Altissimus creauit de terra medicinã, & vir prudens non abhorrebit eam. Eccle. 18. & dicitur. Ante languorem adhibe medicinã. Sed remouere occasionem infirmitatis pars est medicinæ præseruatiuæ, igitur licet, & prodest eam amouere. Sed infectio loci, & personę est occasio infectionis alterius, igitur licet vitare huiusmodi. Item Esaias cataplasmauit massam ficorũ super vulnus Ezechiæ regis Iuda, & sanatus est, qui moriturus erat, secundum verbum domini Dispone do. tu. quia mo. tu & non vi. 4. Reg. 20.

Tẽpore pestis an expediat eã fuga declinare.

Ad quæstionis huius solutionem præmittentur quædam suppositiones, seu notabilia, & deinde respondebitur per plures conclusiones. Suppositio prima. Pestis epidimiæ accidit aliquando ex speciali Dei ordinatione ad peccatorum punitionem, vel iustorum probationem. Aliquando ex causis naturalibus, vt corruptione aeris, vel huiusmodi. Frequentius tamen ex vtroq;. Primum patet Leuit. 26. Nume. 14. Deut. 28. & aliis plurimis scripturæ locis, in quibus minatur dominus plagam pestilentię transgressoribus legis suæ. Secundum patet medicorum auctoritate. Etiam ex infectione aeris per putrefactionem serpentum in ora Tyberis orta est Romæ pestis grauissima tempore beati Greg. vt habetur in legenda sua. Tertium ex prædictis ostẽsum est, quoniam frequenter in plagis suis dominus vtitur naturæ per cum conditæ ministerio. Ad quod facit illud August. de ci. Dei. Sic res Deus administrat vt suas naturas agere sinat. Secunda suppositio. Pœnæ à Deo inflictæ (sicut & ira eius) placari possunt per vitæ populi emendationem, & humilem, ac deuotam Dei inuocationem. Patet 3. Reg. 8. ex oratione Salomonis à domino exaudita, vt habetur sequenti cap. Item ex decursu v. t. Hinc dicitur Eccle. 33. Fili in infirmitate tua, ne despicias teipsum, sed ora dominum & ipse curabit te. Et in psalm. 101. Dominus de cœlo in terram prospexit, vt audiret gemitũ compeditorũ, & solueret filios interemptorum. Tertia suppositio: Causæ naturales impediri possunt in suis actionibus per materiæ siue passi subtractionem, & etiam contrarii adhibitionem. Ista est Arist. & omnium philosopho. naturaliũ, & patet ꝑ expiẽtiã. Ignis .n. impeditur à ꝓductione ignis ꝑ subtractionẽ cõbustibiliũ, & infusionẽ aquarum. Quarta suppositio. Oĩa licẽt, q̃ nullo dñi ꝓcepto ꝓhibent. Glo. est magistri sup illud. Oĩa mihi li

Propositiones aliquæ ꝑ solutione q̃stionis

cent 1. Cor. 10. & patet. Nam sola peccata sunt illicita, quicquid enim illicitum est, peccatum est. Sola autẽ legis transgressione peccatur. Expedit autem, quicquid ad finis consecutionem promouet, & iuuat. Vnde multa licent quæ non expediunt, vt actus indifferentes. Nunquam autem expediunt, quæ non licent.

His præmissis ponuntur conclusiones.

Licet tẽpore peccatis liberationẽ q̃rere ꝑ media congrua.

Conclusio prima. Licet, prodest, & expedit. seruiente morbo epidimiæ, liberationem ab eodem per media congrua quærere. Patet: Nam lege charitatis tenemur malum remouere si possumus ab his, quos tenemur diligere. Tenemur autem diligere corpora nostra. Sunt .n. quatuor charitatis obiecta, siue quatuor diligibilia, secundum beatum Augu. de doctri. christiana, & habetur dist. 28. lib. 3. sententiarum .s. vnum, quod est supra nos idest Deus. Alterum, quod sumus nos. Tertium, quod est iuxta nos scilicet proximus. Quartum, quod est infra nos scilicet corpus, tam nostrum, quam proximi, ergo &c. Maior scilicet omnibus, quæ tenemur diligere, tenemur, & benefacere mala remouendo, & bona adhibendo. Nam diligere est bene velle. Velle efficax operatur, seu efficit id quod vult, si potest. Hinc Ioan. ait: Non diligamus verbo, sed opere, & veritate. 1. Ioan. 3. Debemus igitur amouere corruptiua corporis, dum valemus, inter quæ non minimum est pestilentia. Hinc concordat apostolus: Nemo carnem suam vnquam odio habuit, sed fouet, & nutrit, ad Eph. 5. Confirmatur ratio. Ad hoc tenemur corpori proximi, ergo magis nobis, tenet consequentia, quia ordine charitatis, plus, vel prius corpus nostrũ diligere tenemur, quam corpus proximi, nam mensura dilectionis proximi, est dilectio sui. Ait enim præceptum: Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Mensura autem est perfectior mensura to 10. Metap. quia primũ in vno quoq; generĕ. Añcedens patet per illud Ambro. Pasce fame morientẽ, si non pauisti, occidisti. Et idem est de quocũq; alio corpori necessario. Moderanda est tamen hæc conclusio, nisi ad oppositũ quis maiori charitatis vinculo teneatur. De quo dicetur infra, in conclusione quarta. Quæ autem sint congrua media, conclusiones, quæ sequuntur, declarabunt.

Nulla media cõgruentiora quã cõuersio ad Deũ.

Conclusio secunda. Nulla media cõgruentiora sunt, & efficatiora, ad euadẽdum epidimiæ malum, quam conuersio ad dominum, per vitę emẽdationem & humilem ac deuotam orationem. Quia congrua sint, probatur, quia causa prima, & principalis morbi epidimiæ est dominus offensus, castigans eos, quibus irascitur, secũdum illud Amos. 3. Si est malum in ciuitate, quod ego non feci? Demeritoria verò est vita hominũ peruersa, sed per vitæ emendationem, & humilem orationem vtraq; causa tollitur, ergo & effectus. Nam per hæc peccata nostra tolluntur, & dominus nobis propitiatur, unde Hiere. 18. Si pęnitentiã egerit gens illa a malo suo, propter qđ locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, ut facerem ei &c. Ad idem sunt innumera testimonia nos ad conuersionẽ uocantia, ut inflicta mala remoueãtur, & sanctorum exempla, Nam tali conuersione, & oratione, conuersi Niniuitę liberati sunt a subuersione suę ciuitatis. Sic Dauid pœnitentia, & sacrificio meruit cessationem pestis. 3. Regũ vlt. Non aliter beatus Gregorius cum populo grauissimam pestilentiæ stragem a Romanis auferri promeruit. Ad hoc deniq; legitur in historia Longobardorum, reuelatum cuidam tempore Gumberti regis, quo grauissima pestis Italiã vastabat, ꝙ nequaquam pestis illa cessaret donec altare beato Sebastiano construeretur, quo constructo in Papia, cessauit illa quassatio. Quia verò cæteris remediis sint efficatiora, probatur, quia quicquid aliud remedium exhibetur irato, & non placato domino, siue corporalis medicina, siue fuga, nihil proficit ad tollendum proficuè pœnam a do-

domino irrogatam. Sicut enim cessante causa cessat effectus, ita etiam manente manet. Sed manente voluntate domini puniendi propter peccata, similiter & peccatis non tollitur pœna. Omnia enim quęcunq; voluit, fecit in cęlo, & in terra, & in omnibus abyssis. Dixi proficuè, quia posset dominus iratus tollere pęnam temporalem, vt in pace téporis multiplicatis peccatis tandem irremediabiliter pęna ęterna grauius plecteret induratos, quos corrigere non poterat pęna mitior emollitos. Ideo nihil proficit illis stantibus medicina, vel fuga corporalis, quia non causante causa prima nihil causare potest causa secunda. Et propter hoc statutum est in concilio generali ab Innocentio. 3. de pen. & re. cum infirmitas, ꝙ cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente domino langui do, quem sanauerat: Vade, & noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Prius quam corporalis medicina per medicos adhibeatur, spirituali saluti prius prouideatur, & sic salubrius ad corporalis medicinæ remedium procedatur. Ex quo patet, quanta peruersitas stulta in illis est, qui tempore pestilentiali plus operam dant vanitati, & mundanæ lętitiæ, in lasciuis societatibus, comessationibus, ludis, choræis, & cæteris, quibus non placatur, sed offenditur Deus, quam tempore trãquillitatis. Agunt hæc: vt memoriam mortis violenter expellant, cum nihil salubrius sit, quam frequenter sua nouissima mente reuoluere, secundum illud Eccl. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Quid illi aliud faciunt, nisi ꝙ insanorum vulnera metuunt, & medicinam proijciunt? Confiderer iu domino dico, plus proficit hęc medicina spiritualis sine corporali, ét cum præsentia infirmorum, & contrectatione infectorum, quam omnis fuga, & corporalis medicina sine spirituali. Nam medicina spiritualis semper efficax est ad pręseruationem vitæ, vel remotionem mortis malę. Non sic medicina corporalis tantum, quæ etsi aliquã

Cõcilio generali ab Innocentio Decretũ saluti spirituali prius ꝓuideatur quę medicina corporalis adhibeatur.

do permissione diuina pręseruaret a morte corporis, multò peius induceret mortem animę immortalis. Hanc ergo charis. medicinam spiritualem assumamus, comuertamur ad dominum toto corde per peccatorum commissorum expiationem. Innouemus pactum cum domino, vt illi soli seruiamus, in sanctissimorum suorum præceptorum diligenti custodia. Effundamus corda nostra coram domino, in humili, & deuota oratione rogantes, vt a nobis auferat iram suam, nobisq; reconcilietur, ac det locum pœnitentiæ, vt non irruat in nos, & vicinos fratres nostros mors sæua, non tam corpus perimens, quam animam a Deo perpetuò separans. Verum sine vitę emédatione parum valent orationes. Cõsyderatur oratio Salomonis, & Ezechielis &c.

Conclusio tertia. Non sunt spernendæ, sed acceptandæ, & vtendæ cõtra epidimiam medicinæ corporales ordinatę, tam præseruatiuę, quam curatiuę, præsertim vbi non est nota contraria voluntas diuina. Prima pars patet per rationes in oppositum factas. Nam nihil frustra fit in operibus diuinis. Deus autem creauit medicinam, nã virtutes curatiuas in creatione indidit herbis, lapidibus &c. ideo non sunt spernendę, sed tanquam cętera Dei dona, & beneficia cum gratitudine acceptandę. Etsi contra cęteras infirmitates, certè magis contra periculosiores, qualis est pestilentia. Item in casu medicus tenetur medicinam infirmo impendere, ergo etiam infirmus eam potest recipere, tenet consequentia, quia nemo tenetur impendere, quod sine peccato non potest suscipi. Sed medicus tenetur sub pręcepto etiam gratis curare pauperẽ infirmum, quem medicinis suis a morte præualet præseruare. Nam mortem languétibus probatur inferre, qui hãc, cum possit, non excludit, vt habetur 83 dist. Prouidendum, in tex. & glo. Nec minus peccaret infirmus, si firmiter crederet se posse iuuari per certam medicinã eã conténédo, quã medicus nõ exhibédo, quoniã non minus tenetur quili-

Nõ sunt spernédę corporales medicinæ.

Medicus teneť medicinã infirmo impendere sub præcepto, & gratis.

bet seipsum diligere, quam proximum; cũ proximũ iubetur diligere, sicut seipsum. Secunda pars patet, quia voluntate beneplaciti diuini nobis cogniti, tenemur nostram voluntatem conformare in volito. Nec vnquam licet velle, qđ scimus Deũ nolle, aut nolle, qđ scim⁹ Deum velle cum diuina voluntas sit prima, & sola inobliquabilis regula omnium bonarum voluntatum, quia semper bona, & iusta, & perfecta, ad Roma. 12. in tex. & glo. Ideo si cognitum esset dominum me, vel alium velle pro certo instanti mori, non liceret oppositum nec aliquid ad impediendũ huiusmodi voluntatẽ per medicinas, vel alias quaslibet vias quærere, aut præsumere. Dũ verò nõ cõstat voluntas Dei beneplaciti circa mortem, vel infirmitatem mei, vel alterius, possum (& nonnunquam teneor) mediis non prohibitis, vt medicinis, & occasionum fuga laborare ad vitæ conseruationem, quamuis etiã Deus oppositum vellet me ignorante. vnde Aug. In Ench. Aliqñ inquit, bona voluntate homo vult aliquid, quod Deus non vult, bona multo amplius, multoq; certius voluntate. Nam illius mala voluntas esse nunquam potest. Et exemplificat subdens tanquã si bonus filius patrem velit viuere, quem Deus bona voluntate vult mori. Vnde patet, q̃ in casu ẽt homo tenetur oppositum velle diuinæ voluntati, sed non cognitæ.

Non est vtẽdum medicinis præseruatiuis contra legẽ geminæ charitatis.

Quarta conclusio. Non est vtendum medicinis præseruatiuis, seu curatiuis contra legem geminæ charitatis, probatur, quoniam in nullo casu peccandum est, oppositum enim implicat. Si .n. in aliquo casu esset peccandum, in illo casu peccatum esset licitum, & ita peccatũ nõ esset peccatũ. Nihil .n. q̃ nõ licet, faciendũ est, neq; propter consequẽs bonũ, dicente apostolo ad Ro. 3. in effectu. Nõ sunt faciẽda mala, vt eueniant bona. Sed qcqd fit cõtra legẽ charitatis Dei vel proximi peccatũ est, ex diffinitione peccati tã Aug. q̃ Ambro. quas recitat mag. dist. 35. li. 2. sent. Hinc sub pęna excõmunicationis ꝓhibetur ꝑ Innocẽ. 3. in concilio gñali, ne qs medicorum ꝓ corporali salute aliqđ ęgro suadeat, q̃ in periculũ animæ cõuertatur, de pę. & re. Cũ infirmitas. Ex hac cõclusione duo sequuntur corollaria. Primũ, obligatus populo ad sacrorũ ministeria, fugere nõ pót ingrauescente morbo pestilẽtiæ, nisi ꝑ aliũ salutis necessaria suo populo sufficienter poterit prouidere. Patet Corollariũ, quia fugere, & relinquere populũ in casu ꝓdicto, est cõtra legẽ simul, & ordinẽ charitatis. Cõtra legẽ, qa pastor bonus tenet̃ animã suã pro ouib⁹ suis in casu necessitatis ponere. Ioan. 10. Contra ordinem, quia magis diligenda est anima proximi, quam corpus proprium.

Nam inter diligibilia secũdũ b. Aug. hic assignatur ordo, vt Primò sup omnia Deus. Secundò anima propria. Tertiò anima fratris Quartò corpus tã nostrũ, quã proximi, vt supra notatũ est in ꝓbatione primæ cõclusionis. Præponere ergo salutẽ corpis sui, saluti aĩæ ꝓximi, est cõtra ordinẽ charitatis, quia magis diligit̃, quod minus diligi debet. Corollariũ secũdũ, quilibet christianus videns ꝓximũ peste infectũ, in spiritualibus, vel corporalibus extrema necessitate deficere, tenetur, si pót suo ministerio subuenire, & ab eo non fugere si mortale peccatum voluerit euitare. Extremã necessitatẽ, intelligo eũ articulũ, in quo nisi iuuaretur, vita animæ, vel corporis priuaretur, nec ali⁹ est pręsens iuuare potẽs, & volẽs. Primum est manifestũ ex lege charitatis, qua teneor ꝓximo in extrema necessitate subuenire, si possum, nec sit alius potens, & volẽs. In hoc .n. casu opera misericordiæ, tam spiritualia, quã corporalia cadunt sub ꝓcepto. Secundũ patet, qa si nõ, maximè propter euitandum corporis sui periculum.

Sed hoc nõ excusat qm̃, nõ sunt permittenda certa pericula ꝓximi pp incerta pericula sui maximè corporis. Nam maiora sunt pericula certa incertis, cęteris paribus. Sed periculũ ꝓximi in extrema necessitate constituti certũ est, si nõ succurritur. Periculũ verò infectionis ex contagii morbo non est certum,

cum plurimi ministrantes talibus eua dunt illæsi, experientia teste. Nunc autem vbi maius est periculũ, cautius est prouidendũ, vt dicit glo. in c. Cũ infirmitas; allegato. de pe. & re.

Crudele est hominem pestilentẽ eiicere ex domo sua.

Conclusio quinta. Crudele est, & christianæ pietati contrariũ, hominẽ pestilenticũ de domo suæ habitationis eiicere, aut in eadẽ cõcludere, dũ per hoc periculo salutis animæ, vel corporis exponatur. Satis sequitur ex priori, cum in pximis certa salutis pericula omnimodis sint cauenda, & misericorditer subleuanda. Deniq; impium, est, & contra regulam apostoli, non condolere miseriæ proximi, Gaudete cum gau. flete cũ flẽ. ad Ro.2. & ad Gal.6. Alter alterius onera portate, sic adimplebitis legem Christi. Et illud 1.Io.3. supra allegatũ, Qui habet substantiam huius mundi &c. Substantia huius mundi non solũ dicit bona exteriora, sed in genere omnẽ facultatẽ subueniendi proximo. Timere deniq; habent sic fugientes proximos in tali necessitatis articulo, tremẽdã sñiam dñi Discedite à me maledicti in ignem æternum &c. Cuius inter cęteras causas etiam hanc assignat dominus, infirmus fui, & non visitastis me, & sequitur, Quandiu non fecistis vni de minorib⁹ his, nec mihi fecistis. Mat. 25. Est etiã crudele, addere afflictionẽ afflicto. Contra quos in persona domini in psal. 68. dicitur, Quoniam quem tu percusisti, persecuti sunt, & super dolorem vlnerum meorum addiderunt. Auertat dominus imprecationem, quæ sequitur, Appone iniquitatem sup iniquitatẽ eorũ, & non intrent in iustitiã tuã. Deleantur de libro viuentiũ, & cũ iustis non scribantur. Sexta conclusio. Iniustũ est, timore incerti euentus mortis, loci ingressum, aut egressum prohibere, si ex hoc pauperes illius ad extremam necessitatẽ contigerit peruenire. Probatur, quia nemo sine sui culpa debet impediri, quo modo minus suis vti possit, præsertim ad necessitatem. Sed pauperes ciuitatis non habent culpam inductionis pestis, vt clarum est, cũ illa sit principaliter à Deo tanquam à causa prima, & ab indispositione elementorum tanquam à causis secundis, ergo non debent prohiberi, quo minus possint acquirere necessaria vitæ. Confirmatur, Nam pro liberatione ciuitatis ab obsidione, ac ciuium interemptione non est tradendus inimicis innocens ad mortem, ergo minus derelinquendi sunt pauperes innocentes in extrema necessitate, propter liberationem ciuitatis à timore pestis, Consequẽtia tenet per locum à minore, negatiuè. Antecedens patet, quia in nullo casu innocens est tradendus in mortem stante immobiliter hoc præcepto, Non occides. Nec per mortem innocentis prouidetur reipublicæ, sed magis destruitur, vt dicit Lyra super Ioan. c.15. Ostendens Caipham errasse excecatũ liuore inuidię, cum dixerat, Expedit vobis &c. Licet verba illa secundum sensum, quæ ipse non intellexit, prophetia fuerunt. non autem ipse propheta.

Peccat quisquis conatur abiicere pœnã à Deo inflictã pec cato.

Septima conclusio. Peccat, quisquis pœnam à Deo pro peccato inflictam conatur abiicere, si peccatum non deserit, nec vitam satagit emẽdare. Patet, quia talis quantum in se est, nititur iustitiã Dei euacuare, quæ exigit, quod peccatum impunitum non maneat. Iustitia Dei est, non permittere dedecus culpæ sine decore iustitiæ, per pęnam debitã culpam ordinantis, vt vult beatus August. Hinc apparet, quam repræhensibiles sunt, qui ad euadendum diuinas correptiones, prius corporalia remedia quam spiritualia. i. vitæ emendationem quærunt. Hi niti videntur, quomodo euadant pœnam suis peccatis condignam, sed non quomodo liberentur à culpa.

Mortis dilatio nẽ nullus appetere potest licitè secundum rectã rationem.

Octaua conclusio. Mortis dilationẽ nullus appetere potest licitè secundum rectam rationem, nisi propter speratũ maiorem in se, vel aliis profectum spiritualem. Illa conclusio fundatur in radice spei, & charitatis. Nam quod quis diligit super omnia, cui & sperat coniungi beatificè, plus omnibus desyderat illi amato coniungi & per consequens nihil ab illa coniunctione im-

pediens appetit. Nisi tale pro nunc impediens, ad perfectiorem coniunctionem, & amati fruitionem posterius habendam conduceret. Sed dilatio mortis impedit beatificam coniunctioné hominis cum Deo, ideò illam appetere non potest extra casum expressum Deũ super omnia diligens, et sibi cõiungi sperans. Omnia assumpta sunt manifesta. Ideoq; apustolus Pau. Cupio inquit, dissolui, & esse cum Christo, multò magis melius. Permanere autem in carne necessarium est propter vos ad profectum vestrum, ad Phil. 2. Simile de sancto Martino legitur. Dicitur in conclusione, secundum rectam rationem, quia appetitu naturali, & sensitiuo secus est. Hoc enim appetitu naturaliter homo appetit permanere. Sed hic appetitus regulandus est ratione recta.

Visitare infectos pesteque periculo sius eo magis meritorium.

Nona conclusio. Visitare, & consolari hac peste infectos miseros, & indigétes, tantò magis est meritorium quantò natura id horret, & grauius habet periculum. Patet, quia opus virtutis (ceteris paribus) maius habet meritum, quod cum maiore difficultate perficitur. Auget enim meritum maior conatus voluntatis. Hic autem necessariò, maior est, vbi maius periculum, & maior difficultas, propter quod & martyrium est actus maximi meriti, & perfectionis, secundum b. Tho. 2. 2. q. 124. art. 3. Est etiam opus consilii, & misericordiæ visitare, & consolari taliter infirmos, & opus perfectum, inquantum ex charitate, etiam animam idest vitam supponit periculo propter fratré, secundum exhortationem beati Ioan. dicentis, quoniam ille (haud dubium, quin Christus) animam suam pro nobis posuit, & nos debemus animas pro fratribus ponere 1. Ioan. 3.

Consiliũ breuissimũ tpe pestilentię amplectẽdũ

His conclusionibus ad propositam quæstionem videtur sufficienter respõsum. Ex quibus hoc colligitur breuissimum consilium cuilibet in hoc tempore afflictionis amplectendum. Sęuiente flagello pestilentiæ, hæc tria seruentur. Primum vitam nostram diligenter à peccatis purgando, Deo reconciliemur per conuersionem interiorem, & pœnitentiæ sacramentum. Secundò, pleno corde nos offeramus obedienter Deo ad viuendum, & moriendum, proponentes firmiter, ꝙ si constaret, ꝙ dominus nos de hac vita vocare decreuisset, nulla vellemus quærere remedia, etiamsi per illa (quod tamen fieri non potest) conseruari possemus in vita. Tertiò his præmissis cum timore domini quæramus remedia præseruatiua, siue per occasionum vitationem idest illorum, à quibus per contagionem inficimur: siue per pigmenta medicinalia, vel etiam curatiua post infectioné. Prouiso ꝙ per hoc nobis commissi non negligantur, nulli scandalum præbeatur, nec proximus noster in necessariis corporis, aut animę relinquatur. Quibus obseruatis, fugere loca suspecta, & excludere personas periculosas, reprobandum non censeo. Licet maioris perfectionis videretur, sine his se totum committere Deo.

Conclusio rationũ de nõ vitando peste infectos.

Ad rationes q. Prima probat conclusionem quartam, & eius corollaria. Ad secundam, quæ in hoc fundatur, qa cuilibet homini à Deo statutus est terminus vitæ infallibilis, quem præterire non potest &c. Hæc ratio similiter probaret quod nunquam esset vtendũ medicinalibus inquacunq; infirmitate nulla fugienda pericula, nihil de futuris consiliandum, quia sicut terminus vitæ à Deo statutus, & præuisus certus est, & infallibilis. Ita vniuersa futura Deo tanquam præsentia infallibiliter, & certissimè sunt cognita, non tamen ideò sunt necessaria. Vnde ad propositum. Sicut Deus statuit, & præuidit terminum vitę, & mortem, ita etiam media per quæ & non alia homo quilibet peruenit ad terminum. Vnde hunc hominem vult mori pro aliquo instanti, per medium pestilentiæ. Alium vult in tempore pestilentiæ præseruari per fugam locorum infectorum: Alium per pręseruatiua medicinalia: Alium sic, Alium aliter. Cum verò sicut terminus

nus, ita & media sint nobis incognita.
Nostrum est singula media aliàs non il
licita amplecti, quæ ad vitæ cõseruatio
nem conducunt, sperantes etiam illa
à domino præuisa. Nam si dominus ali
quem per fugam præuidit à morte prę
seruari, si illo non fugeret, non præser
uaretur. Nouit autem dominus illum
fugiturum, licet hæc diuina prænotio
nullam necessitatem fugiendi imponat.
Et contra hanc responsionem nihil mi
litant autoritates Gregorii, & Augusti
ni allegatæ. Rationes in oppositum
militant pro conclusionibus, & præser-
tim tertia, licet hoc quod assumitur in
secunda ratione post oppositum de Eze
chia rege, q; tunc erat moriturus non
habet veritatem, si intelligitur q; simpli
citer fuerit prouisum à Deo ipsum tũc
fuisse moriturum, quia mutata fuisset
prouidentia diuina. Sed intelligendum
est q; erat moriturus secundum causas
inferiores, si non miraculusè à domino
fuisset curatus. Fuit enim prophetia il-
la Esaiæ non secundum diuinam præ-
destinationem, sed secundum commi-
nationem. Fuisset etiam moriturus, si
non oratione sua ad dominũ cõuersus
fuisset. Se aũt oraturum vel ad dñm cõ
uersurum pręuidit dominus, eadẽ certi
tudine, qua prolongationem vitæ. De
hac materia videndum 1. sen. dist. 40.
& 41. Et tantum de hac quęstione sen
tentia melius sentiendi semper salua.

Finis quęstionis.

SEQVITVR TRACTA-
tulus: Defensorium obedientiæ aposto
licę intitulatus, à venerabili viro Ga-
briele Biel de Spira in Ringkauia edi-
tus: Pio papę secundo dedicatus, & ab
eodem approbatus. Accersitumq; auto
rem, Pius papa condigne omni, qua vo
luit, munificentia decorare statuit, sed
mercedem ab altissimo spectans, tem-
poralia spreuit, perennis gloriæ laurea
coronandus. Is in duas scinditur par-
tes. In prima parte habentur nouem
veritates, quæ apostolicę sedis obedien
tiam debitam extollunt, & ostendunt.
In secunda parte propositiones duode
cim ex præmissis nouem veritatibus
eliciuntur, factum domini Dietheri de
Isenberg, quondam electi Moganti-
nensis. Et prouisionis Reuerendissimi
in Christo patris, & domini domini
Adolphi de Nassau electi, & confirma-
ti, iam dictę ecclesię metropoliticę Mo-
guntinen. &c. concernentes.

DEFENSORIVM OBE-
dientię apostolicæ ad Pium
papam secundum de-
stinatum, ac
ab eodem approba-
tum.



OLIM surrectu-
ros pseudopro-
phetas, seducto-
res multorum,
euangelica tu-
ba prodidit Mat
th. 24. sed & ma
gistri sententiã
fidelis discipulus publicauit. Ait enim
ad Timothæum scribens 1. ad Tim. 4.
Spiritus manifestè dicit, quia in nouis
simis temporibus discedent quidam à
fide, attendentes spiritibus erroris, &
doctrinis dæmoniorum in hypocrisi lo
quentium mendacium. Huius causam
veritas aperit, dum prioribus conti-
nuò subiungit, quia abundabit iniqui
tas, multorum charitas refrigescet.
Quam præco veritatis Paulus exten-
dens 2. Timo. 3. Hoc inquit, scito q; in
nouissimis diebus instabunt tempora
periculosa, & erunt homines seipsos
amantes, cupidi, elati, superbi, blasphe-
mi, parentibus haud dubiũ quin & spi-
ritualibus non obedientes, ingrati, scę-
lesti, sine affectione, sine pace, crimina-
tores, incontinentes, immites, sine
benignitate, proditores, proterui, tu-
midi, voluptatum amatores magis, quã
Dei, habentes speciem quidem pieta-
tis, virtutem autem eius abnegantes, &
hos deuita. Tunc erit tempus cum sa-
nam doctrinam non sustinebũt 2. Tim.
4 sed

Nota De futuros falsos prophetas dñs prędixit

4. sed ad sua desyderia coaceruabunt sibi magistros prurientes, auribus,& à veritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem conuertentur. Hos dies nos apprehendisse dolenda probat experientia, qua homines pestiferos (qui dissensiones, & offendicula preter doctrinam Christi faciunt, ad Rom.16. Qui non Christo domino, sed suo ventri seruiunt,per dulces sermones,& per benedictiones) lugemus corda seducere innocentum.

Gabriel autor vicarius in Ecclesia Moguntinẽ.

Domini itaq; vicem dolens Ego Gabriel Biel de Spira, ecclesiæ Moguntinen. vicarius, inter orthodoxos prædicatores minimus,oues dominicas contra huiuscemodi rapacium luporum insidias,veritatis æternę clypeis munire satagens,quemadmodum iniuncti officii exigit sollicitudo, ad fidei catholicæ normam,sanctę sedis apostolicę obedientiam,& dominici ouilis matris ecclesię vnitatem seruandam, secundum datam mihi gratiam non desino erudire. Eapropter prefatorum pseudoprophetarum quasi sator errorum fama referente lacescor Cupiens proinde eius, quæ in me est, fidei rationem reddere, simul & omnibus doctrinam meam,verius Christi & sanctę matris ecclesiæ patefieri. Sciens illud euangelii. Qui facit veritatem venit ad lucem,vt manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt,orthodoxorum non refugio iudicium, quinimmo corde auido ad lucẽ districti examinis vna cum impugnatoribus meis venire desyderans, vniuersa per me in districto Ringkau vulgariter nuncupato prędicata, sub catholicarũ, quæ sequuntur,veritatum, propositionumq; coarctaui compendio,in publicum omnibus offerendo.

Causa hui⁹ scripturę q̃ fuerit.

Prima veritas.

Veritas prima Cõfessio vnius ecclesię catholicę.

In primis secundum Nicęni tenorẽ symboli corde credo, & ore confiteor Vnam sanctam, catholicam, & apostolicam ecclesiam. Huius sanctæ ecclesiæ vnitatem, vnitatisq; rationem apostolus manifestat, cum Ephesiis ait ca.4. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis,vnum corpus,& vnus spiritus,sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę, vnus dñs, vna fides, vnũ baptisma,vnus Deus,& pr̃ omniũ.Corpus Christi ecclesiam iam dixerat,dum eisdem de Christo loquens Eph.1.prætulit Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam,quę est corpus ipsius.Ecce ea ratione vnum dicit corpus, quod est ecclesia,quia vnus est spiritus eam inhabitans, vnus dominus Christo eam sibi tanq; capiti corpus connectens, vnus Deus omnium eam paterna sollicitudine defendens, vna denique fides spirituale ędificium, tanquam fundamentum solidissimum sustentans, vna spes vocationis, æternam beatitudinẽ promittens,vnum baptisma,cunctos regenerans, ceterorumq; sacramentorũ identitas regeneratos fouens, & enutriens ad perfectum. Et quia vna est, sancta mater ecclesia,eius vnitatem per uersorum nemo scissuris dirumpere p̃ualet,licet ab ea seipsum damnabiliter possit separare.

Ecclesia vna vt ẽt vnus sol licet sint multi radii.

Hinc beatus martyr Cyprianus in epistola ad Normacianum dicit, & habetur 24.q. 1.Loquitur.Nemo veritatẽ fidei perfida prædicatione corrumpat. Ecclesia vna est, quæ in multitudine latius,in incremẽto fęcũdius ostenditur, quomodo solis multi radii sunt, sed lumen vnum,& rami arboris multi sunt, sed robur vnum tenaci radice fundatũ. Et quomodo de fonte vno riui plurimi defluunt, & numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen seruatur integra origine. Auelle radium solis à corpore,diuisionem vnitas lucis non capit. Ab arbore frange ramum,germinare non poterit. A fonte præscinde riuum, præcisus arescit: Sic & ecclesia Dei luce perfusa, per totum orbem radios suos porrigit, vnum tamen est, quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis separatur, ramos suos per vniuersam terram copia suæ vbertatis ex tendit,profluentes largiter riuos latius pandit, vnum

tamen

tamen caput est, & vna origo, & vna mater, fœcunditatis copiosa adulterari non potest, Christi sponsa incorrupta est & pudica, vnam domum nouit, vnius cubilis sanctitatem casto pudore custodit.

Ecclesia vt sancta ita ornata iustitia, ad charitatem.

Hęc autem ecclesia, quia sancta, ideò sicut semper recta fide, ita ornata creditur iustitia, & charitate. Propter quod apostolus ad Ephę. 5. Christus inquit, dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans illam lauacro aquę in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, neq; rugam, vel aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata. Siquidem fidei indeficientiam Christus suæ ecclesię promisit, dum beato Petro futuro eius pastori ait Luc vigesimosecundo. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, dum rectorem spiritum sanctum ab ea nunquam separandum pollicetur. Rogabo inquit Ioann. decimo quarto patrem meum, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum dum eam patri in suo nomine semper seruandam commisit, cui dixit Ioann. decimo septimo. Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Et sequitur: Non autem pro his tantum rogo, videlicet apostolis, sed pro eis, qui credituri sunt per verba eorum in me. Cum denique suiipsius pręsentiam gratiosam ab ecclesia nunquam subtrahendam pacto firmissimo approbauit dicens Matt. 28. Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Ex quibus emergunt duæ fundamentales veritates corollariæ, his accommodę quæ sequuntur.

Prima veritas, quam sancta mater ecclesia tanquam catholicam diffinit, vel acceptat, eadem veneratione credenda est, quasi in diuinis literis sit expræssa. Huic simile est, quod Augusti. contra epistolam fandamenti scribens, ait: Euangelio non crederem nisi ecclesiæ autoritas me compelleret. Cui beatus Bernard. (in sermone de vigilia natiuitatis domini, qui incipit: Hodie scietis) consonare videtur in hæc verba. Ecclesia secum habet consilium, & spiritum sponsi & Dei sui, cui dilectus inter vbera commoratur ipsam cordis sedem principaliter possidens, & conseruans. Nimirum ipsa est, quę vulnera uit cor eius, & in ipsam abyssum secretorum Dei oculum contemplationis immersit, vt & illi in suo, & sibi in eius corde perennem faciat mansionem.

Cum ergo ipsa in scripturis diuinis verba vel alterat, vel alternat, fortior est illa compositio, quam positio prima verborum, & fortasse tantò fortior, quantum distat inter figuram, & veritatem, inter lucem, & vmbram, inter dominam, & ancillam. Secunda. Pręceptis vniuersalis ecclesiæ, cuius perpetua est sanctitas, & iustitia, necesse est fideles quoslibet obedire, pro qua sufficiat illud sponsi eius testimonium Matth. decimo octauo. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Facit ad idem canon beati Grego. decimoquinto distinctio. Sicut sancti, de quatuor consiliis euangelicis ita loquentis. Quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se & non illa destituit, quisquis præsumit absoluere, quod ligant, aut religare, quod absoluunt, vbi consiliorum autoritatem, quam tanquam euangelii suscipiendam testatur, in vniuersalis ecclesiæ consensu fundat. Quia etiam ecclesia hæc catholica est idest vniuersalis. Isidiorus libro. primo de summo bono capitu. 16. præter hoc, quod per vniuersum orbem diffunditur non in aliquo angulo coarctatur, omnes regni ęterni filios compręhendit. Propter quod extra illam quisquis manserit, salutem consequi non valebit quod beatus Aug. in de fide ad Petrum capit. 35. approbat, dicens: Firmissimè tene, & nullatenus dubites non solum omnes paganos, sed & omnes iudeos, & hæreticos, atqne schismaticos, qui extra ecclesiam sanctam præsentem finiunt vitam in ignem ęternum ituros

quuntur. Nõ ergo est ouis propria, quę Pastorem suum non audit, docentem auscultando, nec sequitur mandatis obsequendo. Facit ad idem verbum Christi ad omnes discipulos dictum Lu. 10. Qui vos spernit, me spernit, & qui spernit me, spernit eum, qui misit me. Et apostolus Roma. 13. Qui potestati inquit, resistit Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

Quarta veritas.

Quarta veritas.

Romanus pontifex canonicè intrãs super cathedram Petri sedet, eiusq; verus, & legitimus est successor. Huic veritati consonat b. Hiero. qui Romanũ alloquens pontificem, ita ait 24. q. 1. quoniam vetus. Cum successore piscatoris discipulo Christi loquor Ego nullum præmium nisi Christum sequens beatitudini tuæ .i. cathedrę Petri consortio super illam petram ecclesiam fũ datam scio. Iterum ad Dama. papam scribens ait 24. q. 1. Hæc est. emendari cupimus à te, qui Petri, & sedem tenes, & fidem. Sixtus quoq; papa ait, 24. q. 1. memor. Memor sum me snę illius nomine præsidere ecclesiæ, cuius confessio à domino glorificata est. Cui concordat illud Ioan. 3. in c. Solitæ. de maio. & obe. Nobis autẽ in beato Petro sunt oues Christi commissæ à domino dicente. Pasce oues mas, non distinguens inter has oues, & alias, vt alienum à suo demonstraret ouili, qui Petrum, & successores illius magistros non recognosceret, & pastres. Et de transac. c. Licet idem de roman. pontifice dicit Successor est Petri, & vicari⁹ Iesu Christi.

Quinta veritas.

Quinta veritas Omnem potestatem regitiuam habet pontifex Rom.

Omnem regitiuam potestatem, atq; pastoralem auctoritatem habet pontifex quilibet Romanus, quam ad regendum vniuersalem ecclesiam à domino acceperat sanctus Petrus. Nisi etenim eadem apud Romanũ pontificem resideret regendi autoritas quæ apud Petrum, quomodo successor Petri verè diceretur, & esset, cum successor sicut antecessor pari imò eadem fungitur autoritate, vt innuit Innocentius tertius in c. Innotuit. de electione. Quomodo etiam sufficienter ecclesiæ suę ꝓuidisset Christus, si potestatem Petro ad regendum ecclesiam concessam in ecclesia non perpetuasset. Neque enim propter vtilitatem propriam vniuersalis ecclesia Petro, nec aliqua particularis ecclesia prelato cuilibet est commissa, dicente apostolo 2. Corinth. vlt. Potestatem mihi dedit in ædificationem, haud dubium quin ecclesię, non in destructionem. Et iterum ad Ephe. 4. Eis quos ordinauit apostolos, pastores, doctores, potestatem dedit ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, ꝙ est ecclesia, vt supra allegatum est. Indiget sanè semper ecclesia regitiua potestate Petro concessa. Nunquam ergo priuabitur illa, quam in necessariis ad salutem sponsus suus deficere non permittit. Hanc autem si Romanus pontifex successor Petri non habet, sine dubio alius nemo habet. Huic deniq; veritati preclarum testimonium perhibet egregius doctor ecclesię beatus Bern. li. 2. de consyderatione ad Eugenium papam ita scribens. Tu quis es? Sacerdos magnus, pontifex summus, tu princeps episcoporum, tu hæres apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraam, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, autoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alii cœli ianitores, & gregum pastores, sed tu tantò gloriosius, quantò & differentius, vtrunq; præ cęteris nomen hęreditasti. Habent illi assignatos sibi greges singulos, tibi vniuersi crediti vni sumus. Nec modo ouium, sed & pastorum tu vnus omniũ pastor. Vnde probem, quæris? Ex verbo domini. Cui enim non dico episcoporum,

ſed etiam apoſtolorum ſic abſolutè,& indiſcretè totæ commiſſæ ſunt oues? Si me amas Petre paſce oues meas. Quas? Illius, vel illius ciuitatis populos,aut regionis, aut certè regni. Oues meas inquit. Cui non planum,non deſignaſſe aliquas, eſt aſſignaſſe omnes? Nihil excipitur,vbi diſtinguitur nihil. Et fortè præſentes cœteri condiſcipuli erant, cum committens vni omnes, vnitatem commendaret in vno grege, & vno paſtore, ſecundum illud. Vna eſt columba mea,& formoſa mea, perfecta mea. Et paulo poſt. Ergo iuxta canones tuos alii in partem ſollicitudinis, tu in plenitudinem poteſtatis vocatus es. Aliorum poteſtas certis arctatur limitibus, tua extenditur, & in ipſos,qui poteſtatẽ ſuper alios acceperunt. Nonne ſi cauſa extiterit, tu epiſcopo cœlum claudere,tu ipſum ab epiſcopatu deponere,etiam & tradere Sathanæ potes? Stat ergo inconcuſſum tuum priuilegium tibi,tam in datis clauibus, quam in ouibus commendatis. Et poſt pauca. Ita cum quiſq; cœterorum habeat ſuam, tibi vna commiſſa ẽ grandiſſima nauis facta ex omnibus ipſa vniuerſalis eccleſia, toto orbe diffuſa. Hæc Bern. In quibus planè omnia attribuit papę Eugenio, quæ ad regendum eccleſiam conceſſerat dominus, Petro. Propter hanc autem poteſtatem Romano pontifici in beato Petro collatam, qua dicitur paſtor, rector, vniuerſalis eccleſiæ caput, ac pater patrum, eccleſiam Romanam ſimiliter matrem, & caput omnium eccleſiarum eſſe, ac tenere in omnibus principatum,ſancti patres conteſtantur,& hoc non humana, ſed Chriſti ſaluatoris noſtri ordinatione,pro eo ꝙ b. Petrus à Chriſto immediatè hanc poteſtatem pro ſe,& ſuis ſucceſſoribus accepit,pro quibus iubente domino in Romana vrbe ſedem conſtituit,& elegit. De quo beatus Anacletus papa ita dicit 22. diſt. Sacroſancta. Sacroſancta Romana eccleſia non ab apoſtolis, ſed ab ipſo dño ſaluatore noſtro primatum obtinuit: ſicut b Petro apoſtolo dixit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. Et ſequitur. Inter beatos apoſtolos quædã poteſtatis diſcretio fuit. Et pri⁹. Licet oẽs eſſent apoſtoli: Petro tñ conceſſum eſt à dño. Et ipſi inter ſe idipſum voluerunt vt reliquis omnib⁹ pꝛeeſſet apoſtolis,& Cephas. i. caput,& principiũ teneret apoſtolatus. Qui eandẽ formã ſuis ſucceſſorib⁹, & reliquis epiſcopis tenendã tradiderũt. Et poſt pauca. Hæc verò apoſtolica ſedes caput,& cardo à dño,vt pꝛ̃fatum eſt & non ab alio conſtituta eſt. Et ſicut cardine oſtium regitur,ſic huius apoſtolicę ſedis autoritate omnes eccleſię domino diſponente reguntur. Hãc quoq; veritatẽ omni firmitate oportet ſuſcipere,ꝙ crimen hæreſis maluerit euitare Sicut Nicolaus Papa Mediolenenſibus ſcribens teſtatur. 22 diſ. oẽs Oẽs inquit,ſiue patriarchę, ſiue metropoleon in cuiuſlibet apicẽ primat⁹,aut ep̃orũ cathedras,vel eccleſiarum cuiuſlibet ordinis dignitatem,inſtituit Romana eccleſia. Illam verò ſolus ipſe fundauit & ſupra petrã fidei mox naſcentis eccleſię erexit,qui beato Petro vitæ eternæ clauigero,terreni ſimul, & cœleſtis imperii iura commiſit. Non ergo quilibet terrena ſententia ſecundum illud verbum, quo conſtructum eſt cœlũ, & terra per quod deniq; omnia condita ſunt elementa, Romana fundauit eccleſiã,illius certè priuilegio fungitur, illius autoritate fulcitur. Vñ nõ dubiũ eſt,quia quiſquis cuilibet eccleſiæ ius ſuũ detrahit,iniuſtitiã facit. Qui autẽ Romanæ eccleſiæ priuilegium ab ipſo omniũ ſummo eccleſiarũ capite aditũ auferre conatur,hic proculdubio in hæreſim labitur. Et cũ ille vocetur iniuſt⁹ hic eſt dicendus hęreticus. Fidem quippe violat,qui aduerſus illam agit, quæ eſt mater fidei, & ille contumax inuenitur,qui eã cunctis eccleſis prętuliſſe cognoſcitur. Et infra. Vnde ſanctus Ambroſius in ſe omnibus ſequi magiſtram ſanctam Romanam eccleſiã profitetur.

Romana eccleſia omnium caput.

Sexta veritas.

Reuerẽtiã,honorẽ,& obediẽtiã tenẽ-

Reuerentia honor & obediētia prçceptis summi pontificis ꝓ tēpore debetur vt beato Petro.

tur vniuersi fideles diffinitionibus, & præceptis summi pontificis pro tēpore ecclesiam Dei regentis quam debent beati Petri sanctionibus ore proprio publicatis. Siquidem simili, immo veriꝰ eidem autoritati, dissimilis obedientia non debetur. Hinc Agaton papa dicit 19. dist. Sic omnes. Sic omnes apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt tā quam ipsius diuina voce Petri firmatæ Beatus quoq; Bern. attendens ꝙ secundum apostolicū dictum omnis potestas à Deo est, etiam de inferiorum prælatorum præceptis in lib. de dispen. & præcepto ait. Siue Deus, siue homo vicarius Dei, mandatum quodcunq; tradiderit, pari profectò prosequendum est cura, pari reuerentia deferendum. Et infra. Quicquid vice Dei præcipit homo quod tamen non sit certum displicere Deo, haud secus omnino accipiendum est, quam si præcipiat Deꝰ. Quid enim interest vtrum per se, vel suos ministros homines, vel angelos, hominibus innotescat suum beneplacitum Deus? Verū vt luculentius clareat, quanta obedientiæ reuerentia sedi apostolicæ subdi oportet quamq; sit detestabile (licet dura sint, quæ præcipit) illi temerè obniti, patrum sententiis paulo plus censeo demonstrandum. De hoc itaq; ait beatus martyr Cyprianus 93. dist. qui cathedram. Qui cathedram Petri, super quam fundata est ecclesia deserit, in ecclesia se esse non confidat. Beatus quoq; Ambrosius hunc solum reputat catholicum, qui cum Romana conuenit ecclesia. 24. quæstio. 1. Aduocauit, Cum illa verò conuenire quid aliud est, quam fide, & obedientia illi subesse? Beatus Hieron. similiter 24. quæst. 1. quoniam vetus ad apostolicum de Eremo adiacenti Syriæ scribens ait. Mihi cathedram Petri, & fidem apostolico ore laudatam censui consulendam, inde nunc animæ meæ postulans cibum, vnde olim Christi vestimenta suscepi. Sequitur, profligato à sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta patrum seruatur autoritas. Ibi cespite terra fœcundo seminis puritatem, centeno fructu refert. Et sequitur. Cum successore piscatoris, & discipulo Christi loquor. Ego nullum præmium nisi Christum sequens, beatitudini tuæ idest cathedræ Petri communione consortior, super illam pętram fundatam ecclesiā scio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est. Si quis in Noe arca non fuerit, peribit, regnante diluuio. Et quia pro facinoribus meis ad eam solitudinem commigraui, quæ Syriam iuncto Barbariæ fine determinat, non possum sanctum domini à tua sanctimonia tot interiacentibus spaciis semper expetere. Ideoq; collegas tuos Ægyptios cōfessores sequor, & sub onerariis parua nauicula delitesco. Non noui Vitalem: Miletum respuo, ignoro Paulinum. Quicunq; tecum non colligit, spargit, hoc est, qui non est Christi Antechristi est. Ex quibus verbis expresse innuit beatus Hierony. quod schismatici, Romanæ scilicet ecclesiæ inobedientes, quales fuere quos nominauit, prophani sunt, & à statu salutis penitus alieni. Sunt autem schismatici secundum beatum. Thom. 2.2. quæst. 39. qui subesse renuunt summo pontifici, qui membris ecclesiæ ei subiecti communicare recusant. August. etiam in 2. lib. de doctrina christiana, decretales Papç epistolas inter canonicas scripturas numerandas esse testatur. dist. 19. in canoni. dicens. In canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum, quam plurium diuinarum scripturarum solertissimus indagator autoritatem sequatur. Inter quas sanè & illæ sunt, quas & apostolica sedes habere, & ab ea alii meruerunt accipere epistolas. Canonicis .n. scripturis certa debetur fides, & obedientia, alioquin canonicç non essent. Ideo epistolis papalibus diffinitiuis, & præceptiuis fidem præstare, & obedientiam est necesse. Cui consonat constitutio Nicolai papæ distin. 19. Si romanorum, qua dicitur. Si romanorum pontificum decreto cunctorum opuscula tractatorum approbantur, vel reprobantur, ita vt quod verè sedes apostoli

ca

ea approbauit, hodie teneatur acceptum, & quod illa repulit hactenus inefficax habeatur. Quanto ergo potius, quę ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus, pro variis, & multifariis ecclesiæ necessitatibus, & fidelium moribus, diuerso tempore pręscripsit, omni debent honore pręferre, & ab omnibus prorsus in quibusdam necessitatibus, vel opportunitatibus dispensationem, vel discretionem magistro reuerenter assumere &c. Rursus de obediētia, quę apostolicę sedi debetur, pulchrè loquitur beatus Grego. diuino miraculo ad papatum electus, ita dicens 12. dist. præceptis. Præceptis apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, quæ à sancta, à romana ecclesia, & apostolica autoritate iussa sunt, salutiferè impleantur, si eiusdem sanctæ Dei ecclesię, quæ est caput vestrum, communionem habere desyderatis. Non nouum aliquod præsenti iussione præcipimus, sed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus, cum nulli dubium sit quod non solum pontificalis accusatio, sed omnis sanctæ religionis relatio, ad se. apo. quasi ad caput ecclesiarum debet referri, & inde normam sumere vnde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omitti. Cuius autoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui noluerint ab apostolicæ petræ, super quam Christus fundauit vniuersalem ecclesiam, soliditate diuelli.

Et iterum idem ait 19. distin. nulli. Nulli fas ē, vel velle, vel posse trāsgredi apostolicę sedis pręcepta, nec nostræ dispositionis ministerium, quod vestrā sequi oportet charitatem. Sit ergo ruinæ suæ dolore stratus, quisquis apostolicis voluerit contraire pręceptis, vel decretis, nec locum inter sacerdotes deinceps habeat, sed extorris à sancto fiat ministerio, non de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam damnatus à sancta, & apostolica ecclesia, sua inobedientia, atq; præsumptione à quoquā esse nō dubitatur, qa maioris excommunicationis deiectione est abiiciendus, cui sanctę ecclesiæ commissa fuerit disciplina, quia non solum pręfatæ sanctæ ecclesię iussionibus parere debuit, sed etiam aliis ne præterirent, insinuare. Sitque alienus à diuinis, & pontificalibus officiis, qui noluerit pręceptis obtemperare apostolicis. Item Grego. papa 81. distinct. Si qui sunt pręsbyteri. Peccatum inquit, paganitatis incurrit quisquis, dum christianum se esse asserit, sedi apostolicæ obedire contemnit. Cui cōsonat illud Adriani papæ vigesimoquinto. questio. prima generali. Generali decreto censemus, & constituimus vt execrandum anathema fiat, & velut præuaricator fidei catholicę semper apud Deum reus existat, quicunque regum, seu Episcoporum, vel potentum deinceps romanorum pontificum decretorum censuram in quoquam crediderit, vel permiserit violandam. Planè ad idem loquitur beatus Leo dicens distinctio. 19. Ita dominus, Ita dominus Iesus Christus humani generis salutator instituit, vt veritas, quæ antea legis, & prophetarum præconio continebatur, per apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est. In omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum. Sed huius muneris sacramentum ita dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro summo apostolorum omniū principaliter collocaret, & ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ministerii se intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium indiuiduæ vnitatis assumptum, id quod ipse erat, dominus voluit nominari, dicendo. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam vt æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ Dei in soliditate Petri consisteret. Hanc etiam ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ inferi contra eam pręualere. Verum tamen

hanc Petri istius sacratissimam firmitatem Deo (vt diximus) ædificante constructam, nimis impia vult pręsumptione violare, quisquis eius potestatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus suis, & id quod accepit à veteribus, non sequendo. Venerabilis quoque Beda super Matthęum ait. Quicunque ab vnitate fidei, vel societatis Petri apostoli se quomodolibet segregauerint, nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuam possunt ingredi regni cœlestis.

Rursus Nicolaus Papa vniuersali synodo præsidens statuit. 25. quæsti. 2. Siquis, Siquis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta pro catholica fide, vel ecclesiastica disciplina, pro correptione imminentium, vel futurorum malorum à sedis apostolicæ prӗsule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

Neque in his, quæ placent solum, sed in eis etiam, quæ dura sunt, obtemperare oportet Romane sedi. Sicut ad Ioannem Rauennaté episcopum scribens beatus Grego. tradit. cap. distin. Contra morem. Contra morem (inquit) ecclesiasticum est si non patientissimè toleratur, quod à nobis absit, etiam iniusta correctio. Cui concordat illud ex capitulis Caroli imperatoris decimonono. distinctio. In memoriam. Licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.

Longum nimis pariter, & tædiosum foret omnes sanctorum patrum constitutiones, veritatem istam approbantes adducere. Manifestum satis, est & nemo dubitat nisi desipiat, quam detestabile sit tot canonum decreta ab vniuersali ecclesia acceptata, ac corpori iuris inserta per inobedientiam violare, quisquis talis est rebellis planè conuincitur, & blasphemus, teste Damasceno papa, qui ait. vigesimoquinto quæstio. prima violatores. Violatores canonum voluntariè, grauiter à sanctis patribus iudicantur, & à sancto spiritu, instinctu cuius, ac dono dictati sunt, damnantur. Quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongruè videntur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter vt præmissum est aliquid, aut proteruè agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifestè vnum genus est blasphemantium spiritum sanctum, quoniam vt iam prӗlibatum est, contra eum agit, cuius nisu, & gratia canones editi sunt.

Nec mirum quod talia in nouo testamento, cuius non immeritò perfectior esse debet obedientia, sicut & gratia, statuit dominus, qui in veteri lege Deutero. decimoseptimo sub vltimi supplicii pœnis, summi sacerdotis iudicio obedire pręcepit: Dathan quoque, & Abyron contemptores Moysi, quem populi sui ducem constituit, pœna prius inuisa, & horribili condemnauit: Nume. decimo sexto. Verum tamen non in omni casu mandatum à sede apostolica primò emissum, statim ad sui executionem obligare intelligitur. Fert enim patienter in certis casibus se ap. si secunda iussio expectatur, dum tamen casum rationabilem, cur huiusmodi mandatum adimpleri non conuenit (puta si id præcipitur, quod sedi apostolicæ praua insinuatione suggestum, est, aut quod sine scandalo non quidem accepto, sed dato impleri non valet, aut aliud huiusmodi) is, cui mittitur apostolicę sedi per literas suas intimare curauerit. De quo in c. Si quādo de rescrip. et c. Cum teneamur, de pręben. In quibus casibus non censetur paruipendere apostolicę sedis autoritatem, nec menti papę mandatis per inobedientiam obsistere, qui secundum iuris formam, mandati executionem differt, secundam expectans iussionem. Si tamen purum habeat intentionis oculum; vt non in fraudem obedientiæ dilationem quęrat, sed vt apostolicę sedis certius mentem discat, paratus animo sem-

In nouo test. pfectior esse debet obedientia.

per

per ea intellecta, ſine dolo, qualibet dilatioue poſtpoſita obedire.

Septima veritas.

Ab obedientia ſummi pót. inferior non poteſt abſoluere.

Ab obedientia ſummi pontificis, nullius inferioris præceptum aliquem poterit abſoluere aut quomodolibet excuſare. Patet hæc veritas. Quoniam (ſicut Act. 5. dicitur) deo magis obedire oportet, quam hominibus, eo quod ab ipſo eſt omnis poteſtas, ſecundum Pauli ad Roma. 13. ſententiam. Ita vt ſummo pótifici Dei in terris vicario, à quo tanquam à capite omnis eccleſiaſtica fluit poteſtas in reliquos eccleſiæ miniſtros, vt ex ſupra allegatis manifeſtum eſt plus cęteris eſt parendum. De quo beatus Bern. in lib. de diſpen. & præcepto ait. Cuius inter pręceptores reuerentior in nobis imminet autoritas, eius grauior formidetur offenſio. Melius ſiquidem eſt obedire Deo, quam hominibus, & in ipſis melius magiſtris quam condiſcipulis. Quibus autem melius cõſtat obedire, ipſis proculdubio & non obedire deteſtabilius eſt. Vnde nunquã præcepto inferioris contra mandatum ſummi pontificis optemperandum eſt. Sed ſi quis aliquid mandato apoſtolico contrarium præceperit, contempto inferioris mandato, pręcepto ſummi pontificis obedire oportet. Quoniam in poteſtatibus ordinatis, poteſtas inferior non obligat contra ſuperiorem, Auguſtino teſte, qui libro 2. ſuarum confeſ. ait. In poteſtatibus ſocietatis humanæ, maior poteſtas minori ad obediendum pręponitur. diſt. 8. quę contra. Quod etiam clarè gloſa ſuper illud ad Roma. cap. 13. Qui poteſtati reſiſtit, ipſe ſibi damnationem acquirit, innuit, & eſt beati Aug. in lib. de natura boni 11. quæſt. 3. qui reſiſtit. Si illud inquit, iubeat poteſtas, quod non debes facere, hoc ſanè contemne poteſtatem timendo poteſtatem minorem, ipſos humanarum legum gradus aduerte. Siquid iubeat curator, nunquid faciendum eſt, ſi contra præſulem iubeat? Rurſus ſi ipſe proconſul aliquid iubeat & aliquid iubeat imperator, nunquid dubitatur illo contempto, illi ſeruiendum eſſe? Nec contemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire. Nec hinc debet minor iraſci, ſi maior prælatus eſt. Ex quibus manifeſtum eſt, quod iuſſionibus, & ſententiis ſummi pontificis, non obſtante cuiuſcunque alterius hominis contrario mandato, ſine cunctatione obediendum eſt. Quod etiam ſacri canones apertè ſtatuerunt. Vnde Nicolaus Papa ait 9 quæſt. 3. patet.

Patet profectò ſedis apoſtolicæ, cuius auctoritate maius non eſt, iudicium à nemine fore retractandum. Neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio, & Gelaſius Papa 9. quæſt. 3. Ipſi ſunt. canones (inquit) qui appellationes totius eccleſię ad huius ſanctæ ſedis examen voluerunt deferri. Ab ipſa verò nuſquam prorſus appellare debere ſanxerunt, ac per hoc illam de tota eccleſia iudicare.

Ipſam verò ad nullius commeare iudicium, nec de eius vnquam pręceperunt iudicio iudicari. Sententiamque eius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius ſequenda decreta mandauerunt.

Concordat ibidem canon. Cuncta per orbem.

Octaua veritas.

Octaua veritas. Sũmi pótificis diffinitiõs. ſi contra ſcripturã ſunt non obligãt ſui obſeruatiam.

Summi pontificis diffinitiones, & præcepta. ſi contra ſcripturam canonicam legem diuinam, aut naturalem emanarent, neminem ad ſui obſeruantiam obligarent. Sequitur hæc veritas ex præcedenti. Cum enim nec contra dominum ſuum vicarius, nec inferior contra ſuperiorem poteſtatem ſibi concedentem ſit audiendus, ſequitur, quod nec ſummus pontifex vicarius Chriſti audiendus eſt, immo nec creatura aliqua contra Deum, teſte apoſtolo. 2. Corinth. 13. Non poſſumus aliquid aduerſus veritatem, ſed pro veritate. & beato Petro Act. 5. Oportet Deo

plus obedire, quam hominibus. Scriptura autem canonica, vtrunq; videlicet testamentum, spiritu sancto dictante, & inspirante scripta creditur, secundum illud 2. Petri. 1. Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Lex quoq; naturalis diuinæ legi innititur, quia à Deo cordibus hominum est impressa, dicenre propheta psal. 4. Signatū est super nos lumen vultus tui domine. Et apostolus ait. Rom. 2. Ostendit opus legis scriptum in cordibus suis. Ad idē valet illud beati Hiero. super epistolā ad Ephes. 11. q. 3. Si dominus. Si dominus iubet ea, quæ non sunt contraria fidei, vel aduersa sacris scripturis, subiiciatur domino seruus. Sin verò contraria præcepit, magis obediatis Christo, quam corporis domino. Et infra. Si bonum est, quod præcipit imperator, iubentis exequere voluntatem. Si malum responde. Oportet magis Deo obedire quam hominibus, & beatus Aug. in de natura boni. 11. q. 3. qui resistit. Si aliud iubeat imperator, aliud Deus, maior ē potestas Dei. O imperator da veniam, tu carcerem, ille minatur gehennam. Et par ratio est de quolibet mortali contra Deum præcipiente. Hinc Isido. generaliter loquens ait 11. q. 3. Si is qui. Si is, qui Præest, fecerit, aut cuiquam, quod à Deo prohibitum est, facere iussferit, vel quod præceptum est, præterierit, aut præterire mandauerit, sancti Pauli apostoli ad Gala. 1. sententia ingerenda est. Et si angelus de cœlo euangelizauerit vobis, præter quod euangelizauimus, anathema sit. Beatus quoq; Ber. in de dispen. & præcep. ad idem dicit. Labia sacerdotis custodiunt sententiam. Malach 2. Et legem ex ore eius requirant. Requirant dixerim legem nonquam, vel autentica vlla scriptura tradiderit, vel ratio manifesta probauerit de huiusmodi quippe nec præceptor expectandus, nec prohibitor auscultandus est. Cui consentire videtur Gratianus distin. 19. Ita dominus §. hoc autem. Vbi loquens de suscipiendis decretalibus epistolis Papæ, addit, hoc autem intelligendum est de illis sanctionibus, & decretalibus epistolis, in quibus nec præcedentium patrum decretis, nec euangelicis præceptis aliquod contrarium inuenitur. Et iterum distin. 10. §. 1. Constitutiones ecclesiasticæ, vel seculares, si naturali iure contrariæ probantur, penitus sunt excludendæ. Alioquin qui mandato hominis contra Deum obtemperat, rectè cum pharisæis à domino exprobari meretur, dicente Mat. 15. Quare transgredimini mandata Dei propter traditiones vestras?

Nona veritas.

Sanctionibus, ac decretis apostolicis quas scripturæ sacræ legi diuinæ, & naturali obuiare certum non est, etiāsi dubium fuerit, assensus, & obedientia est præstanda. Patet hæc veritas præsertim quantum ad illa dubia, quæ quis scire non tenetur, per beatum Augu. qui contra Manichæos scribens ait. Vir iustus si fortè sub rege sacrilego militet, rectè potest illo iubente bellare, vice pacis ordinem seruans, si quod iubetur, aut non esse contra Dei præceptum certum est, vel vtrum sit certum non est, ita vt fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem tamen militem ostendat ordo seruiendi. Ecce si regi sacrilego in dubiis miles obedire tenetur, etiam in fundendo humanum sanguinem, quia si in bello, quantò magis in dubiis Papæ est obediendum. Hinc etiam beatus Bernar. in dispen. & præcep. ait. Quod ita latere aut in dubium venire possit, vtrū nam Deus sic, an aliter fortè velit in huiuscemodi lex ex ore sacerdotis requirenda est. A quo denique diuina potius consilia requirentur, quam ab illo, cui credita est dispensatio mysteriorū Dei? Ipsum proinde, quem pro Deo habemus, tanquam Deum in his, quæ apertè non sunt contra Deum audire debemus, & cœtera quæ ibi sequuntur. Demum nisi in dubiis papæ esset assentiendum, & obsequendum frustra ad eius sedem causæ dubiæ per ipsum

Nona veritas. Decretis apostolicis etiā dubiis modo nō contrariis legi diuinæ obedientia est pstanda.

vltimate

Frustra fit diffinitio cui standum non sit.

vltimatæ, & improuocabiliter terminandæ referrentur. Quippe frustra fit diffinitio, cui standum non erit. Ad apostolicum autem causæ dubiæ referendæ sunt, & maxime in fide sicut Gelasius papa constituit, ita di. 9. quæst. 3. Cuncta. Cuncta per mundum nouit ecclesia quod sacro sancta Romana ecclesia fas habet de omnibus iudicandi, nec cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permissus, & hoc quantum ad omnes causas generaliter. Quantum verò ad causas fidei ait Innocen. papa 24. quæstio. prima. quotiens. Quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & coepiscopos nostros non nisi ad Petri idest sui nominis, & honoris autoritatem referre debere. Et in c. maiores de baptism. & eius effectu idem ait. Maiores ecclesię causas præsertim articulos fidei cōtingentes, ad Petri sedem referendas intelligit, qui cum quærenti domino, quem discipuli ipsum esse dicerent, respondisse notabit: Tu es Christus filius Dei viui, & pro eo dominum exorasse ne deficiat fides eius. Hic hæreticorum ille mallæus beatissimus Hiero. dum fidei suæ confessionem summi pontificis iudicio obtulisset, ait 24. quæst. 1. Hæc est. Si autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunq; me culpare voluerit, se imperitum, aut maleuolum, vel etiā non catholicum, sed hæreticum comprobabit.

SECVNDA PARS huius defensorii obedientiæ apostolicę.

Qui sentis ecclesiam errare est hęreticus.

HIS itaque veritatibus à sancta matre ecclesia quam sentire posse errare, hæreticum est, acceptatis, & approbatis, aut ex eisdem sanctorumq; patrum irrefragibilibus testimoniis euidenter deductis innixus, ad nostrum propositum particularius descendendo, alias subiicio propositiones factum depositionis domini Dietheri de Isenburg quondam electi ecclesiæ Moguntinæ, & prouisionis reuerendissimi in Christo patris, & domini, domini Adolphi de Nassau electi, & confirmati iam dictæ ecclesiæ Moguntinensi concernentes. Pro quorum intellectu clariori præsupono factum fermè omnibus volentibus scire notum. Quomodo sanctissimus dominus noster Pi' papa secundus de fratrum suorum dominorum cardinalium consilio, dictum dominum Dietherum propter certas notorias transgressiones, & crimina, non vocatum, & indefensum, omni iure, quod sibi in dicta ecclesia competere potuit, priuauit, & priuatum ipso iure declarauit omnesq; sibi fidelitate, & sacramentis quomodolibet astrictos absoluit. Reuerendissimum quoq; patrem, & dominum, dominum Adolphū comitem de Nassau eidem ecclesiæ pręfecit motu proprio, tanquam verum, & legitimum pastorem, mandans omnib' Christi fidelibus, & pręsertim dictæ ecclesiæ in temporalibus, aut spiritualibus subiectis, sub interminatione maledictionis æternę, aliisque pœnis formidabilibus, quaten' apostolicis decretis priuationis, prouisionis, & cæteris hanc causam concernentibus obedientes domino Diethero priuato in nullis tanquam electo Moguntino responderent sed magis renitentem expellerent Dominum verò Adolphum tanquam verum pastorem ecclesiæ sępe dictæ susciperent, introducerent, eiq; vt tali responderent, obedirent, adhærerent. Cōsentiente in his inuictissimo domino Friderico Romanorū imperatore semper Augusto, prout hęc & alia multa in bullis papalibus, ac imperialibus literis per totum penè mundum publicatis plenius continentur. Et quod hæc de mente sanctitatis suæ sufficienter informatę, non pręcipitātur sed velut matura deliberatione digesta processisse non dubitarentur omnisq; non obediendi tolleretur occasio non modo se

Priuatio Dietheri à potest summa de ecclesia Mogū tinen.

cundo,ſed iterum,atq; iterum patenti bus bullis, & plurificatis breuibus miſſis pręlatis,principibus, ac communitatibus tam ſpiritualibus, quam ſecularibus declarauit.Sed & oratores ſuos ad informandum vniuerſos de hac ipſa mente,ac de proceſſus cauſę iuſtitia nec non ad exequendum apoſtolica huiuſmodi mandata cęteraq; his rebus accommoda, idem dominus noſter ſanctiſſimus delegauit.Quibus ſic tanquã notoriis præſuppoſitis ſequitur propoſitio prima talis.

Prima propoſitio.

Omnes tenentur obedire mandatis apoſtolicis ſub pœna æternę damnationis.

Omnes & ſinguli Chriſtifideles, mãdatis huiuſmodi apoſtolicis ſufficienter ſibi publicatis tenentur ſub pœna æternæ damnationis in his, quæ ad ſe pertinent,obedire.Cum enim in omnibus quæ ſcripturę ſacrę legi diuinæ, aut naturali non obuiantur, ſummo pontifici tanquam voci Petri ex diuino precepto, de neceſſitate ſalutis obedire oportet,vt ex pręmiſſis veritatibus deductum eſt. Mandata apoſtolica de quibus nunc ſermo, quoniam ſcripturæ ſacrę legi diuinę,& naturali non contrariantur,ſed conſonant,ea ſine diſpendio ſalutis ęternæ tranſgredi pōt nemo.Quia verò legi diuinæ, & naturali quinimo & poſitiuæ dicta mandata ſint conformia, patet manifeſtè. Nã & lex diuina eum qui eccleſiæ pręlatis obedire contemnit, eiici, & à fidelium communione iubet proiici. Ait enim Matth.28 Si eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus,& publicanus.Ratio deniq; naturalis dictat eum officio prę eſſe non debere, qui ſibi vacans, negligit, quæ ad illius executionem officii requiruntur,nec bonum perſonę,bono communi præponendum fore, docet philoſophus.2.Eth.

Ius poſitiuum,electum in epiſcopũ, qui infra tempus a iure ſtatutum conſecrari negligit, eccleſia, ad quam electus eſt priuari diſponit. Tempus hoc trium mēſium curriculo poſt confirmationem determinatur in c.1.diſt.75.et. c. quoniam quidem 100. diſt. Et notatur in glo. cũ in cunctis.de elec. Quia ſi vltra quinq; menſes ſuam electus conſecrationem diſtulerit, inhabilis redditur non ſolum ad eccleſiam, quam tenet, ſed etiam ad aliam quamcunque obtinendam, & in c. quoniam quidem ſupra allegato. Nec mirum de electo in epiſcopum, cum etiam quiſquis ad curã animarum aſſumptus fuerit, ſi infra annum ſe ad ſacerdotium promoueri non faciat, etiam ipſo iure paſtorali officio eſt priuatus, ſicut expreſſe habetur in c. Licet canon. de elect.lib.6.vbi ſic dicitur.Ideò qui ad regimen huiuſmodi aſſumitur, vt gregis ſibi crediti diligentius gerere curam poſſit, infra annum à ſibi commiſſi regiminis tempore numerandum,ſe faciat ad ſacerdotium promoueri. Quia ſi infra idem tempus promotus non fuerit, eccleſia ſibi commiſſa,nulla etiam pręmiſſa monitioně,ſit præſentis conſtitutionis autoritate priuatus. Qui canon locum habet de electo in epiſcopum,vt expreſsè tenet Ioan.and.in dicto c.in glo.verbi priuatus,& Ioa. monachi ibidem in ver.quando incipiet. Tum quia epiſcopus verè curatus eſt habens parochiam videlicet diœceſim ſuam.Capitulum autem loquitur generaliter de aſſumpto ad regimen parochiæ. Tum quia eadem immo maior ratio legis reperitur in epiſcopo, quam in ſimplici curato. Ratio enim in textu aſſignatur, vt gregis ſibi crediti diligentius curam gerere poſſit, numeroſior autem grex epiſcopo commiſſus eſt, quam parochiæ ſimplicis curatori.

Priuat denique conſtitutio Mantuana omnem appellantem contra iura antiqua, à ſummo pontifice ad futurũ concilium, omni dignitate (ſi quem habet) ipſo facto. Sic excommunicatum præſertim ipſum diuinis ſe temere ingerentem,& coram eo celebrari facientem, grauibus pœnis ſubiiciunt, etiam pœnæ irregularitatis, vt communiter ſentiunt doctores in c.Siquis epiſcopus & ſequenti. decimo primo quęſt. 3. &

in

in c. illud. de clerico excommunicato miniſtrante,& in c. latore.eo. ti. Notorium verò eſt dominum Dietherum nec ſacerdotalem,nec alium ſacrum ordinem poſt electionem ſuam ante triénium factam ſuſcepiſſe, nec diſpenſationem queſiſſe, nec impedimentum ante ſtatutum terminum allegaſſe, quod nec ipſe negat,nec ſui defenſores. Notorium deniq; eſt,& in ſcriptis propriis confitetur ſe appellaſſe ad futurum concilium,contra conſtitutionem Mantuanam. Manifeſtum quoque eſt dictum dominum Dietherum dudum ante ſui priuationem excommunicationis ſententiam incidiſſe,& vt talem in vrbe,& Colonia publicatum fuiſſe, & nihilominꝰ diuinis ſe ingeſſiſſe officiis. quemadmodum ſe ingerit temere de præſenti.Quapropter & apoſtolica mãdata pœnas priuationis,& alias contra tales à iure taxatas, in d. Dietherum ſępe dictum fulminantia, iuribus concordant,& in nullo penitus contradicunt.

Alia verò crimina in papalibus bullis obiecta, quia grauia ſunt, & ſcandaloſa) ſileo, quoniam nullius infamia (conſcientia teſte) paſcor.Neq; tamen proceſſum ſanctiſſimi domini noſtri vitiat quod non vocatum,& indefenſum priuando damnauit. Nec ab obedientia mandatorum eiuſdem. S. d. n. appellationis friuolæ interpoſitio aliquẽ abſoluere poterit. Sunt nanque,qui his duobus innixi ap. ſe. rebellant, ſe & alios damnabiliter ſeducentes, qui nõ verentur, quo ad primum verbo,& ſcriptis aſſerere, quod damnare aliquem non vocatum, & indefenſum,legi diuinæ contrarium ſit,naturali,& poſitiuo, & per conſequens huiuſcemodi ſententia liget neminem,eo quod ipſo iure diuino,& humano ſit irrita, & inanis Ad ſui erroris ſtabilimentum ſuperaddentes ꝙ non legitur dominum aliquem niſi vocatum,& defenſum damnauiſſe, quod vel temerarium eſt, aut hæreſis manifeſta.Equidem ſi ad fugiendum temeritatem dicere volunt, ſcripturam non commemorare,iudicaſſe quempiã dñm, quin & iudicati vocationem, & conceſſam defenſionem commemoret, prout etiã exẽplis de protoparẽte Adã, primogenito ſuo Cain, ac Sodomitis oſtendere moliuntur, hæreſim aſſerunt manifeſtã, quia diuinæ ſcripturę aptè contraria,quod ſequentia declarabunt. Pro quorum clariori intellectu aduertendum puto ꝙ de vocatione, & defenſione dupliciter loqui contingit. Vno modo generaliter ſatis, vt per vocationem intelligatur vel iuris promulgatio,vel ad eius obſeruantiam exhortatio, vel à tranſgreſſione reuocatio, & hoc ſiue fiat præceptis,exhortationibꝰ internis inſpirationibus,beneficiis,ſiue flagellis,quomodo nos à dño vocari, & multipliciter vocari teſtatur b.Grego. hom. 36. & alibi. Sic per defenſionem accipi poteſt ipſa conuerſio,vel pœnitẽtia,quibus defenditur peccator,ne ſententiam excipiat dignã factis. Illo mõ verũ eſt ꝙ dominus non vocatum non condemnat.Sed ille intellectꝰ nihil ad propoſitum, quoniam ſic multipliciter vocatus eſt dominus Dietherus, ſacrorum.ſ. canonum conſtitutionibus,ſcriptis apoſtolicis,& miſſis oratoribus, diligentiſſimè admonitus eſt,ne clauium poteſtatem vilipenderet, ne cenſuras eccleſiaſticas ſperneret, ne ſuperiori poteſtati contrairet,ne iuramentorum factorum immemor exiſteret, ne ſe grauioribus pœnis, & ſententiis innodaret.Aliter vocatio dicit iudicialem rei citationem,& defenſio iudiciales actus quibus reus ab impetitione actoris ſuam innocentiam oſtendendo, vel repellendo actionem,ſe tuetur. Et ſic loquendo de vocatione,& defenſione ſcriptura frequenter commemorat reos, non ſolum à domino, ſed etiam ab hominibus laudabiliter punitos,de quorũ vocatione, & conceſſa defenſione poſt admiſſa crimina mentionem penitus nullam facit. De multis pauca,quę ſequuntur exempla,ſubiicio in teſtimonium prædictorum.

Dupliciter de vocatione, & defenſione loqui contingit.

Adam protoplaſtus mox vt mandatum Dei tranſgreſſus eſt, damnationis ſuæ ſententiam excepit ſcilicet priuationem

uationem gratię, & iustitiæ originalis, moriendi necessitatem, carnis rebellionem, peccati fomitem, ideo verecundia impulsus, ad folia confugit priusquam à domino non tam ad iudicinm, quam ad pœnitentiam vocaretur, vt vult glo. b. Greg. Gen. 3. super illud, Adā vbi es? Dum vocat (inquit) significat, quod ad pœnitentiam reuocat. Item diluuio dominus vniuersum genus humanum vsque ad octo animas iudicio terribili absorpsit, quod licet iusto Noe prænunciauit Gen. 6. & 7. atque 120. annos ad pœnitendum mundo concessit, nullam tamen peccatorum vocationē, aut defensionem præuiam canon prodit. Ædificatores turris Babel per linguarum confusionem corripuit. Gene. 11. Regem Ægypti plagis maximis flagellauit Gen. 13. Domum quoque Abymelech sterilitate percussit Gene. 20. propter Sarai vxoris Abraę ablationē. Transeo submersionem Exod. 14. Pharaonis cum curribus, & ęquitibus in mari rubro, plurimas quoque plagas Ægypti. Venio ad exitum Israel de Ægypto quotiens corrupti sunt à domino in via deserti. Nam Leuit. 10. Nadab, & Abiu filii Aaron, quia ignem obtulerunt alienum, igne egresso a domino sunt consumpti. Quia tum est murmur populi. Nume. 11. quasi dolentium pro labore, & accensus in eos ignis domini, deuorauit extremam castrorum partem. Rursus Nume. 16. murmurauit populus contra Moysen, & Aaron, & percussi sunt à domino. 14700. Iterum locutus est Nume. 21. populus contra dominum, & Moysen, & per ignitos Serpentes à domino sunt puniti. Pręuaricatus est (Iosu. 7.) Achā filius Carmi accipiens de anathemate Hiericho, & percussi sunt de populo. 36. in perpetrati criminis vltionem. Propheta quidam 3. Reg. 13. contra domini præceptum leui credulitate deceptus, comedit panē in Bethel, mox sententiam domini à propheta, qui eum deceperat, audiuit & in via rediens, à leone percussus interiit. Sennacherib rex Assyriorum per nuncios blasphemiam locutus est. 4. Reg. 19. in dominum, & occisi sunt de exercitu ei⁹ nocte vna per angelum domini 185000. Longum esset enarrare singula. In his omnibus punitos legimus peccatores, quorum iudicialem vocationem, & defensionem pœnitus scriptura silet. Nec solum hæc à domino, sed ab hominibus laudabiliter facta legimus inspirante domino, iubente, vel admittente. Nun quid non Moyses famulus domini in vltionem idolatriæ in vituli adoratione commissæ, vocato quidem Aaron, sed non populo. Exod. 32. percussit ex idolatris. 23000. Et cum initiati sunt Beelphegor, iussu domini principes suspendit in patibulis, percussit de populo (Nume. 25.) 24000. Sed & Phinęes zęlo domini permotus Zābri filium Salu, & Cochi filium Sur principes Madian confornicantes pugione pariter transfodit, propter quod & dominus placatus est, & Phinęes non parum à domino commendatus ibidem. Similiter Matathias zęlo legis accensus 1. Machabæ 2. Israelitam idolo sacrificantem in altari trucidauit, & regis nuncium, qui immolare compulit, interfecit. Sic populus Israel tribum Beniamin Iudic. 20. in vltionem stupri iussu Dei penè extinxerat. Sic denique eidem filii Israel Madianitas. Nume. 31. Sic Chananæos Iosue per totū, sic Saul Amalech. 1. Reg. 15. Alios quoque plurimos demoliti sunt domini ex mandato Sic Paulus spiritusancto repletus. Act. 13. Elimam magum verbis durissimis infamauit, & corporaliter excecauit. Corinthum publicum fornicatorem absentem excommunicauit 1. Cor. 5. ac Sathanę tradidit in interitū carnis, vt spiritus saluus fiat. Sed & scribens Thimothæo, quia dixerat nihil faciendum sine pręiudicio, statim determinans vbi huiusmodi præiudicium. i. examen esset necessarium, & vbi non, diuidit mala in manifesta, & occulta, vt ostendat in manifestis non esse opus examine. In occultis autem sine præexaminatione nō posse fieri iudicium. Ait ergo 1. Tim. 5. Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudiciū, quorum

rum

rundam autem & subsequuntur. Vbi Nico. de Ly ait. Manifestat apostolus quoddam superius dictum. Dixerat.n. quod Timotheus nihil ageret sine diligenti examinatione præuia. Ideo declarat, quæ sint illa, quæ indigent tali discussione di. Quorundam hominũ peccata manifesta sunt ex euidentia facti, & talia non indigent actione, testificatione, seu examinatione. Ideo subditur, pręcedentia ad iudicium .i. ad examinationem, quia per se sunt notoria, & sic punienda sine discussione. Hæc Lyr.

Aliquando puniũtur peccatores nulla ꝑuia vacacatione iudiciali

Sed & saluator noster Christus emẽtes in templo; & vendentes Ioan. 2. & Mat. 21. verbis corripiens, & flagello de domo domini eiiciens castigauit. In quibus omnibus, aliisque compluribus punitiones fore facientium legimus, nullam verò iudicialem punitorum vocationem, nullam de eorundem, concessam defensionem legimus præcessisse. Sic etiam secundum legem Nume. 35. Vltor proximi sanguinis effusi homicidam extra vrbem refugii prius, quam summus pontifex moreretur, casualiter inuentum occidere poterat sine culpa. Nec refert, quod quidam ex supradictis puniti sunt non vocati, & indefensi, quia in crimine actu deprænhensi, sufficit enim, quod in aliquo casu puniri potest laudabiliter non vocatus, nec defensus, & ita saltem in illo casu nullo iuri obuiat, cuius contrarium rebelles clamant. Quia si causam sciscitari placuerit, cur liceat taliter deprænhensum in crimine punire indefensum, credo, quod alia efficacior causa (si veritas colitur) assignari non valet, nisi quia in huiusmodi deprænhenso crimine notorium est, & nulla potest tergiuersatione cęlari. Quod si verum est, immo qa verum est, ergo vbicunque crimen sufficienter notorium est, ita vt nulla possit tergiuersatione cælari, nec excusari, similiter non requiritur ad iustam condemnationem vocatio criminosi, & cõcessio defensionis, cum vbi causa est eadem, idem ius dicatur. de consti. Translato sacerdotio in glo. Tam & si in mere positis, eo quod odia sunt constringenda, non oportet esse, sed potest esse idem ius, vbi videtur esse eadem causa. Ex quibus clarè patet, quod dicere, quia nusquam legimus dominum puniuisse peccatores nisi vocatos, & defensos secundum scripturæ testimonium, scripturæ diuinæ contrariatur apertè, & per consequens est hæresis manifesta. Si verò quis dicat. Licet scriptura in præmissis exemplis punitorum vocationem, & defensionem taceat, præcessisse, tamen temerarium est asserere qđ nulla scripturarum auctoritate ostendi poterit, nec probabili ratione. Quia rerum iuri naturali non obuiet, immo consonet, damnare criminosum notoriè sine vocatione, ex eo manifestum ẽ, quoniam Deus, & natura secundũ philosophum nil faciunt frustra, ideo nec ratio naturalis dictat aliquid fieri debere frustra, immo oppositum dictat nihil. s. frustra debere fieri. Sed frustra seruatur iudiciarius ordo in crimine sufficienter notorio, quãtum ad illam causam pertinet, quoniam ad hoc requiritur iudiciarius ordo, cuius partes sunt vocatio, & defensio rei, vt veritas causæ innotescat iudici, & his, quorum interest cognoscere, qua certè cognita, iudex partibus reddat iustitiæ complementũ quoniã secundum philosophum 1. Eth. Vnusquisque bene iudicat, qui cognoscit, & horum est bonus iudex. Et in ꝓuerbiis cap. 12. dicitur. Iudex, qui iudicat, quod nouit, iudex iustitiæ est. Dum ergo causa sufficienter nota est iudici, & partibus, ac cęteris, quorum interest frustra adhuc inquireretur. Alioquin post partis confessionem, aut testiũ sufficientem dispositionem adhuc oporteret inquirere, quod absurdum reputatur, pariter & ridiculosum.

Qui dicit dñm nũquam punire peccatores nisi vocatos, contrarius est diuinę scripturæ.

De iure autem positiuo non oportet prolonga re sermonem, cum ius purè positiuum summum pontificem non astringit. Quoniam vt habetur 25. q. 1. ideo permittente. §. sacrosancta. Sacrosancta Romana ecclesia ius, & autoritatem sacris canonibus impartitur, sed non eis alligatur. Habet enim ius condendi canones, vt potè quæ caput est, & car

De iure positiuo non est prolongandus sermo.

& cardo omnium ecclesiarum, à cuius regula nemini dissentire licet. Ita ergo canonibus auctoritatem præstat, vt seipsum non subiiciat eis, & cętera, quæ sequuntur. Ideoque si ex certa scientia summus pontifex aliter, vel contra ius positiuum diffluit, sapit, vel agit, omni cum reuerentia huiuscemodi obtemperandum est diffinitionibus, & mādatis. Veruntamen ius positiuum clarissimè decernit in plerisque locis insufficienter notoriis, ordinem iudiciarium seruare non oportere, notoria quoq; examinata esse non iterum examinanda, propter quod etiam processus in notoriis sine iudiciario ordine habiti, contra multos imperatores, reges, archiepiscopos sine vocatione priuatos, & depositos, in regulam, & exemplum futurorum, corpori sacrorum canonum sunt inserti, quorum prolixiorem recitationem transeo, fauens breuitati. Loca tamen quædam designo, vt qui vult, legat ipse 2. quæst. 1. manifesta & cap. seqnenti. & c. scelus. e. q. & causa c. Romana de censibus. lis. §. sanè in vers. notoria in tex. & in glo. Ad nostram. 3. de iureiurando c. bonæ. primò de electione c. illud. de cleri. excommunicatione ministran. Ad Apostolicæ. de sen. & re iudi. lib. 6. 21. dist. Intantum. & in aliis pluribus locis. Placuit nihilominus verbum beati Bernardi ad propositum nostrum apertissimè loquentis inserere, quod in canonicæ scripturæ autoritate fundans, ad Eugenium Papam, lib. 1. de consyderatione ita scribit. Aliis alias multas causas poteris committere terminandas, quam plures verò audientia dignas iudicare. Quid enim opus est admittere illos, quorum peccata manifesta sunt pręcedentia ad iudicium. Et sequitur. Si Christi discipulus es, ignoscat zęlus tuus, exurgat auctoritas aduersus impudentiam hanc. Intuere magistrum sic facientem, & audi dicentē. Qui mihi ministrat, ne sequatur Non parat aures, vt audiat, sed flagellū, quo feriat. Verba nec facit, nec recipit. Nec enim sedet iudicans, sed insequitur puniens. Causam tamen non tacet, quod videlicet domum orationis negociationis fecissent, ergo & tu fac similiter. Hæc Bern. Ex quibus ad supradictorū confirmationem irrefragabilem patet, quod dicere, quod damnare sufficienter notorium non vocatum & indefensum obuiat legi diuinæ, & naturali, & ideo iniustum est, & sapit hęresim manifestam. Cum etenim Romanorum pontificum, & vniuersalium conciliorum decretis corpori iuris insertis, & per consequens abvniuersali ecclesia approbatis, sancitum est licitè, & iustè sufficienter notorium, sine vocatione, & concessa defensione condemnari posse. Si id iniustum est, & legi diuinæ, & naturali contrarium, sequitur vniuersalem ecclesiam in his, quæ fidei sunt, & morum, errasse, quod articulo symboli, Et vnam sanctam catholicam, & apostolicam ecclesiam, vt supra deductum est, contradicit. Et mirum satis ē, quomodo audeat damnationem indefensi notorii velut rem nouam coram simplicibus admirari, cum tamen frequenter & apud clericos, & apud laicos huiusmodi practicantur.

Si nempe beneficiatus, aut ad dignitatem quamlibet etiam episcopalem, vel archiepalem electus, & assumptus contraht publicè matrimonium, statim sine eius vocatione ad beneficiū vel dignitatem, quam possedit, alius ꝓmouetur. Sic habens curatum beneficium, si aliud curatum acceptat, incompatibile primò sine dispensatione collator primi beneficii alteri id confert, possessore priore non vocato. Sic si ad parochiam promotus infra annum se ad sacerdotium non faciat promoueri, Clara sunt iura. Sic quo ad laicos, si subditi tributa in termino constituto suis dominis, aut communitatibus, quibus subsunt, non soluunt, eis nec vocatis, nec defensis de habitationibus suis, aliquando etiam effractis seris pignora efferuntur. Sic qui vocati ad communia seruitia venire negligūt, indefensi puniuntur, secundum consuetudinē multarum regionum, ciuitatum, & villarum. Solent quoque domini fęudorū,

si vasalli infra terminum certum à lege, vel consuetudine statutum homagium facere,& fæudum ab eo acceptare contemnunt,lapso termino,istis non vocatis, alios infeudare. Similia multa ad propositum adduci possent. Appellatio proinde, vt dicitur per dominum Dietherum ad Papam melius informãdum interposita, nullum ab obedientia processuum apostolicorum poterit excusare. Tum quia à notorio appellari canones sacri prohibent, neque deferendum fore tradunt vt in c. Consuluit.1.de appellationibus & c. Cum spirituali & c.Cũ sit.§.fi.& c.Peruenit.eo.ti. Tum quia ab appellatione recessit per contrarios actus, dum publico edicto contumacissimo pariter, & crudelissimo, sub pœnis vltimis literas, & mandata.S.d.nostri, ad quem appellauit, recipi prohibuit, nuncios capi,atque captos suis demandauit vinculis præsentari, dumque iuris viam deserens,viam facti assumpsit,violenter obedientes ecclesiæ armis inuasit, sicut & facere non desinit de præsenti,ideo beneficio apostolicæ sedis reddidit indignum. An sit,de appel.& c.quia frustras de vsuris. Cum præterea per appellationem,quam interponit excommunicat⁹ nequaquam ab excõmunicatione, quã prius inciderat,absoluitur. Siquidem appellatio legitimè interposita ab excommunicatione, quæ post appellationem legitimam fertur, defendit appellantem,non ab ea,quam prius inciderat, vt in cap. per tuas. de sententia excommunicationis. Notorium quoq; sit dominum Dietherum dudum ante appellationem suam excommunicatũ, & denunciatum in vrbe, & in partibus extitisse,& à nonnullis longe prius quã priuaretur tanquam excommunicatus, vitatum fuisse, quomodo vsque hodie non absolutus se diuinis ingerit,prophanus quoque clerus suus inexcusabiliter sibi communicat temere,&damnabiliter in diuinis.

In quo manifesta rebellio apparet, non iuridica prosecutio interpositæ appellationis. Si denique meritum causę secundum regulam legis diuinæ rimemur, inuenire non possumus, in quo apostolica sedes dominum Dietherum grauari, quam enim ei intulit iniuriã, cum ea,quæ notoria sunt,in publicum deduxit? De manifestis autem secundũ sententiam venerabilis Bedæ, nedum sedi apostolicę,sed cuilibet licet proximum iudicare. Priuauitque archiepiscopatu, qui nedum Archiepiscopos, sed archiepiscopatus instituere habet, & reuocare. Et quid egit? ab onere grãdi,cura graui, periculo formidabili absoluit, ad quod aspirare stultum est; sine vocatione accedere præsumptio dãnabilis, contra superioris voluntatem tenere argumentum nimiæ temeritatis Nam teste August.lib. 19. de ciui. Dei cap.decimonono. Locus superior, sine quo regi populus non potest, & si ita teneatur,atque administretur,vt decet indecenter tamen appetitur. Quamobrem ocium sanctum quærit charitas veritatis. Negocium iustum suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendę, atque intuendæ vacandum est veritati. Si autẽ imponitur,suscipienda est propter charitatis necessitatem. Sed forte dicis. Non hic de episcopali opere agitur, sed de principatu, de honore, de dominio, de terrarum possessione. Cui è regione respondeo, quisquis hęc quærit,& adepta temerè tenet opes scilicet non episcopale opus, eo ipso indignus est episcopio, longè talis est à viro secũdum cor Dei, Dauid loquor, qui egressus regiam ciuitatem Hierusalem fugiens Absalon filium suum, patris regnum iniustè sibi vsurpare molientem, ait.1. Reg. 13. Si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me. Si autem dixerit, non places, præsto sum. Sed Saul ita est,Saulis imitator, qui& ipse per dominum à regno depositus nõ cessit,magis aũt in armorũ potentia confisus persequebatur eum,quem dominus elegerat, ideo sceleris proprii sęuissim⁹ vltor seipsum interficiens interiit,morte miserabili consummatus.1. Regum vlt. Ostenditur nihilominus propositio

In dubiis sede apostolicæ obediendũ.

principalis ex alio principio sic breuiter. In dubiis sedi apostolicæ obediendum fore supra ostensum est. Sed processum sedis apostolicę contra dominũ Dietherum non esse iniustum certum est cuilibet eius notitiam habenti, vel ad minus esse iniustum dubium est. Siquidem nullus quantumlibet simplex, ac rudis fuerit, potest rationabiliter nõ dubitare de iustitia processus domini Papæ, si eam certam non habeat, pro qua semper præsumendum est, sicut & de iustitia iudicis inferioris, sicut tradit ius in cap. sic. de sen.& re iudi & c. In pręsentia de renuncia. Etiam quantumcunque oblatret pars do. Diether. iniuriam pertulisse. Tum quia plurimi in vtroque iure periti diuino pariter, & humano, viri bonæ famę, & opinionis, religiosi denique, obseruantiæ sanctæ cultores, cum dispendio rerum, & corporis periculo, nulla spe terrenæ remunerationis ducti processibus apostolicis obediunt dominũ Dietherũ cum sibi adhærentibus tanquam excommunicatos vitantes. De quorum numero sunt fratres Carthusiẽses. Benedictini, Cistertiẽses, Regulares Canonici, Carmelitæ, Prędicatores, fratres beati Frãcisci, etiam in terris, ac dominiis rebellium commorantes. Quorum nonnulli monasteria, beneficia, domus, possessiones, & omnia temporalia relinquẽtes, exulare magis elegerunt, quam cũ in obedientia, ac apostolicorum trasgressione mandatorum suis in pace frui de quibus omnino præsumi non potest quod ignorantia, leuitate, alia ve sinistra occasione permoti à iuris veritatisque tramite deuiarent, pauci verò si tamen aliqui in parte Dietheri inueniantur, quos non elatio, cupiditas, carnalis propinquitas, vel affectio, aut improbum temporale corporis commodum in rebellionem sedis apostolicæ irretiuit. Sed & archiepiscopi, & episcopi, quorum multi extra hanc causam domino Diethero faueban plurimũ obedientiam ap. se. sicut tenentur in dicta priuatione Dietheri affectioni praeserunt, & fauori. Quinimo vniuersitates in in dominio rebellium constitutæ, licet à quibusdam pęnis in processibus apostolicis contentis appellarunt, protestantur tamen apertè, & fatentur, qđ sententia priuationis domini Dietheri, & prouisionis domini Adolphi ab inferioribus iudicanda non sit, sed magis ei deuotè, & humiliter optemperãdum, vt in forma appellationis Heidelbergensium, & clarè patet, cuius tenorẽ hic inserere non oportet. Quæ omnia, & similia multa etiam indoctis probabile dubium inducunt, verius vehementem præsumptionem de iustitia actoris per apostolicam sedem, quo dubio stante de necessitate salutis tenentur omnes sic probabiliter dubitãtes sedi apo. obedire.

Propositio secunda.

Quicunque ab ecclesia dãnato fauent culpabiliter peccant.

Quicunque dominum Dietherum post sufficienter agnitam eius priuationem tanquam electum, & confirmatum Mogontinum, verbo vel facto venerantur, & in sua rebellionis pertinacia defendunt, adhærent, fouent, assistunt, aut consentiunt tanquam ecclesiasticę potestatis, & ordinationis diuinæ contẽptores, culpabiliter peccant, secumque eisdem censuris, & maledictionibus illigantur, Scientes nanque dominũ Dietherum, & credentes priuatum, & tamen ob metum, vel fauorem blandiendo verbo, vel facto talem asserunt, qualem non esse credunt, perniciosè mentiuntur, in scandalum videlicet proximi, & damnum domini Adolphi, & per consequens contra legem diuinam dãnabiliter peccant, secundum illud psal. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Quod si consentiunt efficaciter per cooperationem, & auctoritatem eum in sua rebellione fouendo, aut defendendo pari pæna veniunt puniendi teste Apostolo Rom. 1. qui cum inobedientiam & plurima crimina Romanis scribẽs enumerasset, addidit. Qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed qui consentiunt facientibus

bus. Cui concordat beatus Isidorus di. Qui consentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum, & homines, & corripietur increpatione seuerissima. Hinc etiam quidam sanctissimus pater ait. Si quis peccantem defendit, acrius quã ille, qui peccauit, coerceatur. Hinc etiã alius pater ait. Siquis alterius errori cõsentit, sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum 9. quæst. 3 Qui consentit. addit glo. per cooperationẽ, & auctoritatem, participans denique excommunicato in crimine eidem sententiæ innodatur, eo quod facientem, & consentientem par pęna constringat vt dicit lex in cap. nuper. de sent. excõmuni. & cap. Si concubinę. eodem titulo.

Propositio tertia.

Participãtes ex communicato siue sint clerici, seculares, aut regulares, sũt irregulares.

Sacerdotes, & clerici seculares, aut regulares, dicto priuato, aut suis complicibus adhærentes, in locis interdictis, & eorum excommunicatis ipsi excommunicati celebrantes, irregulares sunt, & prophani, populumque Dei perniciosè decipiunt, & diuina contaminant sacramenta.

Quid execrabilius, ac blasphemum magis, quam sacramentum vnitatis ecclesiæ tractari extra ecclesiæ vnitatem de. conse. dist. 2. hoc sacramentum. Ac summè sacrificium obedientię (de quo apostolus ad Phil. 2. Factus est obediẽs patri vsque ad mortem, mortem autem crucis) contumaci rebellione contra sacrorum instituta canonum tractare, ꝓpter quod sine dubio apostolicam incidunt sententiam, quæ indignè sumentes eucharistiam, æterno dignos iudicio 1. Corinth. 11. & reos corporis domini, & sanguinis condemnauit. Sed neque (vt idem apostolus inquit) calicem domini bibere potestis, & calicem dęmoniorum nõ potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. 1. Corinth. 10. Quis autem magis mensam dœmoniorum participat, nisi qui per inobedientiam contra superiores, & maximè caput ecclesię superbiens censuras contemnit, diuisiones facit, schismata generat, pacẽ corporis Christi, ac connexionem membrorum cum capite, quantum in eo est, violat, atque rumpit? Quod b. Aug. in de verbis apostoli, ser. 78. & habere 11. quæst. 3. Omnis, innuit, cum dicit. Omnis christianus dilectissimi, qui à sacerdotibus excommunicatur, Sathanæ traditur, quomodo? quia. s. extra ecclesiam est diabolus, sicut in ecclesia Christus. Ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab ecclesiæ communione remouetur. Vnde illos, quos apostolus Sathanę esse traditos prędicat, à se excommunicatos esse demonstrat. Quæ excõmunicatio, quãtum sit cuilibet fideli timenda, Idem super Ioãnem scribens ait. Nihil sic debet formidare, quam separari à corpore Christi, Si enim separatur a corpore Christi non est membrum eius. Si non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius. Quisquis autem inquit, apostolus Roma. 8. spiritum Christi nõ habet, hic non est eius. Et Chrys. super Matt. 11. quæst. 3. Nemo. Nemo contemnat vincula ecclesiastica. Non homo. n. est, qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit, & dominus fecit homines esse tanti honoris. Audiant deniq; cum tanto contemptu sacra sumentes prophetã dicentem Hiere. 11. Aggæi 2. Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitiam tuam, in quibus gloriata es? Si verò anima polluta edens ex carnibus hostiæ pacificorum, diuina sententia iussa est exterminari de populo. Leuiter 7. quid fiet de anima excommunicata, à sacramentorum communione separata, quæ mãducat de hac hostia, ꝑ quam pacificata sunt omnia, & quæ in cęlis sunt, & quæ super terram? ad Col. 1 Timeant, necesse est, ne iusto Dei iudicio patiantur in anima incendium, ignis inextinguibilis, qđ passi suntChore, & congregatio sua ccl. viri, dum eos imitantes sicut illi, vt habetur Nume. 6. Non desinunt in officio sibi indebito sacra prophanare. Item ex cõsilio Mar

ti

tini Papæ 11. quæst. 3. Si quis episcopꝰ in concilio excommunicatus fuerit, siue presbiter, aut diaconus à suo episcopo, & post excommunicationem præsumpserit (siue episcopus ille, aut presbiter, vel diaconꝰ) facere oblationem, vel matutinum, vel vespertinũ sacrificiũ) quasi in officio suo agere sicut prius, non liceat ei, nec in alio consilio spem reconciliationis habere, nec vltra recõciliari. Sed etiam eos, qui ei communicauerint, omnes ab ecclesia respui, maxime eos, qui sciebant eum esse deiectũ Si autem permanserit turbans, & concitans ecclesiam per forinsecam potestatem, oportet eum quasi seditionariũ ab omni plebe expelli. Pœnam etiam irregularitatis, & depositionis incurrere, huiusmodi canon expressius depromit in cap. Latores. de clerico excommuni. ministrante. Et capit. postulatis. e. ti. in tex. & in glo.

Non autem solum seipsos, sed & populum perniciosè decipiunt, suis sceleribus facientes participare, & execrandis suis ministeriis interesse. Execranda eorum dicuntur ministeria, non qđ immunda, polluta, aut non vera sint sacramanta, quæ ministrant, excepto solo pęnitentiæ sacramento, quod excommunicatus, aut suspensus, eo quod materia debita (quæ est peccator subditus) sibi subtracta est, ministrare non potest etiam si attentet de facto. Quoniam si quidem sacerdos, aut episcopus quantumcunque suspensus fuerit, excommunicatus, vel depositus, si intentione debita, & in forma ecclesiæ baptizat, celebrat, confirmat, aut ordinat, licet sib ad iudicium, verè tamen facit, quod attentat. Siquidem (Aug. in lib. de corpore domini teste) intra catholicam ecclesiam in mysterio corporis, & sanguinis domini nihil à bono magis, nihil à malo minus conficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo ꝑficitur creatoris, & virtute spiritussancti. 1. quæst. 1. Intra catholicam. Et ad Donatistas scribens ait. Deus adest sacramentis, & verbis suis per quoslibet amministrentur, quorum sacra, & verba recta sunt. Et beatus Grego. pulchrè ad idem loquitur in cap. multi. vbi supra 1. quęst. 1. Neque sacramenta, atque Dei dona in se per ministrorum malitiam contaminari valent, aut pollui. sicut Aug. dicit & habetur ibidem c. Si iustus. um inquit. Qui superbus minister fuerit, cum sabulo computatur, sed non contaminantur dona Christi, per illum purus fluuius transit, & venit ad fertilem terrã. Scio, quia lapis ex aqua fructum ferre non potest, & per lapideos canales transit aqua ad areolas, & in canali lapideo nihil generatur, sed hortus plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus sacraméti, vt lux pura ab illuminãdis excipitur, sed per im mũdos trãsiens nõ inquinatur. Et iterũ ait ibidé. Nec foris. Nec foris, ergo nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest in se, vel in quolibet maculare sacramentum, quod Christi est. Dicuntur tamen pollui, & contaminari sacramenta in se semper munda per malos ministros, quantum est ex parte ministrorum, pro quanto ea polluta conscientia in peccatis mortalibus, irreuerenter, indignè, & contra ecclesiæ prohibitionem quasi rem vilem, & immundam tractant, & ministrant, quomodo Malach. 1. per prophetam dominus dicit de malis sacerdotibus. Offertis super altare meum panem pollutum. Et infra. Nomen meum magnum in gentibus, & vos polluistis illud. Et beatus Hiero. super Aggæum 1. quęst. 1. Sic populus. Sacrificia (ait) quamuis sancta videantur specie sua, qua offeruntur, tamen quia tractata sunt ab illo, qui pollutus est in anima, polluuntur omnia. Et Greg. 1. q. 1. Multi vbi supra. Polluimus itaq; panem. i. corpus Christi, quã do indigni accedimus ad altare, & sordidi sanguinem mundum bibimus. Et quoniam talibus sacrificiis immundi Deum non placant, sed magis offendũt merito execranda eorum ministeria, tanquam offensiua domini dici possunt.

Propositio quarta.

Cauẽ di sunt ma li sacerdotes tã quã lupi

Cauendi sunt prophani sacerdotes tanquam rapaces lupi, à quibus nec diuina audienda, nec quæcunque sacramenta excepto batismate solo in necessitatis articulo aliquaten⁹ sunt sumẽda.

Quos per lupos designaui rapaces, fures dicere potui,& latrones, secundũ verbum Christi Io.10.Qui non intrat per ostium in ouile ouium,sed aliunde, fur est,atque latro. In ouile ouium (qđ est sancta ecclesia catholica)non intrat per ostium humile, Christum videlicet,secundũ Aug.ho.15.super Ioan.qui suam, non Christi gloriam quærit,qui se non humiliat per obedientiam, sed extollit per rebellionis superbiam, hic aliunde.i.per maceriam ascendit,exaltatus ideo, vt cadat. Maluissem dicere mercenarios,si mercenariorum limitibus se arcerent,qui vt ibidem hom.46. Aug.super Io.ait ne perdant, quod sectantur humanæ amicitiæ commodum & inimicitiarum incurrant molestiam, eum,qui corrigendus est,qui excommunicãdus est,si excommunicatus inimicus erit,si insidiabitur, si nocebit, non corrigunt,tacent,non vitant,nunc autẽ quia metas has transcendũt, nam & ipsi (quod luporũ est (oues Christi dispergunt, ab obedientia Romanę ecclesiæ seducentes lacerant &occidunt,in eiusdẽ suę pertinaciæ foueam ac damnationis barathrum contrahentes modesti⁹ rapaces dico lupos. An lupi non sunt, qui simplici populo quasi ouibus insidiantur,& vniuersa, quæ pastor bonus contulit ad salutem, vertunt in perniciem, dum damnabiliter sacramenta ministrando,pęnitentiam in culpam,vitæ cibum in venenum, infirmorum vnctionem in mortis occasionem, doctrinam in errorem,exemplo pariter,&verbo,malum bonum,bonum dicentes malum commutatione sceleratissima trãsformant, eligentes magis innumerabiles christianorum animas perpetuò illigari exitio, quam vniuersalium bonorum huius tẽporis incommoda sustinere. Cauẽdi ergo sunt tanquã sęuissimi nõ corporũ,sed animarum inimici. Cauẽdi inquã vt nulla cum eis sacrãlis cõmunio habeatur, nisi ineuitabilis cogeret necessitas,quantũ ad baptismi sacr̃m,quę tunc immineret,dum ad baptizãdũ in mortis articulo constitutũ nullius hominis nõ excõmunicati baptizare potẽtis sciẽtis, & volentis copia hr̃i posset Si verò adsit laicus nõ excõmunicatus siue vir,siue mulier, etiãsi parens fuerit baptizãdi,sacerdote excõicato dimisso,laicus ipse baptizet.Cætera verò scr̃a penitẽtiæ.s. euch. vnctionis, ẽt in mortis articulo ab excõicato recipi nõ debẽt.Sed si aliũ moriturus hr̃e nequit contritus corã dño cũ ꝓposito firmo, ac voluntate cõfitendi, ac cętera sacr̃a suscipiẽdi,si hr̃e posset ministrũ idoneũ sacerdotũ.s.nõ excõicatũ,securus in domino morieẽ. Hæc oĩa apertè ꝓbantur in canone de pœnitẽtia di.6.c.1.§. iõq; vbi diciẽ. Nemo dignè pęnitere potest, quẽ nõ sustineat vnitas eccle.Iõq; non petat sacerdotes ꝑ aliq̃ culpã ab vnitate ecclesiæ diuisos,& addit glo.ẽt in necessitate.Iudas .n.pœnitens iuit ad pharisæos,relinquẽs apostolos, nihil inuenit auxilii nisi argumentum desperationis &c.& 32.di.præter hæc §. Sciendũ. Vrbanus Papa causam assignans quare à præsciso ab ecclesia in necessitate suscipi debet baptisma, nõ aũt cætera sacramenta,ait. Alia in baptismo,alia in reliquis sacramentis consyderatio est, quippe cũ & ordine prior,& necessaria sit.Subitò.n.morituro baptismate prius q̃ dñici corpis cõione,vel aliis sacramẽtis cõsulitur. Et dũ fortè catholicus nõ inueniẽ,sanctius est ab hæretico baptismi sacr̃m sumere, q̃ in ęternũ perire. Ad idẽ expresse facit ca. Subdiaconus. §.Sciendũ.24.q.1. in textu & in glo.& c.sequẽs.Si forte.& c. Nõ b.Gre. cœpit Hermigildus.e cã.& q.vbi cõmendatur b.Hermigildus pp hoc martyrii coronã assecutus, qa magis mori elegit, quã ab episcopo hæretico sumere eucharistiæ sacramentũ. Concordat b. Thom. in 4.scripto dist.13.& Ioan. in summa lib.3.ti.24.quæst. 44.

Propositio quinta.

Ad defẽsionẽobedientiũ ecclesiæ tenetur omnis catholicus.

Ad defensionem obedientium ecclesiæ filiorum contra peruersorum impugnationem, ac in obedientiam vi, armis, vel fraude compellentium, tenetur de necessitate salutis secundum modũ sibi possibilem pro tempore, & loco, debitis seruatis circunstantiis, omnis verè catholicus, & fidelis. Defensio ista cõtra impugnantes multipliciter fieri potest, quandoq; armis violentiæ resistendo, quandoq; iniuriam passos in loco tuto recipiendo, vel ab impugnatorib9 abscondendo, quandoq; subsidia in armis, pecuniis, victualibus, & similibus, quibus resistere valeant, impendendo, quandoq; fraudes inimicorum siue impugnantium auisamentis congruis detegendo, quandoq; prohibitionibus, p̃ceptis, exhortationibus, supplicationibus, impugnatores à violentia reprimendo, aliquando orationibus deuotis diuinam assistentiam obedientibus impetrando. Qui modi, aliique consimiles, quia non omnibus omnes conueniunt, quilibet secundum modum sibi possibilem vnum, vel plurales obligatus est lege charitatis defendere innocentes. Non quidem semper, sed pro loco, & tempore, & debitis circunstantiis obseruatis, dum.s. noscitur defensionis vrgens, & euidens necessitas, nec apparet alius, qui possit, & velit defendere. Et dum verisimiliter pręsumitur sua defensio secundum modum sibi possibilẽ, plus defendendo profutura, quam defẽdenti nocitura, etsi quæ sunt aliæ circunstantiæ attendendæ. In tali namq; casu, qui defensionem negat, mortaliter peccat. Quod multis viis ostenditur. Ex debito.s. charitatis, Dei, & proximi, amore iustitiæ, & ex odio vitiorũ. Ex amore Dei sic, Debitum est honorẽ & bonum Christi Iesu domini Dei nostri procurare, & defendere. Siquidem minime amat, qui amatum non defendit, cum potest, quoniam eiusdem virtutis est agere virtutis actum, & repellere contrarium. Ea propter beatus August. tractans illud ps. Eripite pauperẽ, & egenum de manu peccatoris liberate ait 23.q.3.c.vlt. ostendit propheta, nec illos immunes à scelere, qui permiserunt principibus Christum crucifigere, & interficere, cum pro multitudine timerent, & possent illos à facto, & se à consensu liberare. Christo autem, q̃a caput est corporis mystici, quod est ecclesia, propter capitis, & membrorum cõnexionem defensio impenditur, quotiens membrũ eius defenditur. Et ab eo defensio negatur, quotiens membris eius negatur. Quod ipsemet testatur, cum ait, Amen dico vobis, quandiu fecistis. Matt. 25. Et sequitur. Quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et Saulo persequenti ecclesiam ait. Act. 9. Saule, Saule quid me persequeris? membrorum suorum persecutionem suam deputans. Itaq; membra Christi in necessitate defendit, si potest, quisquis Christum diligit. Cuius omissio sicut cæterorum misericordiæ operum negligentes damnat, vt Matt. 25. dominus contestatur. Deniq; Lucæ 11. Qui non est mecum (ait) ipse contra me est. Cum Christo non est, qui membra sua defendere negligit, & ita sibi contrarius conuincitur, qui delictum culpabile non euadit. Ex amore proximi iniuriam patientis idem ostenditur. Ad fraternam pertinet charitatẽ proximo in cunctis necessitatibus posse tenus subuenire, non solum lingua, sed opere, & veritate, teste Ioanne, qui ait 1. Ioan. 3. Qui habet substantiam mundi huius, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? quasi di. nullo modo. Ideo subdit. Non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere, & veritate. Quod maximè verũ est, dum quis sine culpa, immo pro iustitia conseruanda necessitatem hanc incidit. Tunc enim locum habet lex illa naturalis, quã in euangelio dñs cõmemorat Luc. 6. Quę vultis, vt faciant vobis homines, hæc facite illis. Vult autẽ rationabiliter quilibet in iustitia foueri, & iuuari. Et cum ad eundem spectat

ctat malum proximi remouere, ad quē ſpectat bonum eius procurare, ſequitur manifeſtè, quod quilibet tenetur malum ab iniuriam patiente poſſetenus remouere, quod eſt ipſum ab impugnantibus defenſare. Et quidem non minus indiget in periculo conſtitutus contra iniuriantem defendi, quam eſuriens cibari. Ait autem Amb. in lib. de offi. diſt. 86. Paſce. Paſce fame morientē quos enim paſcendo homines ſeruare poteris, ſi non paueris, occidiſti. Sicut etiam naturale eſt omnibus ſanis membris compati infirmo eiuſdem corporis membro, ita ſecundū apoſtolum 1. Cor. 12. membra ſana corporis Chriſti myſtici compatiuntur membris in periculo conſtitutis. Qui verò cōpatitur miſerię alteri⁹, ab ea liberat, ſi poteſt, alioquin ſimulata non verè compaſſio probaretur. Rurſus Salomō Prou. 24. Erue inquit, eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare non ceſſes. Cui conſonat beatus Ambroſius, Si tempore periculi, quo rapiatur ad mortem plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri, non leue peccatum eſt. Ad idem pulchrè loquitur Aug. in epiſtola ad Bonifacium. 23. q. 44. Ipſa pietas. Oſtendens, quod à periculo tenemur liberare etiam inuitos. i. qui liberari nollent. Similiter ſi propter vnius liberationem multi alii ſe occidere vellent, nihilominus ille liberandus eſſet, quantò magis tenemur ad defenſionem eorum, qui defenſionē ab iniuriantibus petunt? Adhuc quilibet de neceſſitate ſalutis tenetur cauere damnum proximi, dum poteſt, ideo lex diuina pręcepit Exod. 21. quod fodiens ciſternam operiret eam, quia ipſa non operta poterat aſinus, vel bos incidere in eam, propter hoc etiam mandatur ibidem, vt dominus bouis, quem noſſet cornupetā recluderet eā, ne virum vel mulieremocciderei, quod ſi propter non recluſionem ſequeretur homicidium, iuſſus eſt dominus bouis occidi.

Ex quibus colligitur, quod de neceſſitate ſalutis tenetur homo facere ea, quibus omiſſis poteſt damnum veriſimiliter, vel iactura proximo prouenire. Tenetur ergo proximum defendere, dum ſua defenſione poteſt ab impugnatoris iniuria liberari. Iterum lex diuina ſanciuit Exod. 23. Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum. Item ſi videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis, ſed leuabis cum eo. Sed nemo niſi inſanus dubitat, quin maiori debito defendendus ſit homo pro iuſtitia impugnatus, quam inimici aſinus reducendus, vel ſubleuandus. Ex amore quoque iniuſtè impugnantis idem ſic oſtenditur. Nam qui iniuriatur alicui, ſpiritualiter perit ſecundum animam, ſed pereunti ſpiritualiter ſuccurrendū eſt, multò magis, quam pereunti corporaliter, ſicut Aug. ad Bonifa. innuit 24. q. 4. ipſa pietas, cum dicit. Quid de opere miſericordiæ, quod pro vita æterna adipiſcenda, & pęna ęterna vitanda hominibus debemus impendere, iudicandum eſt, cum pro ſalute corporis non ſolum temporali, ſed etiam breui, & ad tempus exiguum liberanda, ſic nos ſubuenire omnibus ratio vera, & benigna cōpellit. Anacletus etiam ad idem ſic ait. 24. q. 3. tam ſacerdotes. Tam ſacerdotes, quam fideles reliqui omnes ſanam debent habere curam de his, qui pereūt Cui conſonat ſcripturæ autoritas. Vnicuique mandauit Deus de proximo. Eccle. 18. Subueniamus autem iniurianti, eum ab iniuria prohibendo. Nam ſecundum Hiero. ſuper Soph. 23. quæſt. 3. Si quis. Si quis fortitudinē latronis eneruat, aut piratæ, & infirmos reddit, prodeſt illis ſua infirmitas. Debilitata. n. membra, quibus prius non tantum vtebantur, à malo opere ceſſabunt. Subuenimus etiam corrigendo. Hinc eſt illa fraterna correctio, quā tenetur quilibet fidelis proximo impendere, ſecundum pręceptum euangelicum. Mat. 28. dum probabiliter putat, aut putare debet huiuſmodi correctione fratrem à peccato poſſe retrahere, quæ tantū obligat quemlibet fidelem ſecūdum Tho. 2. 2. quæſtio. 33. artic. 2. quod ſi in ca-

ſu poſito ꝑtermittatur propter timorē cruciationis carnis, vel interemptionis, aut cupiditatem, mortale incurritur,& eſt ſententia Aug. li.de ciui.Dei cap 9.originaliter.Eſt enim hæc correctio actus charitatis pertinens ad vnū quéq; reſpectu cuiuslibet perſonæ, ad quam charitatem tenetur habere, ſi in eo aliquid corrigibile inueniatur. Loquitur ad idem Aug. in c. Duo 23.q.4. Dum autem impugnatur iniurians,aut corrigitur, paſſus iniuriam liberatur. Ex amore virtutis idem breuiter deducitur qm̄ ſecundum beatum Amb li.de offi.23.q.3. Fortitudo. Fortitudo,quę bello tuetur patriam à barbaris, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus ſocios,plena iuſtitia eſt. Et iterum. Nō inferenda. ibidem ait. Non inferenda, ſed vi depellenda iniuria lex virtutis eſt.Ideoq; ab iniuria ſi poteſt,proximū defendit, quocunque iuſtitiam diligit, & virtutem. Demum ex odio vitiorum idem ſic probatur. Nam qui odit vitia (quod iuſtorum eſt, ſecūdum illud pſ. Omnem viam iniquam odio habui)ſecundum modum ſibi poſſibilem,& congruentem ea perſequitur,alioquin non odiſſe ꝓbatur. Quippe ſicut teſte Gre. hom.30.Charitas operatur magna,ſi é, ſi operari deſinit,charitas non eſt. Ita pariformiter de odio ſancto vitiorum, ſi eſt, ocioſum non eſt,ſed ea perſequitur,reprobat,corrigit, deteſtatur.Alioquin vt Ioannes Papa octauus. 86.diſt. 1.facientis ait. Facientis proculdubio culpam habet,qui,quod poteſt corripere,negligit obuiare. Et eodem teſte.23. q.8 Præter ea.Crimina,quę poteſt emē dare,qui non corrigit,ipſe committit. Et Inn. Papa 83.di.Error.Error,cui nō reſiſtitur,approbatur, & fides cū minimè defenditur, opprimitur. Anaſtaſius quoq; & Dama.Papa.23.q.3.Qui pōt. Qui poteſt obuiare, & perturbare peruerſos, & non facit, nihil eſt aliud,quā fauere impietati eorum.Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultę, qui manifeſto crimini non deſinit obuiare. Et multa talia ad propoſitum patres ſancti tradiderunt. Ex quibus patet luculenter, quam multipliciter tenētur fideles ſinguli defendere paſſos iniuriam, ſecundum moderationem prędictorum.

Omittens iuuare fratrem ſpiritualé ꝑp timorem carnis delīquitmortaliter.

Propoſitio ſexta.

Summo pontifici, eidemque obedientibus detrahentes, bonam eorum opinionem denigrando, delinquunt damnabiliter,& ſine ſpe veniæ,niſi poſſetenus reſtituant læſam famam.Ex priori propoſitione per locum à maiori ſequitur iſta.Si enim non defendens peccat magis probatur delinquere qui offendit. Cum deniq; detractio reſpectu cuiuslibet cum famæ denigratione ſit peccatum mortale,grauius furto, quantò fama melior eſt diuitiis. Siquidem melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multę Prou.23.Hinc Anterius Papa.6. q.1 Ex merito. Deteriores ſunt,qui vitam, moreſque bonorum corrumpunt, quam hi,qui ſubſtantias, aliorumque prędia diripiunt.& Aug.11.q.3.Nemo Nemo peritorum, aut prudentium putet, quod minus ſit periculi in verbis lingua mentiendo,quam manibus ſanguinem fundendo. Melius eſt enim pro veritate ſupplicium pati,quam pro adulatione beneficium. Grauior tamen eſt ſi contra ſacerdotes committitur, & rectores,eo quod hęc detractionis ſpecies à domino ſpecialiter Exod.22. prohibetur.Diis inquit, non detrahes vbi glo. interli.Diis.i.ſacerdotibus & doctorib⁹ qui eccleſiæ principantur. Cum enim omnis detractio pernicioſa ſit, in illis eſt pernicioſior. Hęc glo. Hinc beatus Anacletus Papa ait 2. q. 7. Accuſatio primum.Si detractores quorumcunque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt,multò magis laceratores,& detractores famulorum Dei damnantur,& in baratrum(niſi ſe correxerint, & per eorum ſatisfactionem condignam egerint pęnitentiam) indubitanter cadunt, & vindicibus flammis exuruntur. Et infra, qm̄ iniuria eorū ac Xp̄m ꝑtinet,cui⁹ legatione fungunt̄ Iō ꝑ ꝓphetā Zach.2.dn̄s ait. Qui vos tangit,tāgit pupillā oculi mei. Et iterū Nolite tāgere Xp̄os meos. Grauiſſima verò

Detrahentes ſummo Pont. delinquūt damnabiliter.

sima verò est detractio, si fiat contra sũmum pontificem Christi suprẹmum in terris vicarium. Hinc beatus Clemens 2.quęst.7.qualis. Qualis inquit, damnatio eis immineat, qui in patres peccãt, diuina scriptura ostendit. Si enim Cham quia non pudenda patris operuit, maledictus est Gen.9. multò ampliori condemnatione sunt digni, qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt. Et dominus in Exod. cap.22. Principi populi tui ne maledicas. Augetur nempe crimen dignitate præpositi. Quia autem sine spe venię huiusmodi detractor peccat, nisi famam restituat, dicta retractando secundum detractionis modum, si potest, patet, quia secundũ b. Aug. epistola 2. ad Macedonium. Non dimittitur peccatũ, nisi restituatur ablatum, si restitui potest. Et cum hoc verum sit in bonis fortunæ ablatis, magis locum habebit in bonis famę. Cuius sententię est beatus Thomas, Scotus, & communiter omnes do. in dist.15. libri 4. sententiarum. Nec solum detrahentes, sed etiam detractiones delectabiliter audientes, crimen dãnabile sibi exaggerant, quoniam præstantes audientiam detrahentibus consentire iudicantur. Hinc Salomon ait Prou.24. Cum detractoribus ne commiscearis. & Eccl.28.c. Sępi aures tuas spinis, & no.audi.lin.nequam. Hinc etiam Anterius Papa 6.q.1. ex merito. Caueat inquit, vnusquisq;, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes .i. ne aut aliis ipse detrahat, aut alios detrahentes audiat Et.11.q.3. Non solum dicitur. Non solum ille reus est, qui falsum de alio profert, sed hic, qui aurem citò criminibus prębet.

Propositio septima.

Christianæ rebelles sedi apostolicæ sunt peiores tyrãnis.

Christiani tantum nomine, sed opere rebelles, obedientiũ sedi apostolicæ inuasores, periculosiores sunt, quam tyranni infideles palã Christi famulos persequentes. Eo vtiq; periculosiores, quo christianum nomen participantes, religionis putantur amici. Nam teste Boe. Nulla pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. Nec est hostis deterior, quam fictus amicus. De hoc sufficiat autoritas beatissimi Petri apostoli in ordinatione beati Clementis 93.dist. Si inimicus est, ita populum alloquentis. Si inimicus est Clemẽs iste alicui pro actibus suis prauis, nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius sine communione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sẽtitis aduersum. Sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, vt vnusquisque in culpa est, dũ cupit omnium vestrum amicitias habere, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus pręest, & per hoc redeat ad salutem, cũ obedire cęperit monitis præsidentis. Si quis verò amicus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est ipse ex illis, qui exterminare ecclesiam Dei volunt. Et cum corpore videatur esse nobiscũ mẽte tamen, & animo contra nos est, & est multo nequior hostis hic, quam illi, qui foris sunt, & euidenter inimicantur Hic etenim per amicitiarum speciem, quæ inimica sunt, gerit, & ecclesiam dispergit, & vastat. Ideoq; huiusmodi apostolicis institutis vos monentes instruimus, vt effecta sollicitior charitas vestra certiora gerere satagat, & cautius, ne peruersi, & infideles homines, lædendi fideles, & beniuolos habeant facultatẽ.

Propositio octaua.

Vasalli & familiares persecutorũ ecclesię æternę se exponunt dãnationi.

Vasalli, familiares, & subditi, dominos suos ad inuadendũ res, & personas obedientium christianorum sequentes consilio, & auxilio cooperantes, ęternæ damnationi se exponunt, nisi inuincibili ignorantia laborarent. Cũ enim Deo magis, quam hominibus obedire oportet. Lex quoq; diuina, & naturalis prohibet proximum fratrem sine culpa dãnificare. Obedire autem sedi apostolicę culpa non est, sed lege diuina debitum sanctum, & iustum. Manifestum est, qđ cõtra huiusmodi legẽ nemo debet hoĩ obedire. De quo b. Hie. super epistolam



ad Ephes.11.q.3.Si dominus.Si dominus(inquit iubet ea, quæ non sunt contraria,vel aduersa sacris scripturis,subiciiatur domino seruus. Si verò contraria præcipit, magis obediat Christo domino, vt supra etiã tactum fuit. Et infra. Si bonum est, quod præcipit imperator, iubentis exequere voluntatem.Si malum,responde.Oportet magis obedire Deo, quam hominibus.& b.August.Si illud iubeat potestas quod non debes facere &c.vt supra in veritate octaua tactum fuit. Hic iam tibi assumenda est fides tua tanquã scutum, in quo possis omnia ignita iacula inimici extinguere.Sanctus Amb.quoque de eodé dicit 11.q 3.Iulianus. Iulianus imperator quamuis esset apostata,habuit tamen sub se christianos milites, quibus cum dicebat, producite aciem pro defensione reipublicæ, obediebant ei.Cũ aũt diceret eis, præducite arma in christianos, tunc cognoscebant imperatorem cęli.Ité Isid.11.q.3.Si is ꝑest. Si quis prohibet vobis, quod à domino præceptum est, vel rursus imperat fieri, quod dominus fieri prohibet, execrabilis fit omnibus, qui diligunt Deũ.& Fabianus Papa 11.q.3. Qui omnipotentem. Qui omnipotenté Deum metuit,non contra euangelii,nec contra apostolos,nec contra prophetas,vel sanctorum patrũ statuta agere vllo modo consentit. Nec excusare poterunt subditos iuramenta fidelitatis, confęderationis ligetur auté vinculum qualecunque. Tum quia iuramentũ, vinculũ iniquitatis esse non debet,vt dicit Aug. ad Seuerinum Militanũ episcopum, & de iure iur.Quanto personam tuã.Ité. 22.q.4.inter. Tũ quia contra præceptũ Dei nulla hominũ liga est seruanda, teste Vrbano Papa,qui 15.q.6.c.vl ait. Fidelitaté, quã christiano principi iurauerunt,Deo, eiusq; sanctis aduersanti, & eorum pręcepta calcanti, nulla cohibentur auctoritate per soluere.Sola aũt ignorantia inuincibilis,hocest,quæ manet post diligentiam debitam factam, excusat,vt vult Aug.in auctoritate alle gata supra veritate nona.

Propositio nona.

Consulétes potestãtes,& principes ad persequendum innocentes, suadendo, hortando,suggerendo,vel aliter inducentes,in excusabiles sunt, & dominis suis infideles,& sæpe manu persequentibus sunt peiores. Nam cum sicut ex supra dictis patet non solum consentiens crimini,sed & non resistens, dum potest, eidem damnabiliter participare césetur,quantò magis hi quorum consilio, & dolosis persuasionibus corda principum seducuntur ad criminũ executionem. Siquidem magis fauet crimini cõmittens,quam omittens. Nec excusari possunt consiliarii ignorantia, qnoniã ad persequendũ homines,& damnificãdũ in rebus,fama, & persona,in quibus grauiter offenditur Deus, iniustè læditur proximus,si innocens fuerit,nullius debet persuadere,nisi fuerit nedum cõiectura, sed sufficienti certitudine certus,quam expugnandi iniusti sint,& ꝑsecutionem huiuscemodi meruerunt. Ideo tyranni sanctorum martyrũ persecutores, quãuis ignorarent se delinquere,quippe secũdũ Christi dictũ Io. 26.arbitrabantur se obsequiũ præstare Deo.Et Paulus ad Ro.10.testimonium perhibuit,quia zœlum Dei habuere,licet nõ secundũ sciẽtiã, tamen propter hoc nõ veniunt excusandi,quin damnabiliter peccarint. Nam & si ignorantia facti quandoq; excuset,non tñ ignorantia iuris, illius maximè, quod quis scire tenetur.Sicut etiam nec saraceni, nec iudæi, nec hæretici persequentes fideles excusantur, licet se malefacere ignorent.Et si non excuset ignorantia, multò minus mundanus timor,aut propriorum cupiditas commodorum. Ab horum consilio summopere principibꝰ est cauendũ, secundũ verbum sapientis Ecc 8.Cum fatuis ne consilium habeas non.n.poterunt diligere,nisi quod ipsis placet.Fatuos appellat,non defectu rationis,& ingenii,sed virtutũ, & probitatis.Et iterum Eccl,37. A malo consiliario conserua animam tuam. Consiliarius

Consulentes ꝑsecutioné innocentũ inexcusabiles sunt.

rius malus est, qui in dandis consiliis nó Dei honorem, & timorem ambitioni non animæ salutem corpori, non honestum vtili, non veritatem iustitię beneplacito, nô bonum commune proprio, non honorem principis ac patriæ, suo commodo anteponit. Sanè consiliarii tales suis dominis pernitiosi sunt & infideles, proprios honores, diuitias, voluptates corporis, & generaliter quæ sua sunt, magis quam domini sui salutem amátes & honorem, alioquin quomodo à iustitia ad iniquitatem, à veritate ad dolum, & per consequens à vita ad mortem, ab honore ad diffamiam venenatis suis persuasionibus peruertere principes molirentur, vnde non tam principium consiliarii, quã principum homicidæ sunt censendi, teste Aug. de pœni. dist in. 1. noli. Noli inquit, non te homicidam putare quando fratri tuo mala persuades. Si fratri tuo mala persuades, occidis. Et vt scias qui occidis, audi psal. Filii hominum dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Et quomodo domini sui verum bonum, & honorem procurarent, qui suum paruipendũt. De quo b. Amb. lib. 2. de offi. simul ostendens qualis esse debet consiliarius, & ita dicit. In acquirendis consiliis plurimum adiungit vitæ probitas, virtutum prærogatiua beniuolentiæ vsus. Quis enim in cęno fontem requirat? quis exturbatam aquam potat? Vbi luxuria est, vbi intemperantia, vbi vitiorum confusio, quis non horrendum existimet? quis non despiciat morum colluuionem? quis vtilem alienæ causæ inducet, quem videt inutilem suæ vitæ? Hæc ille. Cui consonat illud Eccle. cap. 14. Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? Vtinam nostri temporis principes attenderent factoq; imitarentur quod de Constãtio patre Constantini in tripertita historia lib. 1. ca. 7. recitatur. Cũ persecutiones diuersas ecclesiæ in alio terrarum orbe paterentur, solus Constantius Constantini pater, licentiam christianis in sua consistere religione concessit. Denique probare volens quosdam in suo palatio christianos, si boni, & solidi essent viri euocans vniuersos, præcepit dicens: vt siquidem venirent ad sacrificandum, & eius colerent deos, & circa eum essent, & in suo cingulo permanerent. Si verò refugerent, egrederentur de palatio, gratias agentes quod minimè punirentur. Cumq; in vtroq; apparuissent, alii quidem religionis desertores, alii verò diuina præsentibus præponentes, deliberauit eos amicos, & consiliarios vti, qui in melioribus fideles constantioresque permanserant. Alios autem effeminatos auersatus expulit a suo colloquio credens nunquam circa principem deuotos fore, qui fuerunt Dei sui sic paratissimi proditores. Illi ergo sunt stabiles consiliarii hominis, qui sunt veri amatores veritatis. Hinc sapiens Eccle. 37. Dum multiplices repudiandos consiliarios enumerasset, quorum consilium amplectendum foret, adiecit: Cum viro sancto maximè assiduus esto, quemcunq; cognoueris obseruare timorem Dei. Et sequitur. Anima viri sancti annunciat aliquando vera plus, quam septem circumspectores, qui sedent in excelso ad speculandum. Quod verò in fine ꝑpositionis additur. Sępe persuasor peior est eo, qui crimen manu consummat, tunc veritatem habet, quando mali consiliarii simplicia, & recta principum corda corrumpũt, & ita ad iniustam innocentum persecutionem inducunt. Tunc enim locum habet glo. super verbo suades. de pe. di. 1. Noli quæ dicit. Plus est suadere, quã facere. Et ideò maius fuisse peccatum iudæorum peccato Pilati dñs ipse testatur Io. 19. Qui (inquit) tradidit me tibi, maius peccatum habet. Et beatus Aug. de pœnitentia dist. 1. periculosè. Periculo se se decipiunt, qui existimãt eos tantum homicidas esse, qui manibus homines occidunt, & nõ potius eos per quorũ consiliũ, fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Nam iudęi dominum nequaquam propriis manibus occiderunt. Sic scriptum est. Nobis non licet interficere quenquam. Sed tamen illis mors domini imputatur

Sæpe suasor peior est eo q crimen committit.

tur,quia ipsi eum lingua interfecerunt, dicentes.Crucifige, crucifige eum.

Propositio decima.

Vtrumq; prædicatorum apud dominum licet differenter reum mortalis culpa tenet,& qui errorem seminando à sedis apostolicæ obedientia populum seducit,& qui veritatem tacendo,fideles in præcipitium trahi sinit.Hæc propositio est de mente b.Aug.ad Casulanum dicentem 11.q.3. quis quis.Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat iram Dei super se prouocat,quia magis timet hominem, quam Deum.Et post pauca.Vterq; reus est & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, & quia ille prodesse non vult,& iste nocere desyderat.Cui consonat Chrys.11.q.3.Nolite.Non solum inquit, ille proditor est veritatis, qui transgrediens veritatem,palam pro veritate mendacium loquitur sed etiam ille,qui non liberè pronunciat veritatem,quam liberè annunciare oportet, aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere conuenit,proditor est veritatis.Et licet grauius peccet qui mendaci doctrina populũ Dei peruertit. Siquidem hoc mendacii genus in doctrina scilicet religionis, grauissimum est,& longè fugiendum secundũ Aug.li.de mendatio. Talibus enim dominus vę multiplex imprǽcatur. Esa.5. pro eo,ꝙ dicunt malum bonum,& lucem tenebras,ponentes amarum dulce & dulce amarum,qui iustificant impiũ pro muneribus,& iustitiam iusti auferunt ab eo,quibus etiam per Hiere.ca. 23. ait Dabo vos in opprobriom sempiternum, & ignominiam æternam, q̃ nunquam obliuione delebitur.Et iterũ Hier. 14.Gladio,& fame cousumentur prophetæ illi,& populi quibus prophetant. A quibus deniq; diligenter cauere docuit ore veritatis. Attẽdite inquit à falsis prophetis,qui veniũt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.Et sequitur. A fructibus eorum cognoscetis eos. Similibus plena est scriptura .Peccant nihilominus damnabiliter prædicatores,qui dũ vident populum seduci, & in errorem prolabi,metu, vel fauore tacent,& catholica doctrina eos reuocare non satagunt,nec contra imminentia eos pericula verbo veritatis munire curant,hi velut canes muti non latrantes,et mercenarii veniente lupo fugientes,multiplex præceptum domini transgrediuntur.Ait enim per Esa. cap.58. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuã. Per Ezech quoq; talibus ait ca. 13. Non ascendistis ex aduerso,nec opposuistis vos murum pro domo Israel,vt staretis in prælio in die domini. Quæ exponens beatus Grego. in pastor. ait. dist.43. Sit rector. Ex aduerso ascendere est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire.Et in die domini in prælio stare est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere.Pastorem enim recta timuisse dicere,quid est aliud, quam tacendo terga præbuisse? Qui nimirum si pro grege se obiicit,murum, pro domo Israel hostibus apponit. Hinc delinquenti populo dicitur in Hieremia.Thre.3. Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta,nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnunquam doctores vocantur, qui dũ fugitiua esse præsentia indicant, quæ ventura sunt manifestant, quos diuinus sermo falsa videre redarguit,quia dum culpas corripere metuunt,incassum delinquentibus promissa securitate blãdiuntur,qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, quia ab increpationis voce cõticescunt. Clauis quippe apertionis est sermo correctionis, quia increpando detegit culpam, quam sępe nescit ipse, qui peccauit. Talibus rursus per Ezech.comminatur dominus ca.33. Si speculator inquit, viderit gladium venientem,& non insonuerit buccina,& populus se non custodierit, veneritque gladius,& tulerit animam de his, ille quidem in iniquitate captus est sanguinem

Mortali culpa tenetur q errorem seminat & q veritatem tacet.

nem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Hinc Grego. homil. 11. in Ezech. in perſona prædicatorum ait. Tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi, & tacentes videmus, quia dum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo paſtor occidit, inquit idem in epiſtola ad Venantium epiſcopum.

Propoſitio vndecima.

Fideles filii eccleſię nō debent credere nitentibus abducere à Rom. ſedis obedientia.

A Romanę ſedis obedientia vi, dolo, & armis trahere nitentibus, fideles eccleſiæ filii nequaquam debent cedere, ſed tanquam inimicis crucis Chriſti fortiter vſq; ad mortem imperterriti repugnare. Quoniam quidem impellenti ad mortale pctm̄ (quale eſt obediétia, ſedis apoſtolicæ ex ſupradictis) nequaquam credēdum eſt, nec propter quemcunq; metum etiam ademptionē vitæ corporalis conſentiendū, vt mortale peccatum committatur, per quod anima ſpiritualiter moritur Siquidem corp⁹ animæ, vita tēporalis perpetuæ, bonum cōmutabile incommutabili bono eſt nullatenus præferendum. Hinc Nicolaus Papa ait. 31. q. 2. Lotharius. Nec etiam occiſores corporis ſunt timendi contra iuſtitiam homniē impellentes, dicente ſaluatore noſtro Matt. 10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam aūt occidere non poſſūt. Sicut denique ſacerdos debitor eſt ait Ioannes Chryſ. ſuper Mat. 11. q. 3. Noli te vt veritatem, quam audiuit a Deo, liberè prædicet. Si laicus, debitor eſt vt veritatem, quam audiuit à ſacerdote probatam, quidem ex ſcripturis, defendat fiducialiter. Quod ſi nō fecerit, prodit veritatem. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Eſt autem reſiſtendum inuaſoribus obedientium, tanquam inimicis crucis Chriſti, quoniam & euacuare crucis Chriſti fructum, & impellere ad negandum crucifixum, viribus omnibus elaborant. Qui enim non tā corp⁹ perdere, quam animam in culpę præcipitium trahere ſatagit, quomodo facit quicunq; ad culpam inobedientię homines impellit, quantum ad hos paſſionis Chriſti fructum euacuat, quos magis vult eſſe filios gehennæ per rebellionē, ad quam cogit, quā vitę per crucē Chriſti acquiſitæ per iuſticiā, quam relinquere cōpellit, qui etiā efficaciter vult antecedens, virtualiter vult & conſequens. Sicut qui vnū dicit, dicit & omne, q̄ ſequitur ex eo. ar. 11. q. 3. exiſtimant. Eapropter qui vult hominem in peccato in finē viuere, & ita à ſua ſalute deficere, vult etiam huius ſalutis prę cium, ſanguinē Chriſti precioſum, iādudū ſolutum, iamdudum in cruce fuſum euaneſcere & fruſtrari. Rurſus quia huiuſcemodi pertinaces compellunt negare iuſtitiam, operari iniquitatem, compellunt negare Chriſtum, qui eſt iuſtitia, ſicut ſapiētia, ſicut veritas, ſicut virtus teſte apoſtolo 1. Cor. 1. Factus eſt nobis à Deo iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Et iterum ibidē. Prędicam⁹ Chriſtū Dei virtutem, & ſapientiā. Sanè tota ratio iniuſtitiæ, & peccati eſt inobediétia mandatorū, ſicut Amb. teſtatur in lib. de paradiſo. Peccatum eſt inquit præuaricatio legis diuinę, & cœleſtiū inobedientia mandatorū. Et Augu. li. de duabus animabus. Peccatum eſt voluntas conſequendi, vel retinendi quod iuſtitia vetat, hoc eſt dictu, pctm̄ eſt velle vetitum. Et lib. 22. contra Fauſtū idē ait. Peccatum eſt dictū, factum, vel concupitum contra legem Dei. Ecce quomodo per inobedientiam tanquā per formale ſuum peccatū diffinitur. Itaq; recedens ab obedientia, à iuſtitia recedit, & per conſequens iuſtitiam negat, facto ergo negat Chriſtū, ſicut apoſtolus de illis ait ad Titum. primo. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, de quo & beatus Hierony. dicit 11. queſtio. tertia exiſtimant. Exiſtimant quidem in eo tantum Deum negare, ſi in perſecutione quis à gentilitate comprehenſus, ſe cōfiteri renuerit chriſtianum eſſe. Ecce apoſtol⁹ omnib⁹ q̄ peruerſa ſunt factis Deū aſſerit negari, Chriſtus ſapientia eſt, iuſtitia, & veritas, ſanctitas, fortitudo

tudo. Negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendacium veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo Quotiescunq; vincimur vitiis, atq; peccatis, toties Deum negamus, & econtrario, quoties bene quid agimus, Deum confitemur, nec arbitrandum est in die iudicii illos tantum à Dei filio denegãdos, qui in martyrio Christum negauerũt sed etiam illos omnes, quorũ opere, vel sermone, vel cogitatione Christus negatur, negat, vel confessus confitetur, de hac puto cõfessione q̃ discipulis pcepit dicens: Eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in omni Iudæa, & Samaria vsq; ad terminos terræ. Hæc Hiero. Rursus qui non audit, sed spernit, sed temerè resistit vicario Christi: Et maximè in his, quæ ad vicariatus sui officium pertinent, quomodo pertinere dignoscitur institutio, prouisio, ordinatio ministrorum ecclesiæ, & ministeriorũ, assumptioq; eorũ in partẽ sollicitudinis, sicut ex dictis manifestũ est, quomodo nõ Christum spernit, Christo resistit, cuius ordinationẽ violat, & ita opere Christum negat? ipso dicente vt sup. allegatum ẽ: Qui vos spernit, me spernit &c. Et Paulus: Qui ptãti resistit, Dei ordinationi resistit. Ex quibus apertè colligitur q nihil aliud est dictu: Nega hunc, quem apostolica sedes iustè constituit, confitere istũ, quẽ ritè priuauit, ab illo recede, isti adhære, quàm dicere, nega Christum, profitere idolum, recede à vicario Christi, adhære præcursori antechristi, relinque obedientiam, cole rebellionẽ declina iustitiam, operare, iniquitatẽ, separare ab ecclesia, ordire schisma. Egredere arcam saluationis, ingredere carybdim æternæ damnationis, cœlesti cede hæreditati, corruptibili contentare vanitate, vitam perde perpetuam, mortem elige sempiternam. Vnde similiter patet q licet principes, & potestatem habentes mouentes arma contra obedientes Romano pontifici, crudeles sint inimicis suis innocentibus, crudeliores tamen sunt suis amicis subditis, sed crudelissimi sibiipsis. Obedientium quippe, & si res perituras, & corpora inuadunt, sed animas nocere non præualent. Suorum autem amicorum auxiliatorum, & subditorum, eos ad huiusmodi bellorũ excursus sequentium, nedũ corpora periculo, sed & animas æternę damnationis exponũt iudicio. O horrendã infidelitatẽ. O vicem pessimã. Corpus p dño exponũt subditi auxiliatores, & ministri. Sed versa vice, & corpus, & animã suorum fideliũ dñs tradit gehennæ, dum magis vult omnes suos à Deo, angelis, ac beatis perpetuò separari, cunq; diabolo, ac damnatis in æternum cruciari, quam suam superbã malitiosamq; rebellionem, dominandi ve iniustã libidinem tẽperare. Sunt tñ tales crudelissimi sibi, in eo q omnium suorum damnationem suã efficiunt, sè seq; tormentis sæuissimis reddunt obnoxios dum quos regendo à dño susceperunt ad iusticiam, compellunt ad iniustitiam declinare. Quibus Philo in lib. sapientiæ loquitur cap. 6. A domino inquit data est potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, neq; custodistis legem iusticiæ, neq; secundum voluntatem Dei ambulastis, horrendè, & citò apparebit vobis, quoniam iudiciũ durissimũ his, qui presunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam dñs, neq; reuerebitur magnitudinem cuiusquam quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & çqualis cura ẽ illi omnibus. Fortioribus aũt fortior instat cruciatus. His ergo impugnatorib⁹ iustitiæ, debent filii obedientes, & salutis çternæ semper memores fortiter repugnare, nullo pacto eis consentiendo dicentes cum beato Iob ca. 26. Donec deficiam non recedam ab innocentia mea, iusticiam meam, quam cepi, non deseram, Non tamen in sua fortitudine, sed in solo domino confidant, apud quem est fortitudo, & sapientia, qui nouit decipientem, & eum, qui decipitur

Iob 12. qui adducit conſiliarios in ſtultum finem, & iudices in ſtuporem. Balteum regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum. Quia ſi impugnatores ſecundum terrenam, humanamq; potētiam fortiores apparerent, etiamſi reliquus mundus totum aſſenſum præberet rebellibus, & fauorem dicendum erit cum dignæ memoriæ viro Matathia 1. Machab. 2. Et ſi omnes regi Antiocho. ideſt principi tyranno obediūt vt diſcedat vnuſquiſq; à ſeruitute patrum ſuorum, & conſenſerunt mandatis eius, ego & fratres mei, & filii mei obediemus legi patrum noſtrorum, propitius nobis ſit Deus, non eſt nobis vtile relinquere legem, & iuſtitias Dei. Non audiemus verba regis, tranſgredientes legis noſtræ mandata, vt eamꝰ altera via. Neq; etiam paucis de victoria deſperandum eſt, dummodo tamen ad dominum toto corde conuertantur, quia ſcriptum eſt 1. Machab. 2. Non eſt differentia in conſpectu Dei cœli, liberare in multis, & in paucis, quia non in multitudine exercitus eſt victoria, ſed de cœlo eſt fortitudo. Et 1. Reg. 4. Non eſt Deo difficile ſaluare, vel in multitudine, vel in paucis. Et iterum 2. Paral. 14. Domine non eſt apud te vlla diſtantia vtrum in paucis auxilieris, aut in pluribus. Quæ etiam multæ veteris teſtamenti comprobant hiſtoriæ. Vnde q amore iuſtitiæ, perſecutionis periculo perſeueranter ſe ſubiiciunt in domino confidentes de duobus alterum ſperare habent. Aut quia in hoc tempore gratioſè liberabuntur ab inimicis in die, quem conſtituit dominus. Aut multò melius ſecundum apoſtolum Hebr. 11. non ſuſcipientes temporalem redemptionem vt meliorem inuenirent reſurrectionem, quibus ſine dubio dominus facit 1. Cor. 10. cum tentatione prouentum vt poſſint vtiliter ſuſtinere. De quo ſit hęc propoſitio nouiſſima, & finalis.

Propoſitio duodecima.

Quiſquis ex Dei charitate pro huius obedientiæ iuſtitia conſeruanda impugnatus ſanguinem fundens moritur, tanquam martyr à domino coronatur. Martyr eſt coram domino, quicunque amore Dei propter actum virtutis moritur, vt vult Tho. in ſumma. 2. 2. q. 124 artic. 5. Cui conſonat illud euangelii Mat. 5. Beati, qui perſecutionem patiūtur propter iuſtitiam. Eſt autem iuſtitia omnis virtus 5. Ethi. Hinc multos eccleſia tanquam martyres veneratur, qui non pro confeſſione fidei, ſed alterius virtutis actu mortem ſuſceperunt. Sic beatus Ioannes Baptiſta propter adulterii reprehenſionem gladio occubuit. Sic Matthęus apoſtolus, & euangeliſta quia virginitatis votum matrimonio prætulit, atq; Epigeniam Deo ſacratam Virginem, ab Hirtaci regis copula prohibuit, iuſſu eiuſdem tyranni ferro interemptus eſt. Sic beatus Hermigildus cuius ſupra mentio habita ē, quia Euchariſtiam ab Arriano epiſcopo accipere recuſauit iuſſu patris ſui eſt extinctus. Sic beatus Thomas Cantuarienſis archiepiſcopus, à tyranno chriſtiano pro libertate eccleſiæ, cui cedere indignum iudicauerat, martyrio coronatur. Dum itaq; homines huius ſeculi variis excuſis (Quidam propter perituras diuitias. Alii propter momētaneas voluptates. Alii propter amicorum fidem. Alii propter patrię liberationem. Alii mundanum propter honorem. Alii propter diffamiæ repulſionē. Alii propter rempublicam. Alii propter honeſtatem, aut quamlibet moralem iuſtitiam) periculo corporalem vitam ſuppoſuere. Effeminatus nimium probatur catholicus, qui dum æterna ſibi offertur corona, mortem corporis, quā ſoluere neceſſe eſt, timet tempore modico pręuenire. Sed magis gaudendum eſt chriſtiano, dum propter iuſtitiam peſecutionem patitur, dum ad Chriſti domini imitationem ſicut amicus ſingularis, ſicut filius electionis ſuæ, ſigno certiore ad palmam, ſublimemq; gloriam vocitatur. Propter quod apoſtolus Philip. 1. ait. In nullo terreamini ab aduerſariis, quæ eſt illis cauſa perditionis

Quiſquis ex Dei amore ꝑ Ro. obedientia ſanguinem fundit vt martyr à dn̄o coronatur.



ditionis, vobis autem causa salutis. Et hoc ideò, quia vobis datum est à Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini. Ideoque apostoli à consilio iudęorum colaphizati. Act. 5. ibant gaudentes quia digni inuenti sunt pro Christi nomine contumeliam pati. Hinc beatus Iacobus ait Iaco. 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis, quia beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quā repromisit dominus diligentibus se. Quæ verba tractans beatus Hierony- in epistola ad Asellam ait. Illos inquit apostolus probatos, & ab his Deum diligi, qui ob nominis eius causam in tētationibus perstiterunt, quibus meritò corona promittitur. Illos verò reprobos, & nulli⁹ vitæ præmio dignos, quos nulla tentationum causa vexarit. Sed & ipsa, quæ neminem fallit æterna veritas. Matt. 5. ait. Beati estis cum vobis maledixerint homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me, gaudete, & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis.

Conclusio.

HÆC est prædicationis meæ summa, hæc mea doctrina, quam in causa sæpe dicta coram populo exposui. Hæc est & fides mea, hanc in sancta catholica didici ecclesia 24. q. 1. hęc est. Quam cum beatissimo Hieronimo sanctę Romanæ sedi humiliter offero. In qua si minus peritè, aut parū cautè fortè positum est, emendari cupio ab eo, qui Petri & sedem tenet, & fidem. Si verò hæc mea confessio apostolatus sui iudicio comprobatur, quicunq; me culpare voluerit, se imperitum, aut maliuolum, aut etiam non catholicum, sed hęreticum comprobabit. Verum quia nihil tam solidum, quod dubitationem non recipiat, nihil tam claris probationibus deductum, contra quod non possit obiici, multaq; ex verbis legis, & scripturæ apparenter adduci. Siquidem multa sunt verba in scripturis diuinis (ait beatus Clemens distin. 37. Relatum) quæ possunt retrahi ad eum sensum, quem sibi sponte vnusquisq; præsumpsit. Idcirco cum his, qui hanc meam confessionem sophisticè ad simplicium seductionem impugnare conabuntur, nolo scriptis, aut verbo inutiliter replicando contendere. Sed si qui eam ex intentione censuerint impugnandam, cum his paratus sum apostolicæ sedis iudicium experiri. Et quoniam sunt pleriq; adeo carnali passione cecati, vt apo. sedem in hac causa suspectam habeant, & quod dictu nefas est blasphemantes infament. Eapropter vt malignantium ora omni modis obstruantur, & oblatrandi sistat æmulatio, quisquis me in his scriptis impiè sensisse criminabitur, offero me ipsum, & hæc mea scripta cuiuslibet catholici, non suspecti episcopi apo. se. gratiam habentis, aut vniuersitatis cuiuspiam (quam causa sæpe dicta quantum ad temporale damnum, vel lucrū verisimiliter tangere non poterit) iusto iudicio, etiam de parendo eidem. cautionem sufficientem præstaturus, dummodo tamen se ad paria meus impugnator dolo, & fraude cessātibus obligabit. Datum Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo. Die vicesima secunda mensis octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri Domini Pij diuina prouidentia papæ secundi: Anno quinto.

Protestatio autoris de sua doctrina.

FINIS.



F.



